



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

WIDENER LIBRARY



HX Q4D8 F

Ls 5. 185


49.52  
31

(2)



N. Hurd Sc.

BOSTON.









○  
**C. CRISPI SALLUSTII**

**OPERA OMNIA**

**EX EDITIONE GOTTLIEB CORTII**

**CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE**

**IN USUM DELPHINI**

**VARIIS LECTIONIBUS**

**NOTIS VARIORUM**

**NOTITIA LITERARIA**

**RECENSU EDITIONUM ET CODICUM**

**ET**

**INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS**

**ACCURATE RECENSITA.**

---

---

**VOLUMEN SECUNDUM.**

**F**

**LONDINI:**

**CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.**

**1820.**

Ms 5.185 (2)



Ms 5.185  
2

**NOTÆ VARIORUM**

**IN**

**C. CRISPI SALLUSTII OPERA.**

## NOMINA AUCTORUM QUORUM NOTÆ HIC EXHIBENTUR.

Aldus Manutius, <i>passim</i> .	Fabricius.	Putschius, <i>passim</i> .
Badius.	Freinsbemiuss.	Resendius.
Becmannus.	Giareanus.	Rivius, <i>passim</i> .
Bennius.	Grapaldus.	Sabellicus.
Bochartus.	Graswinckel.	Salmasius.
Brissonius.	Gronovius.	Scaliger.
Budæus.	Gruterus.	Schicardus.
Carrio.	Gull. Canterus.	Seldenus.
Castilloneus.	Henningius.	Sigonius.
Ciacconius, <i>passim</i> .	Herm. Hugo.	Soldus.
Cloverus.	Janus Gulielmus.	Stephanus.
Colerus.	Leopardus.	Stechus Eugubinus.
Dom. Marius Niger.	Masius.	Stewechius.
Donatus.	Omnibonus.	Streinius.
Douza.	Palmerius.	A. Thysius.
	Philargyrius.	Turnebus.
	Pontanus.	Valla.
	Popma.	Vossius.
		Ursinus, <i>passim</i> .
		Zanchius.

Exemplar { Venetum.  
Mersenbur-  
gense.  
Florenti-  
num.  
Beroaldinum.

NOMINA ANTIQUORUM ET RECENTIORUM AUCTORUM  
QUI HIC CITANTUR.

Acron.	Apollonius.	Beuterus.
Ælianus.	Appianus Alexandrinus.	Bodinus.
Ælius Gallus.	Apuleius.	Boëthius.
Ælius Spartianus.	Aretius.	Boisardus.
Æmilius Probus.	Arias Montanus.	Bonacciolus.
Ærodius.	Aristoteles.	Bononiensis.
Æschines.	Arnobius.	Bullingerus.
Æschylus.	Arusianus.	
Æthicus.	Asconius Pædianus.	Cæsar.
Agellius.	Asper.	Camerarius.
Albericus.	Athenagoras.	Carolus Rimius.
Alciatus.	Athenæus.	Casaubonus.
Alex. ab Alexandro.	Aurel. Augustinus.	Castaldus.
Alexander Neapolitanus.	Ausonius.	Cassiodorus.
Alph. Adrianus.	Auctor primi libri Ma- chabæorum.	Cato de re rust.
Althamerus.		Catullus.
Ambrosius in Epist. Pauli.		Cedrenus.
Ammianus.	Barbarus in Vitruvium.	Censorinus.
Andronicus Rhodius.	Barrus.	Charisius.
Ant. Augustinus.	Basilica.	Christophorus Stella.
Ant. Matthæus.	Benjaminus Judæus.	Cicero.
Antisthenes.	Bernardus Alderbretus Cordubensis.	Claudianus.
Antonius Imperator.		Clemens Alexandrinus.

- Clusius.**  
**Codex in Bibliotheca**  
**Divi Salvatoris.**  
**Columella.**  
**Comineus.**  
**Constantinus Harmeno-**  
**pulus.**  
**Corippus.**  
**Cornelius Nepos.**  
**Crinitus.**  
**Cnjacius.**  
**Caropalates.**  
**Curtius.**  
**Cuspinianus.**  
**Cyprianus.**
- Delrio.**  
**Democritus.**  
**Demothenes.**  
**Didymus, Homeri Scho-**  
**liastes.**  
**Dio Cassius.**  
**Dio Nicæus.**  
**Diodorus Siculus.**  
**Diogenes Laërtius.**  
**Diomedes Grammaticus.**
- Dionysius** { **Afer.**  
**Byzantius.**  
**Halicarnass.**
- Dioscorides.**  
**Drusius.**  
**Duarens.**
- Emirchondus Persarum**  
**Historicus.**  
**Ennius.**  
**Epictetus.**  
**Erasmus Roterodamus.**  
**Eusebii Chronicon.**  
**Eustathius, Gramm.**  
**Euripides.**  
**Eutropius.**
- Fazellus.**  
**Felicus Durantinus.**  
**Festus.**  
**Flavius Vopiscus.**  
**Florus.**  
**Fortunatianus.**  
**Franciscus Philadelphus.**  
**Frontinus.**  
**Fronto.**  
**Fulgentius.**  
**Fangerus.**
- Gaguinus.**  
**Galenus.**  
**Garcias ab Horte.**  
**Gerbelius.**
- Geenerus.**  
**Giggeius.**  
**Girava.**  
**Glossarium vetus.**  
**Goltzius.**  
**Goropius Becanus.**  
**J. Gorreus.**  
**Gramajus.**  
**Greg. Turonensis.**  
**Gronovius.**  
**Grotius.**  
**Guil. Stuckius.**  
**Gunterus, Poëta.**  
**Gyllius.**  
**Gymnicus.**  
**Gyraldus.**
- Heraclides.**  
**Hermogenes.**  
**Herodianus.**  
**Herodotus.**  
**Hesychius.**  
**Hieronymus.**  
**Hippotamus Pythagori-**  
**cus.**  
**Hircius.**  
**Hippocrates.**  
**Hittorpius.**  
**Homerus.**  
**Horatius.**  
**Hospinianus.**  
**Hotomannus.**  
**Hyginus.**  
**Hysicrates.**
- Joannes Antiochensis.**  
**Josephus.**  
**Jornandes.**  
**Isidorus.**  
**Isocrates.**
- Itinerarium** { **Antonini.**  
**autiq.** { **Hieroso-**  
**lymita-**  
**num.**
- Julius** { **Capitolinus.**  
**Obsequens.**
- Hadr. Junius.**  
**Jus Civile.**  
**Justinus** { **Histor.**  
**Martyr.**
- Juvenalis.**  
**Lactantius.**  
**Latinus Pacatus.**  
**Laur. Anantensis.**  
**Leander Albertus.**  
**Leo Africanus.**  
**Leonclavius.**  
**Liberalis.**
- Lipsius.**  
**Livius.**  
**L. XII. tabb.**  
**Lucanus.**  
**Lucilius.**  
**Lacretius.**  
**Lycophron.**  
**Lysias.**
- Macrobius.**  
**Malmonides.**  
**Mamertinus.**  
**Manilius.**  
**Mariangelus Acursius.**  
**Marcianus Heracleota.**  
**Marcianus.**  
**Marmolius.**  
**Martialis.**  
**Martianus Capella.**  
**Martianus Codex.**  
**Matthiolus.**  
**Mercurialis.**  
**Messala Corvinus.**  
**Metrodorus Scepticus.**  
**Meursius.**  
**Minutius Felix.**  
**Ms. Castrinii Narbonen-**  
**sis.**  
**Ms. Palatin.**
- Nannachus.**  
**Nævius.**  
**Nicander.**  
**Nicolaus** { **Damascenus.**  
**Faber, Jctus.**
- Nicostratus.**  
**P. Nigidius.**  
**Nonius Marcellus.**  
**Noviomagus.**  
**Nubiensis Geographus.**
- Onuphrius.**  
**Oppianus.**  
**Orosius.**  
**Ovidius.**
- Pacuvius.**  
**Palladius.**  
**Pandectæ Florentini.**  
**Paulus Diaconus.**  
**Pausanias.**  
**Pedius.**  
**Persius.**  
**Petronius.**  
**Petrus Danielis.**  
**Petrus Mosellanus.**  
**Petrus Victorius.**  
**Peucerus.**  
**Phavorinus.**

- Philistus Historicus.**  
**Philo Judæus.**  
**Philostratus.**  
**Phocas.**  
**Pigius.**  
**Pincius.**  
**Pindarus, et ejus Interpres.**  
**Pintianus.**  
**Plato.**  
**Plautus.**  
**Plinius** { **Major.**  
           { **Junior.**  
**Plotinus.**  
**Plutarchus.**  
**Pollux.**  
**Polybius.**  
**Pomponius** { **Lætus.**  
               { **Mela.**  
**Porcius Latro.**  
**Porcius Licinius.**  
**Priscianus.**  
**Probus.**  
**Procopius.**  
**Propertius.**  
**Ptolemæus.**  
  
**Quintilianus.**  
  
**Robertus Montensis.**  
**Rosinus.**  
**Rufinianus.**  
**Rufinus.**
- S. Rufus.**  
**Sacra Scriptura.**  
**Scipio Mazzella.**  
**Schodus.**  
**Seneca** { **Philos.**  
           { **Tragicus.**  
**Septuaginta Interpretes.**  
**Serapio.**  
**Servius.**  
**Sextus Pompeius.**  
**Silius Italicus.**  
**Simlerus.**  
**Simplicius.**  
**Solinus.**  
**Sophianus.**  
**Status Papinius, et ejus Interpres.**  
**Stobæus.**  
**Strabo.**  
**Suetonius.**  
**Suidas.**  
**Sulpitius Severus.**  
**Sylburgius.**  
**Symmachus.**  
  
**Tacitus.**  
**Teixera.**  
**Terentius.**  
**Tertullianus.**  
**Themistius.**  
**Themistocles.**  
**Theocriti Scholiastes.**
- Theodectes.**  
**Theognis Megarensis.**  
**Theophilus.**  
**Theophrastus.**  
**Thevetus.**  
**Thomas Minadoius.**  
**Thucydides.**  
**Tibullus.**  
**Trebellius Pollio.**  
**Trismegistus.**  
**Tarpilius Pedio.**  
**Tzetzes.**  
  
**Valerius** { **Flaccus.**  
           { **Maximus.**  
**Valturius.**  
**Varro.**  
**Ubbo Emmius.**  
**Vegetius.**  
**Velleius Paterculus.**  
**Victorinus.**  
**Victorius.**  
**Victor Uticensis.**  
**Villanovanus.**  
**Virgilius.**  
**Vitruvius.**  
**Volaterranus.**  
  
**Wolfg. Lazius.**  
  
**Xenophon.**  
**Xiphilini Epitome.**

# NOTÆ VARIORUM

IN

## BELLUM CATILINARIUM.

---

C. Sallustii] Patricia gente Crispus Sallustius Romæ natus, post Remp. civili discordia concussam, cum nulla illius administrandæ ratio bonis superasset amplius, se ad scribendi ocium contulit. In quo genere (Quintiliani iudicio, qui eum Thucydidi, in historia eminentissimo, opposuit) præcipuam inter eos, qui res Romanas literarum monumentis tradidere, est laudem adeptus. Etenim quo Thucydides est Herodoto major, cui secundæ tribuantur partes; eo certe hic noster Livio præstantior, quem Herodoto ille comparat. Accedit et Martialis urbanissimi Poëtæ carmen: 'Hic erit, ut perhibent doctorum corda virorum, Primus Romana Crispus in historia.' Vall.

BELLUM CATILINARIUM] Ita Nonius triginta amplius locis indigitat: quanquam plerique libri veteres et nonnulli etiam Mss. titulum ita concipiunt: *de Conjuratone Catilinæ et ejus sociis*. Utrumque defendi potest: nam et conjuratio aliquo modo bellum dici potest, præsertim hæc, ubi infestis signis in aperto campo præliam quoque fuit commissum. Alioqui militem a conjuratis recte sejunxit Livius lib. XLV. nam milites sunt, qui sacramento dixerunt singuli; conjurati, qui una simul jura-

runt. Colerus.

CAP. I. *Omnia homines, qui student sese præstare ceteris animantibus*] In manuscriptis aliisque vetustis est ordo verborum immutatus, qui sese student præstare. pro, qui dant operam, uti præstent ipsi et antecellant. Id lenius et asperum minus esse videtur, nec aliter a veteribus citatur, velut Prisciano lib. VII. quo loco de accusativo tertiz declinationis agit, ubi et *Omnia* hic legendum esse docet, pro *omnes*. Terentianus diphthongo *æ* scribi vult in plurali, cum hoc, tum similia nomina, quomodo fere et in vetustis inscriptionibus reperitur. Jam quod ad loquendi rationem attinet, norit lector et Ciceronem eodem modo locutum: nam II. Officiorum: 'Gratum se videri studeat,' inquit: et in Eunucho prologo Terent. 'Qui placere se studeat bonis quam plurimis.' Ubi interim miror, quid sibi quidam velint, qui et omisso accusativo *se*, versum constare arbitrentur, id quod secus habet, et ab imitatore quopiam pronomen adscriptum putent, quod hoc modo Sallustius Catilinæ historiam ordiatur: quasi vero non eodem modo sit, ita uti ostendimus, et Cicero ipse locutus. Sed et alias Terentius haud dissimili modo loquitur, velut in Eunucho: 'Est genus hominum, qui



esse primos se omnium rerum volunt.' Eodem modo II. Tuscul. Cicero: 'Est enim quoddam genus eorum qui se philosophos appellari volunt:' pro, 'qui appellari philosophi volunt:' nam sic usitatus dicitur. Terent. in Andria: 'Uxorem decenter dare sese mihi hodie.' Et, 'Quæ sese inhoneste optavit parare hic divitias potius, quam in patria honeste pauper vivere:' ubi etiam pronomine sese omisso, tamen sensus constat. Quomodo et in illo Livii II. Decadis tertie, 'Qui se bene mori, quam turpiter vivere maluit.' Rivius.

*Cæteris animantibus*] Scripti omnes libri, quos quidem ego viderim, *Animalibus*: quo modo et Sosipater Carisius recitat l. I. in verbo, *Omnes*, et Diomedes. *Manut.*

*Ne vitam silentio transeant*] Ita fere et impressa et calamo descripta exemplaria. Nec male, ut opinor; verum in manuscripto quodam reperi, *transigant*: ut in Beroaldino quoque, licet eodem sensu, pro *traducunt*. Rivius.

*Ne vitam silentio transeant*] Id est, inertia et otio. Tacit. in Agricola c. 3. 'Senes prope ad ipsos exactæ ætatis terminos per silentium venimus:' et c. 39. 'studia fori et civilium artium decus in silentium acta.' Cic. in Vatinio c. 3. 'bonarum artium studia siluerunt.' 'Per tacitum' Seneca dixit Thyeste vs. 397. 'Obscuro positus loco, Leni perfruar otio. Nullis nota Quiritibus Ætas per tacitum fluat.'

*Veluti pecora; quæ natura prona atque ventri obedientia finxit*] Ovidius *Metam.* l. I. 'Pronaque cum spectent animalia cetera terram, Os homini sublime dedit, cælumque tueri Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.' Vide Ciceron. de legibus l. I. et de Nat. Deor. l. II. 'Naturam,' inquit, 'nos celsos et rectos constituisse, ut Deorum cognitionem, cælum intuentes, capere possemus.' Neque dis-

sentit Plato in Cratylo. *Manutius.*

*Sed omnis nostra vis in animo et corpore sita est*] Exemplaria *manusc.* *Sed nostra omnis vis*: quomodo et Servius in Georgica Virgillii citat: quæ quin et mollior et suavior, atque adeo verior sinceriorque lectio sit, dubitari minime debet. Consule aurium iudicium, ac statim senties, quam et duriter et aspere concurrant, *mnis*, *no*, in illo *omnis nostra*. Quanto vero numerosius est, quanto aptius sonat, si verborum ordinem immutes, *nostra omnis vis*: vel, ut in Merseburgensi quodam est, *nostra vis omnis*: nam sic ibi reperi. Ac ne hoc, tanquam leve quid nec ullius momenti contempnas; non dubitat Cicero inversione interdum pæne poetica uti ad effugiendum asperiores concursus literarum. Velut cum ait, 'Q. Mucius angur Scævola:' nam illud alterum, 'Q. Mucius Scævola angur,' cum propter sibilum, quem literam efficere sentimus S, in altera voce extremam, in altera primam, tum ob vastum et inamœnum hiatus vocalium concurrentium paulo durius ei atque insnavius videbatur, ita ut erat. Ergo si naturalem ordinem Cicero propter euphoniæ et jucundioris sonitus gratia invertere non dubitavit, apparet nimirum, quanti referat qua quis in ordine arbitrario verborum collocatione serieque utatur. Quod eo dico, ne quis hanc rem, cæu pæne frivolam ac nullius ponderis, contemnendum esse ducat. Quamquam, ne quid dissimulem, in exemplari quodam manuscripto non est additum hoc loco *Scævola*. Rivius.

*Sed omnis nostra vis in animo et corpore sita est*] Cicero de finibus l. V. 'Homo e corpore animoque constat: cum primæ sint animæ partes, secundæ corporis.' *Manut.*

*Sed omnis nostra vis*] Vis, *δύναμις*. Virgilius *Æn.* XII. 'Ille ut depositi proferret fata parentis, Scire potestates herbarum, usumque medendi.' Ibi Servius: 'Potestates, vim, possi-

bilitatem: nam in herbarum natura vis est, quæ *δύναμις* dicitur, cujus nulla ratio est; unde etiam ait mntas artes Musicæ comparatione. Locus iste Servii vulgo corruptissime circumfertor. *Putach.*

*Alterum cum bellis commune est]* Varro Caprino prælio apud Nonium, videtur non absimili sententia usus, cum ait: 'Nam virtutem propriam mortalibus fecit, cetera promiscue voluit communia habere.' *Ursinus:* sic et *Ciacconius.*

*Quo mihi rectius]* Abest ab excuso esse: a Ms. uno *rectius:* utrumque delendum monuit *Palmerius.* *Putach.*

*Quo mihi rectius esse videtur]* Sunt quibus omnittendum videtur, *rectius esse:* at ego maluerim excludi *esse videtur,* item *mihi;* ut subintelligeretur est; magisque juberet auctor, quam decerneret. *Gruterus.*

*Nam divitiarum et formæ gloria, fluxa atque fragilis est: virtus clara æternaque habetur]* In Fabriciano volumine τὸ est non reperitur. Quod nisi injuria est librarii omissum, tunc habetur est ad priora quoque referendum. *Riv.*

*Divitiarum et formæ gloria fluxa]* Vetus Codex, *gratia,* habet, non *gloria,* ut et infra: *salutare plebem, et convitiis gratiam querere;* cum in aliis ibi quoque legatur *gloria:* et *Apuleius,* qui *Sallustium* pluribus locis solet imitari, *Apolog. 2.* 'Si hæc reputans formæ, aut divitiarum gratia:' quamvis, *gratia,* ibi, pro *causæ* ponita sit. *Pacuvius Dulorente* ex *Nonio,* 'Hic cine est quem famæ gratia ante omnes nobilitat viros:' ubi fortasse legendum, *formæ gratia.* *Ciacconius:* sic et *Ursinus.*

*Divitiarum et formæ gloria fluxa atque fragilis est]* Id est, nemini est perpetuum gloriari in divitiis, in forma. Itaque minime admittenda scriptura codicis *Romani, gratia:* quamvis ei videatur sua venus; non est sane, si excutiat. *Gruterus.*

*Sed deus magnam]* Quale illud certamen fuit *Ajaci* et *Ulyssis* a *Pœtis* decantatum. Vide pulcherrimum carmen *Ovidii Met. l. xiii.*

*Vine corporis, an virtute animi]* Sic in *Jugurth.* 'Ad hoc vis corporis:' et, 'Quod si Regum atque Imperatorum animi virtus.' et, 'virtutem animi ad cælum ferunt:' sed et supra: 'Vim corporis et animi' esse ait: 'Sed omnis,' inquit, 'nostra vis in animo et corpore sita est:' et infra, 'quanta animi vis fuisset in exercitu *Catillinæ:*' et, 'Ac tametsi in ipso magna vis animi erat:' et in oratione ad *Cæsarem,* 'quorum omnis vis virtusque in lingua sita est.' Ergo non perpetuo vim ad corpus, *virtutem* ad animum referas: et infra: 'fuit magnæ vis animi et corporis.' *Ciacconius.*

*Prius quam incipias, consulto; et ubi consulueris, mature facto opus est]* A *Græcis* multa *Sallustius* mutuatur, quod et *Quintil. ix. 8.* affirmat. *Demosthenes* quidem oratione *i.* in *Philippum* sic: *Δεῖ μὲν βουλευέσθαι ἐφ' ἡσυχίας, ποιῆν δὲ τὰ δόξαντα μετὰ σπουδῆς.* Et in *Orat. de Pace:* *Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰδῶσαι χρῆσθαι τῷ βουλευέσθαι, ὑμεῖς δὲ μετὰ τὰ πράγματα.* Et *Isocrates* ad *Demonic.* *Βουλευόντων μὲν βραδέως, ἐπιπέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα.* Et *Aristoteles* *Moralium Eudæmiorum v.* et *Nicomachiorum vi.* καὶ φασιν, πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ δόξαντα, βουλευέσθαι δὲ βραδέως. *Diogenes* quoque *Laërtius* in *Biante:* *Βραδέως ἐγχείρει τοῖς πραττομένοις ὁ δ' ἂν ἐν ἐλῆ βαβαίως τηρῶν διαίμενε.* Quo respexisse puto *Æmiliium Probum,* cum diceret in *Datamis* vita: 'Neque acutius ullius Imperatoris cogitatum, neque celerius factum usquam legimus.' *Manutius:* sic et *Ciacconius.*

*Ubi consulueris, mature facto opus est]* Placeret magis, si distinctionis nota poneretur ad verbum, *mature:* nam infra est: 'Facto, non, consulto in

tali periculo opus esse.' *Ursinus*.

*Ubi consulueris mature facto opus est*] Minime advocarant iudicium suum quo vigeant, qui istud *mature* adsociandum censuerunt præcedentibus: neque enim *mature* heic moratur, sed festinat: et alioquin, hac distinctione, directe abeat Sallustius ab eorum mente, quorum sententiam exprimeret voluisse putatur: quemadmodum liquet ex eis quæ ad hæc verba adduxit Aldus junior. *Gruter*.

*Alterum alterius auxilio veget*] Sic Horatius, 'Alterius sic Altera poscit opem res, et conjurat amice.' *Ciacconius*.

*Alterius auxilio veget*] Quia factum consilium, et consilium factum desiderat. *Zanch*.

*Veget*] Id est, stat, vegetum est, floret. Sic Varro: 'Nec natus est, morietur, viget, veget utpote quam plurimum.' Aliter *vegere* active est *vegetare*. Ennius, 'æquora salsa veges iagentibus ventis:' vide et collectanea Giphani in Lucretium.

CAP. 2. *Nam in terris*] V. c. non habet illud non; ut fortasse legendum sit: *Nam terris, nomen imperii id primum fuit*. Quod autem sequitur, 'Sua cuique satis placebant;' simile est illis, quæ habentur infra in Bello Jugurthæ, ubi est: 'Debere illi res suas satis placere,' &c. Utrumque certe, licet diversis prolatis verbis, respondet Horatianis illis: 'Qui fit, Mæcenas, ut nemo, quam sibi sortem seu ratio dederit, seu fors objecerit, ipsa Contentus vivat.' *Ursinus*: sic et *Ciacconius*.

*Nomen Imperii id primum fuit*] Cicero de Legibus l. III. 'Omnes,' inquit, 'antiquæ gentes regibus quondam paruerunt. Quod genus imperii primum ad homines justissimos et sapientissimos deferebatur.' Idem scribit Justinus l. I. statim in principio. *Cass*.

*Pars ingenium, alii corpus exercent*] Sic infra: 'Ingenium nemo sine corpore exercent.' *Ciacconius*.

*Vita hominum sine cupiditate agitataur*] Justin. de antiquis regibus loquens: 'Fines,' ait, 'imperii tueri magis, quam proferre, mos erat. Intra suam cuique patriam regna finiebantur.' Heroica hæc tempora appellavit Aristoteles in Polit. *Cass*.

*Sua cuique satis placebant*] Hoc est, sua quisque sorte contentus erat, neque supra vires aliquid appetebat: sic in Jugurth. 'debere res suas satis placere.' *Ciacconius*.

*Tum demum periculo atque negotiis compertum est*] Apud Nonium in verbo, Periculum; Tunc vero peric. &c. legitur. *Manutius*.

*Quod si regum atque imperatorum animi virtus in pace ita, ut in bello valeat*] Legendum, ita uti bello valeret: id cum suavius est, tum Sallustianum magis.

Etenim fere semper apud hunc auctorem invenias sicuti potius, quam sicut: uti quam ut: veluti quam velut, ipse quidem certe haud temere unquam secus in vetustis codicibus reperi, licet excusi typis variant. Sic apud illos antiquissimos, quos libenter Sallustius facit, ut imitetur, fere semper uti reperias: velut apud Catonem de re Rustica, atque alios, quorum fragmenta quædam supersunt, unde id conicere licet. *Rivinus*.

*Æquabilis atque contentus, &c.*] Ita manuscr. numero tredecim, ita omnes fere edd. ut operam ludant, qui nobis obtrudunt, *æqualis*. Neque enim sequitur, quia eo usus Taelius, usum item Sallustium, et usum quidem isto loco. *Gruterus*.

*Nam imperium facile iis artibus*] Victorius hanc locum ex Polybio sumtum putat, xxiv. 12. Verba sunt Polybii in excerptis l. x. Ἄλλως μὲν οὖν ὑπέλαβον θεῶν κτᾶσθαι τὰς ἀρχάς, ἄλλως δὲ τηρεῖν οὐκ ἔμαθον δὲ ὅτι κάλλιστα διαμείναντες ἐπὶ τῶν αὐτῶν προαφύσεων ἐξ ἀρχῆς κατεστήσαντο τὰς δυναστείας. *Ciacconius*.

*Ita imperium semper ab optimo quo-*

que ad minus bonum transferetur] In manuscriptis omnibus est, *ad optimum quomodo ab minus bono transfertur*: quomodo et sensus ipse exposcere mihi videtur. Nam fortunam dicit simul cum moribus immutari: ostendens, videlicet, imperia alio transferri propter vitia regnantium: nec secus interpretres, quisquis is fuit, legisse atque intellexisse hunc locum videtur. *Riv.*

*Ad optimum quemque*] Id est, fortissimum. Sic in Jugurth. c. 92. 'optimos quisque cadere aut sauciari:' et l. i. Histor. 3. 'fortuna meliores sequitur.' Just. xi. 13. 'neo meliores factos putarent fuga.' Hor. od. i. 15. 'Tydides melior patre.' Sic etiam *bonus* pro *forti* ponitur in bello Jugurth. c. 53. 'adversæ res etiam bonos detrectant.' Græci eodem modo suum ἀγαθὸς et κρείσσω usurpant, ut testatur Berneggerus.

*Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent*] Notat Turæbus vi. 20. hac dicendi figura significari terras, maria, urbes, omnia virtuti parere, et in ejus ditione esse; sic infra, de pop. Rom. 'cuncta maria terræque parebant.' Plantus Amph. 'Virtus omnia in se habet, omnia assunt bona, quem penes est virtus.' *Ciaccon.*

*Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent*] Eadem sententia naus est infra, cum dixit: 'Cui cum ad occasum ab ortu solis omnia domita arant paterent.' Item: 'Cuncta maria, terræque patebant.' Nisi forte, *parebant*, ibi ex his locis legendum sit. Thucydides tamen in Epitaphio Periclis dixit: ἀλλὰ τῶσαν μὲν θάλασσαν καὶ γῆν ἐσβάρδεν τῇ ἡμετέρῃ τοιαύτῃ καταργηζόντες γενέσθαι. *Ursinus.*

*Vitam sicuti peregrinantes transigere*] Ita quidem Gymnicus: sed alii *transigere*, quomodo et exemplaria duo manuscripta habent, et Non. Marcellus citat. Licet aliter in Terentium Domatus, si modo ibi non sunt men-

dosi codices: aliter item duo ex *Mss. Rivius.*

*Vitam sicuti peregrinantes transigere*] Editio Carrionis *transigere*. Contra *Mss.* meliores, in quibus, *transigere*, quod etiam non displicet: amat enim nti infinitivis hic noster scriptor. *Gruterus.*

*Vitam mortemque juxta*] Id est, tanti pretii vitam eorum æstimo, quanti mortem.

*Verum enimvero is mihi vivere demum, atque frui anima videtur*] Quanto rectius in vetustis, *is demum mihi vivere*, quomodo et Priscianus semel atque iterum citat. Sic in Adelphis Terentius: 'Verum enimvero id demum juvat, si quem,' &c. *Rivius.*

*Facinoris*] *Facinus* hoc loco factum significat. Non. Marcel. inquit: 'Facinus, factum.' Sallustius in Catilinæ bello: 'Qui aliquo negotio intentus præclari facinoris, aut bonæ artis famam querit.' Terentius in Heautont. 'Non fit sine periculo facinus magnum et memorabile.' *Zanch. Phorm. v. 6. 31.* 'facinus pulcherrimum audivi,' id est, rem pulcherrimam, τὸ πρῶγμα.

*Artis bonæ famam querit*] Seneca epist. 115. ait scripsisse Sallustium, *inter bella civilia, æqui boni famas petit*, ut forte *famas* hic etiam scripserit. *Ciaccon.* et sic *Ursinus.*

CAP. 3. *Et qui fecere, et qui facta aliorum scribere, multi laudabantur*] Legendum e manuscriptis et aliis vetustis, *laudantur*, tempore præsentis. *Rivius.*

*At mihi quidem, tametsi haud quam par gloria sequatur scriptorem et auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere*] Codex Fabricianus *actorem rerum* habet; quamvis autem *actor* pro eo interdum ponitur qui *res gessit*, velut de Orat. 'Ut eum efficeret oratorem verborum, actoremque rerum.' Idem pro Sestio: 'Cato dux et auctor, et actor rerum illarum fuit;' tamen prior lee-

tio, sicuti mihi quidem videtur, est multo verior, ac sic quoque Gellius citat. *Idem*.

*Tametsi haud quaquam par gloria sequatur scriptorem et auctorem rerum*] Turnebus auctorem rerum, gestorem et administratorem intelligit, contra quam Tacitus, qui auctorem rerum et scriptorem esse ait in 3. his verbis: 'Matrem Antoniam non apud auctores rerum, non diurna actorum scripta reperio ullo insigni officio functam:' et iterum: 'C. Sallustius rerum Romanarum florentissimus auctor.' Sed Plinius eodem fere modo loquitur VII. 30. 'Thucydidem Imperatorem Athenienses in exsilium egere, rerum conditorem revocavere.' Est ergo apud Sallustium, scriptor et auctor rerum idem. *Ciaccon*.

*Scriptorem et auctorem rerum*] Videtur Sallustius scriptorem, et auctorem rerum, eundem putasse esse, cum, tamen auctor rerum, pro, actor, ab aliis ponatur. Unde in aliquibus codicibus, actorem, pro, auctorem apud Sallustium irrepit. Sed Tacitus eodem quo Sallustius modo auctorem rerum usurpavit, cum ait lib. III. 'Matrem Antoniam non apud auctores rerum, non diurna actorum scripta reperio ullo insigni officio functam.' Item: 'Sallustius rerum Romanarum florentissimus auctor.' Unde in aereo numismate inscribitur SALLUSTIUS AUCTOR. non tamen satis recta orthographia. *Ursin*.

*Haud quaquam par gloria sequatur scriptorem et auctorem rerum*] Qui heic obloquuntur Turnebo, ne hilm quidem proferant, quod non ipse antea probe sciverit. Quid autem hoc loco sibi velit Ursinus, non assequor. *Gruterus*.

*Arduum videtur*] Notat Gellius IV. 15. *Arduum hoc loco χαλεπὸν καὶ δυσχερὲς*, hoc est, tum difficile, tum molestum quoque et incommodum, ac intractabile: contra Sallustii obtrectatores, qui id verbum calumniaban-

tur. *Ciaccon*.

*Primum quod factis dicta exequenda sunt*] Legendum, quod facta dictis: quomodo codices habent in pergamenis descripti, nam *exquere* hic, pro *assequi* ponitur. Ostendit autem ad rationem et conditionem sic accommodandam esse orationem; uti magnitudinem rerum oratio ipsa consequatur, hoc est, ut sit rebus ipsis par atque equalis oratio. Contra Livius belli Punici XI. 11. 'Neque aggrediar narrare,' inquit, 'quæ disacerendo minora vero facio:' pro *quæ non exæquo dictis*. Est in quibusdam, *exsequenda sint*, sed perperam, nisi fallor, affinitas vocum ansam errori præbuit. Jam lectionem, quæ in manuscriptis est, veriore esse, colligi e T. Livio potest; is enim 6. ab U. C. 'Cum ea quoque,' inquit, 'quæ bello gesta essent, pro fastigio rerum oratione etiam magnifica, facta dictis æquando memorasset,' et quæ sequuntur. *Rivius*.

*Plerique, quæ delicta reprehenderis, malevolentia, et invidia dicta putant: ubi de magna virtute, atque gloria bonorum memores, quæ sibi quisque facilius factu putat, æquo animo accipit; supra ea, veluti ficta pro falsis ducit*] Thucydides sic II. 35. in oratione Periclis: *ὁ, τε γὰρ ξυνοιδῶς καὶ εὐνοῦς ἀκροατῆς τὰχ' ἂν τι ἐνδεοτέρως πρὸς ἃ βούλεται τε καὶ ἐπίσταται νομίσαι δηλοῦσθαι ὁ, τε ἄπειρος, ἔστιν ἃ καὶ πλεονάζουσαι, διὰ φόβου, ἐπιὸν πᾶν τῆν ἐαυτοῦ φύσιν ἀκούει. μέχρι γὰρ τοῦδε ἀνεκτοὶ οἱ Ἕλληνοὶ εἰσι περὶ ἑτέρων λεγόμενοι, ἐς ὅσον ἂν καὶ αὐτὸς ἕκαστος οἴηται ἰκανὸς εἶναι θρασυῖα τι, ὧν ἤκουσε· τῆ δὲ υπερβάλλοντι αὐτῶν φθοροῦντες, ἤδη καὶ ἀπιστοῦσιν.* Hanc autem Sallustii locum Gellius recitat IV. 15. in quo quedam diversa leguntur a lectione hic impressa. *Manutius*.

*Quia plerique, quæ delicta*] Ignoro, quo jure nonnulli intrudant *quæ plerique*: non omne quod licet Critico, statim etiam libuit Scriptori. *Gruterus*.

*Ubi de magna]* Hæc verba sunt Thucydidis in funebri oratione Pericli, l. II. *Catil.*

*Supra ea, veluti facta, pro falsis ducit]* In Gelliana citatione pronomen *ea*, est omissum, id quod convenire videtur brevitati Sallustianæ: sed nec in manuscripto meo additur, licet in aliis sit, irrepit ex glossa insulsi et inepti litteratoris. Sic infra in oratione Cæsaris *ultra sine casa* expresso posuit, 'Eam cuncta mortalium mala dissolvere, ultra neque curæ, neque gaudio locum esse.' *Rivius.*

*Supra ea, veluti facta, pro falsis ducit]* Ita libri scripti omnes. Carrio pronomen excluserat. *Gruterus.*

*A studio ad rempub. latus sum]* Sic pag. 48. 'sed a quo incepto studio pæ ambitio mala detinuerat:' tamen pæ orat. de repub. ordinanda, videtur legendum: *sed ego adolescentulus initio, sicuti plerique studio ad rempublicam: nam sic scribit: 'sed mihi studium fuit adolescentulo rempublicam capessere.' Cinccon. sic et Ursin.*

*Insolens malarum artium]* Sic infra 'insolens vera accipiendi.' Tacit. l. xv. 'audiendi quæ faceret insolens erat:' et l. Hist. 'bellorum insolens:' et l. II. Hist. 'insolens contumeliæ.' *Cinccon.*

*Ac me, cum ab reliquis malis moribus dissentirem]* Est in Mss. *ab reliquorum malis moribus*, quam lectionem sequentia illa non sane respiciunt: 'nihil minus honoris cupido eadem, quam ceteros, fama atque invidia vexabat.' Mecum facit codex Badianus, quamvis aliter Aldinus. Merseburgensis quidem *ab reliquis malis moribus*, verum in spatio quod versus dirimit, erat, *reliquorum.* *Rivius:* sic et *Gruterus.*

*Cupido eadem, quam ceteros, fama atque invidia vexabant]* Non audio Palmerium, non Muretum, non alios; qui necio quæ monstra emendationum nobis obtrudunt: plurimum quidem ad plausam; sed parum exercitatorum

rebus politicis. *Gruterus.*

*Eadem, quam ceteros, fama, atque invidia]* Difficilem hunc locum sensere docti viri. Muretus conjecit, *famaque avidia.* Palmerius: *fames atque invidia necabat.* Ciacconius interpretatur, propter famam quærendam et invidiam vitandam. Gruterus istas emendationes ait non esse ad plausum, nisi parum exercitatorum rebus politicis. Equidem non tam res politicas, quam Latini sermonis peritiam requiri puto, ut sensus auctoris perveitigetur. Quum alios, inquit, urbis et publica tractantium morbos et pravitates facile vitarem, tamen quod honores petebam, perinde ac mali, (nemo enim fere tunc neque petebat neque gerebat nisi malus et factiosus,) infestis rumoribus differebar et maligna judicia experiebar. Quum vitium nullum esset in me, ob quod male audirem, male audiebam, proque malo differebar, quod rempublicam gerere cupiebam, inter malos. *Fama atque invidia, et diâ duoid,* pro invidiosa et maligna fama. Sic Trogus VIII. 3. 'ad abolendam invidiæ famam, qua insignis præter ceteros tunc temporis habebatur.' Sive malis, *invidiam famæ.* Eadem enim res est. Idemque XII. 6. 'Reputabat deinde, quantum in exercitu suo, quantum apud devictas gentes fabularum atque invidiæ fecerit.' Prorsus ut Sallustius; quantum malignorum sermonum et rumorum. Fama et invidia vexatur, qui est in invidia, seu odio publico et discerpitur sermonibus hominum. Cogitavi aliquando: *eadem, quam ceteros, fama atque invidia vexabat:* essetque sic paullo planius. Elegans est, *dissentirem a malis moribus*, vitarem vitia, non illis corriperer. Placet etiam magis *reliquis*, quam *reliquorum*, quod præferunt Rivius et Gruterus. *Gronovius.*

*CAP. 4. Igitur ubi animus ex multis miseris atque periculis requievit]* Motus enim Senatu a Censoribus fuit: ut

docent Dion, Acron, et Cicero in oratione, qua Sallustio respondet: si Ciceronis ea est oratio, quod vix credo. Postea, ne de pecuniis repetendis causam diceret, H. s. duodecies eum Cæsare pactus est: ut in eadem oratione legimus. *Castil.* Antiquus quoque interpret hæc de eo refert: 'Fertur Sallustius tanto ardore insaniuisse in libertinas, quanto mæchus in matronas. Quod cum illi in senatu a censoribus objectum esset, respondit, se non matronarum sed libertinarum sectatorem esse. Quare ex senatu ejectus est, quod ipse excusat in Catilina bello.'

*A repub. procul habendam decrevi]* Sic quidem in Jugurth. 'Ubi adolescentiam habere, ibi senectutem agant.' Cato tamen, quem plurimum sequitur Sallust. 'ego jam a principio in parsimonia atque in duritia, atque industria omnem adolescentiam meam abstinni:' et, 'secus ætatem agerem, quam illi egissent.' Hic tamen legendum credo, *a repub. procul agendam decrevi*: ut Jugurth. 'Atque ego credo fore, qui, quia decrevi procul a repub. ætatem agere;' ut etiam paulo infra. *Ciccc. sic et Ursin.*

*Servitiibus officiis]* Ideo a Symmacho lib. v. epist. 16. tam atrociter fuit reprehensus Sallustius. Sed immerito. Quamvis enim et agriculturam et venationem honestissima fuisse officia apud Romanos constet, quid tamen causæ est, cur non Sallustio servilia dici mereantur, cum totus adhuc sit in disertatione præstantiæ animi et vilitate corporis? Venationes autem et agricultura nonne corporis auxilio parantur? Possem et ostendere hanc opinionem Sallustio communem cum non ignobilibus Philosophis fuisse. Denique istud tempus Sallustii mihi considera, quo venationes non tam voluptati erant lautioribus et patriis, quam servis oneri. Et quid mirum inter tot bella, tot honorum urbanorum certamina? *Coler.*

*Sed a quo incepto studioque me ambitio]* Ita fere libri electiores: nam posteriori ævo scriptis, ommissa est cœpula *que*: ut quis dubitare posset, utramque vocem, *incepto studioque*, commentum esse glossarii. *Gruterus.*

*Ambitio mala detinuerat]* Plus id est quam si *revocaverat* dixisset: sic Jug. 'quibus a malo publico detineatur.' *Ciaccon.*

*Status res gestas populi Rom. captivum perscribere]* In libris, quos Nonius secutus est, video scriptum fuisse *Strictim*, non *Captivum*: recitat enim hunc locum in verbo *Strictim* Manutius.

*A spe, metu, partibus Reip. animus liber erat]* Et hinc dictio ultima salva sensu exterminari poterat. *Gruterus.*

*Quam verissime potero]* Fabius Victorinus in lib. i. Cicer. de Invent. Rhetor. legit; *quam brevissime*. Sed hunc locum et eum qui pag. seq. 50. legitur, 'supra repetere, ac paucis instituta majorum,' sic est æmulatus Tacitus Hist. iv. 'Ea de cæde quam verissime expediam, si pauca supra petivero.' Videndum ergo an non, *potero*, abundet. *Ciaccon.* sic et *Ursin.*

*Nam id facinus in primis ego memorabile existimo]* Acceptit hanc sententiam, ut videtur, a Thucydide: qui l. i. ait: *ἐπίστας μέγαν τε ἔσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων, τεκμαίρομενος*, &c. Ubi verbum *ἐπίστας* positum est Græca consuetudine pro *νομίστας*, et ut Sallustius ipse vertit, *existimans*. *Ursinus.*

*Id facinus in primis ego memorabile existimo]* Fortius, mea sententia, loquutus fuisset, omisso pronomine *ego*, et verbo *existimo*. *Gruterus.*

*De cuius moribus pauca prius explananda sunt]* Legendum, *de cuius hominis moribus*. *Rivinus.*

*Prius quam narrandi initium faciam]* Verisimile est Sallustium scripsisse *facio*, ut Jugurth. 'Sed prius quam huiusmodi rei initium expedio, pauca supra repetam:' et Cicero in somnio Scipionis, 'Grates tibi ago summe

sol, quod priusquam ex hac vita migro.' Virg. 'Ante, pudor, quam te violo, aut tua jura resolvo.' Apul. Apolog. 2. 'prius quam perero.' Cicer. Philip. 1. 'antequam de republ. dicere incipio.' Ciaccon. sic et Ursin.

CAP. 5. *L. Catilina nobili*] Ex Sergiorum familia. Vide aliorum notas, et adde Virg. l. v. 'Domus a quo Sergia nomen.' Ubi Servius, 'familia, ut Da propriam Tymbræe domum,' et inde est Sergius Catilina. *Putackius.*

*L. Catilina nobili genere natus, fuit magna vi, &c.*] Suspectum mihi, tanquam sparium quid redolens, natus, fuit. Gruterus.

*Paticus inedia*] De Catilina hoc idem refert Cicer. Catil. 1. Phrasi utitur aliquoties Tacitus. Ciaccon.

*Inedia, algoris, vigiliæ*] Hic verborum ordo est in manuscriptis, et impressis vetustioribus. Rivinus.

*Supra quam cuiquam credibile est*] Sic Jugurth. 'supra quam ego sum, petere.' Ciaccon.

*Supra quam cuiquam credibile est*] Dicitur est, abesse poterat: at illud cuique exstabat in Pall. quatuor antiquioribus, item in Mss. quos excuserat Bongarsius: antea erat, sine ulla euphonia, *supra quam cuiquam.* Gruterus.

*Cujuslibet rei simulator*] Nonius in *simulare*, 'Cujus rei libet simulator,' habet. Quomodo etiam scriptum a Sallust. est in oratione de Rep. ordinanda, 'et cuius rei libet periculum facere.' Ciaccon. sic et Ursin.

*Alieni appetens, sui profusus*] Id sic amulatus Tac. Hist. 1. 'pecunie alienæ non appetens, suæ parcus, publicæ avarus.' Ciaccon.

*Satis loquentia, sapientia parum*] Quamvis in quibusdam, ut in omnibus manuscriptoris, *eloquentia* sit, nec aut secus legerit interpres, aut a Prisciano, si quid vetustissimis exemplaribus credendum, aliter citetur, tamen vulgatam hodie lectionem sequor. Aul. Gellius l. 1. testatur,

Valerium Probum, id quod ipse ex familiari ejus docto viro compererit, sic a Sallustio relictum affirmasse *satis loquentia, sapientia parum*, quod loquentia novatori verborum Sallustio maxime congrueret: *eloquentia* cum insipientia minime conveniret. Sed et Pilius in Epistolis huc respexisse videri potest, 'Itaque Julius Caudus,' inquit, 'non invennate solet dicere: aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam: nam eloquentia vix uni aut alteri, imo, si M. Antonio credimus, nemini: hac vero quam Caudus loquentiam appellat, multis, atque etiam impudentissimo cuique maxime contingit.' Rivinus: sic et Ciaccon.

*Dominationem L. Syllæ*] Hic fuit L. Sylla, qui postea Sylla Felix est appellatus, et demum pediculari morbo consumptus. Vall.

*Libido maxima invaserat reipub. capiunda*] *Capessere Rempubl.* frequentissimum est apud Sallustium, non, *cupere*; quare hic potius legerem *Reipub. occupanda*: sequitur enim, 'neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensæ habebat.' Sic in orat. De republica ordinanda: 'Per idem tempus maledictis iniquorum occupandæ Reipub. in spem adducti homines, quibus omnia probro ac luxuria polluta erant:' et Jugurth. 'At qui sunt hi, qui rempubl. occupavere? homines sceleratissimi:' et de eodem Catil. 'opprimendæ reipubl. consilium cepit.' Ciaccon. sic et Ursin.

*Quicquam pensæ*] Nihil considerati, nihil considerationis: translatio sumpta a pensantibus, qui diligenter inspiciunt in quam partem vel aurum, vel argentum inclinet. Non ponderabat ipse quomodo rempublicam caperet, dummodo cupiditatem suam explere posset. Vall.

*Conscientia scelerum*] Id est, memoria et simplex scientia rei, seu notitia, quæ nobis cum aliis communis



est. Tacit. Histor. i. 25. 'In conscientia facinoris pauci adsciti suspensos ceterorum animos, diversis artibus stimulant.' Cic. in Orat. i. in Catil. cap. 1. 'constrictam jam omnium horum conscientia teneri conjuratiōnem non vides?' Idem lib. vi. epist. 10. ad Famil. 'quamque te vehementer consolaretur conscientia factorum et consiliorum tuorum.' Sic Justinus de Candane 1. 7. 'hic uxorem, quam propter formæ pulchritudinem deperibat, prædicare omnibus solebat, non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonii reticenda publicaret:' et l. viii. c. 2. Phæd. in prol. l. iiii.

*Res ipsa hortari videtur*] Tacitus Hist. iv. 'Res poscere videtur, quia iterum in mentionem incidimus viri sæpius memorandi, ut vitam studiumque ejus paucis repetam:' ubi et illum alium locum de Sylla in Jugurth. est etiam æmulatus, 'Sed quoniam nos tanti viri,' &c. Ciaccon.

*Res ipsa hortari videtur*] Fabius Quinctilianus auctor et censor gravissimus ob hoc genus exordiorum ut supervacaneam et parum ad historiam pertinens notat Sallustium, cui non injuria majorem curiositatis notam inussit magnus ille Scalig. Poët. iii. 96. ejus verba gravissima subscribam: 'Ambitiose,' inquit, 'fecisse Sallustius quibusdam videtur, quod Poëtarum more, cum dicere orsus esset de Catilina, omissa ea narratione, repetit historiam ab ipsis ultimis Romæ rudimentis. Nos virum suo in genere præstantem atque incomparabilem cum recte, tum necessario fecisse judicamus, ut ostenderet corruptam civitatem, cujus et pars esset Catilina, nequam ipse, et participes habere posset multos sceleris ac nequitiz.' Colerus.

*Quo modo reipub. habuerint*] Sic quidem Tacitus maximus Sallustii æmulator, Annal. iv. 'Congruens crediderim, recensere ceteras reipub.

partes, quibus modis ad eam diem habitæ sint.' Nescio tamen an ille scripserit, 'auxerint temp. infra enim Regium imperium quod initio conservandæ libertatis et augendæ reip. fuerat:' et, 'Ubi labore atque justitia reipub. crevit.' Ciaccon. sic et Ursin.

*Ex pulcherrima et optima, pessima ac flagitiosissima facta sit*] Tò optima cum illa copula et, non est in alio manuscripto, quæ quidem ipse viderim, nec Beroaldinum ea volumen habet. Rivius.

*Ex pulcherrima*] Adducit hunc locum Divus Augustinus de Civitate Dei ii. 18. Ciaccon.

*Ex pulcherrima pessima ac flagitios]* Adde ex scriptis; *ex pulcherrima atque optima, pessima ac flagitiosissima facta sit*: ut *pulcherrima flagitiosissima, optima pessima* respondeat. Paulo post iisdem fere verbis: 'Imperium ex justissimo atque optimo, crudele intolerandumque factum.' Putsch.

CAP. 6. *Urbem Roman, sicuti ego ucepi*] Æmulatus est etiam hunc locum Tacitus initio Annalium; quos sic exorditur, 'Urbem Roman ab initio Reges habuerunt.' Ciacconius.

*Initio habuere Trojani*] Illud habuere, a Græcis Sallustius accepit, itemque æmulator ejus Tacitus, qui suos annales ita exorditur: 'Urbem Roman ab initio Reges habuere.' Homerus in Catalogo dixit, *ὄν ἔλαρον*, &c. Ursinus.

*Qui Ænea duce profugi, incertis sedibus vagabantur*] Manuscripta *sedibus incertis*, ut adjectivam sequatur; quomodo et Rødolphus Agricola citat. Rivius.

*Cumque his Aborigines*] Aborigines fuerunt prisci illi Latini, quorum reges aliquot recensentur a Livio et Halicarnasæo. Communis veterum opinio, Trojanos advenas cum hoc antiquo Latii populo mixtos simul coaluisse: licet alii aliter dicant: quod ut optime intelligebat Crispus,

Ita ut in re dubia, prudenter addit, *Sicuti ego accipi.* Fasit idem in re simili divinas Maro, notante Honorato: accipi autem, puta a Catone, catus ut nimis verborum imitator notissimo versu incessitur, 'Et verba multam furate Catonis, Crispe Jugurthinae conditor Historiae.' Ita nunc quoque sententiam ejus sequitur, qui in originibus suis scriptum reliquit: 'Primo Italiam tenuisse quosdam, qui Aberigines appellabantur, sed postea adveniente Ænea, Phrygibus junctas Latinos uno nomine nuncupatos.' Cascos vocat Ennius ob vetustatem: 'Quamprimum Casci populi tenere Latini.' Sanfoius apud Servium Virgilli interpretem, 'Latium dictum ait quod ibi latuerint tacolæ, qui quoniam in cavis vel occultis montium, caventes sibi a feris belluis, vel a valentioribus, vel a tempestatibus habitaverint, Casci vocati sunt; quos postea Aborigines nominaverunt, quoniam a Diis ortos recognoscebant.' Maro arboribus natos enumerat: 'Hæc nemora indigenam Fauni, vatesque tenebant, Gensque virum truncis, et duro robore nata.' Juv. Sat. vi. 'Quippe aliter tunc orbe novo, caeloque recenti Vivebant homines, qui rupto robore mati, Compositive luto, nullos habuere parentes.' Sed Servius fabulum hæc explicat: 'Hoc figmentum ortum est ex antiqua hominum habitatione, qui ante factas domos aut in cavis arboribus aut in speluncis manebant; qui cum exinde egrederentur, aut suam educebant sobolem, dicti sunt inde procreati.' Versum Entii inquit Cic. Tusc. prima: 'Itaque unum illud erat insitum priscais illis, quos Cascos appellat Ennius.' Maro Æn. vi. 'Vultaque et veste nitabant Romani populi patres sine semine facti.' Atque hæc de Aboriginibus aliis omisa vel potius neglecta. *Putach.*

*Sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum*] Palatinus nomen habet,

*sine legibus, imperio liberum atque solutum.* Is autem liber literas omnes adeo habuit evanidas, ut denno eas aliquis depinxerit, sed qui non etiam semper institit vestiglis scripturæ prioris: nam ubi mox habemus, *cuncta satis prospera, satique pollens videbatur,* apparent adhuc veteres litterarum vocis *prospera*: at renovator solum expressit, *cuncta, satique pollens videbatur*; omissa illo, *satis prospera.* Gruterus.

*Alii alio more viventes, incredibile est memoratu quam facile conabuntur*] Manuscripti codices habent *alii alio more viventes*; quemadmodum postea, *Alius alii tanti facinoris conatii.* Et in Oratione Catonis, 'Alius alium expectantes conctamini.' Nec secus in Oratione Lepidi, 'Ne alius alium principem expectantes ante capiamini.' Et ad Cæsarem de rep. ordinanda, 'Alius alium quasi prudentiorem secuti.' Sic et Curtius v. 'Alius alium levantes conabantur ascendere.' Idem, 'Nisi mutuo easemus miseri, olim alius alii potuissimam esse fastidio.' et vii. 'Aliusque alium ad hostati in hostem salutis immemores ruere cœperunt.' Sed et ix. 'Alius alii occurrentes in alium suspecti et solliciti ferebantur.' *Rivius.*

*Incredibile memoratu est*] Frequens est hoc apud Sallustium, ut c. 7. Catil. c. 40. Jug. et Tacitus 2. Hist. 'Vix credibile memoratu.' et 8. Hist. 'Immane dictu est.' *Ciccon.*

*Sed, postquam res eorum civibus, moribus, agris cuncta*] Hæc lectio in omnibus codicibus, quotquot ipse viderim, reperitur: verum Aurel. Augustinus in iii. de civitate Dei sic citat, *postquam res eorum legibus*: ubi hodie *civibus*, nec male, ut opinor. In Augustino, librarii mendum esse suspicor. *Rivius.*

*Reges*] Turnus, Mezentius, Acron, Tatus, et post exactos reges Porrena. *Catil.*

*Populique fruticini*] Sabini, Hetrusci, Latini, ceterique. *Idem.*

*Pauci ex amicis auxilio esse*] Ut cum Ascanius obsessus fuit a Mezentio, quod narratur a Dionysio ἀρχαιολογίας l. 1. etai id Lavini, non Romæ fuit. Item ut in bello contra Fidenates et Veientes, quando Albani ad montes subiere. Illi enim in tanto periculo non solum Romanis auxilio non fuere, sed etiam eos prodere voluerunt. Livius et Dionysius. *Idem.*

*Nam ceteri, metu percussi, a periculis aberant*] Augustinus, quo dixi loco, habet, *longe a periculis aberant*: verum dissentientibus cunctis fere exemplaribus, in quæ ipse incidit. Rivinus.

*Armis tegere*] Sic et V. C. meus, cum ante esset *protegere*: simili loco in Jugurth. 'armis libertatem, patriam, parentesque et alla omnia tegi.' Ciaccon.

*Magisque dandis quam accipiendis beneficiis amicitias parabant*] Hoc videtur summisæ a familiari suo Thucydide: cujus hæc sunt in oratione Periclis: Ὁ γὰρ πόλιοντες εἶ, ἀλλὰ δῆρονες, κτάμεθα τοὺς φίλους. Idem infra similem in sententiam incurrit in Jugurtha: 'Beneficia dare, invitus accipere.' Manutius.

*Imperium legitimum*] Videtur hoc inferius annuo imperio opponere, cum ait, 'Immutato more, annua imperia, binos imperatores sibi fecere.' Ciacconius.

*Delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, reip. consultabant*] Sic et in omnibus manuscriptoris. At sunt qui legant, *reip. consultabant*: quomodo Rodolphus idem citat, memoriane lapsus, an quod sic legendum judicaret. Sensus autem est, *consilium reip. penes senes fuisse, qui ex auctoritate patres, ob ætatem senatus vocarentur*: ut inquit Florus. Rivinus.

*Delecti quibus corpus*] Tacit. Ann. 5. 'Trecenti delecti opibus aut sapientia, ut Senatus.' Ciaccon.

*Reipub. consultabant*] *Consultabant* fortasse legendum; sic in orat. Cottæ,

'tolerate adversa et consulte reipubl.' et in orationibus de republ. ordinanda, 'apud illos una res publica erat: ei consulebant.' Nisi forte, *consultare, dixit, ut agitare, ductare, dictare, et multa alia hujusmodi dicere solet, hoc est, frequenter consulebant.* Ciacconius: sic et Ursinus.

*Reipubl. consultabant*] Errat vir doctus, qui hic legit *consulebant*; vulgata tætur Sallust. ipse: 'Omnia homines P. C. qui de reb. dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet.' Putschius.

*Patres appellabantur*] Oppido quam venusti sunt Naonius versus ex v. Fastorum, quos non pigebit adscribere. 'Magna fuit capitis quondam reverentia canis, inque suo precio ruga senilis erat. Martis opus juvenes animosaque bella gerebant, Et pro Diis aderant in statione suis. Viribus illa minor, nec habendis utilis armis, Consilio patriæ sæpe ferebat opera. Nec nisi post annos patuit tunc curia seros, Nomen et ætatis mite Senatus habet. Jura dabat populo senior, finitaque certis Legibus est ætas ande petatur honor.' Et paulo post: 'Romulus hoc vidit, selectaque corpora patrum, Dixit ad hos urbis summa relata novæ est. Florus: 'Consilium Reipubl. penes senes esset, qui ex auctoritate Patres, ob ætatem Senatus vocabantur.' 'Ita dicti Senatores' (verba Isidori) 'quia sicut Patres filies, ita temp. isti alebant.' Qui ex illis nascebantur, Patricii. Livius l. 1. 'Patres certe ab honore, patricii progenies eorum.' Idem et ingenai: Festus, 'Gintias ait in libro de comitiis patricios eos appellari solitos, qui nunc vocentur ingenai.' Servius hæc Sall. adducens legit, *appellati sunt*, et mox addit de suo, 'Senatores autem alii a sinendo dictos accipiunt.' *Idem.*

*Post, ubi imperium regium, quod initio conservanda libertatis, atque augenda reip. causa fuerat, in superbiam domi-*

antiquaque se convertit] Hic conjecturam meam subjiciam, nullius auctoritate fideve exemplaris fretus. Quid enim, si legas, in *superbiam dominationemque vertit?* quomodo et alias verbo hoc Sallustius uti solet. Est autem et aliis in locis *vertit* in *conversit* aut *conversitur* mutatum: nam illud *et*, codex Merseburgensis non habet. Sed et *conversit* interdum absolute penitur apud hunc auctorem: id quod suo loco ostendamus. Adhuc *et* *conversus*, non habent manuscripta quaedam in contextu, sed in spatio tantum quod veras dirimit: ut tale omnino sit, quale apud Terent. in *Adelphis*, 'Ne id assentandi magis, quam quod gratum habeam, facere existames:' deest enim *conversa*. Sic autem Romanos loqui interdum consuevisse, testatur XVIII. Priscianus. Sane Corn. Tacitus identidem hac ellipsi utitur, omisso substantivo *conversus* vel *gratia*, id quod in Terentio diligenter annotavimus. Sed et alias Sallustius ipse hoc modo loqui consuevit: ut suis locis indicabitur. 'Quod initio conservandæ libertatis fuerat:' pro, *quod ad libertatem conservandam faciebat*. Rivius.

*Quod initio conservanda libertatis, atque augenda reip. fuerat*] Ne quis putet mendosum esse locum, notandum existimavi, locutionem esse Sallustianam, qua et alibi usus est; ut infra: 'Pœnam illorum sibi oneri, impunitatem perdundæ Reip. fore credebat.' Et l. i. Hist. in Orat. Lepid. 'Omnia retinendæ dominationis honesta æstimat.' Et eodem lib. in Orat. Philippi: 'Exercitum opprimendæ libertatis cepit.' Item: 'Arma civilia cepit, legum ac libertatis subvertendæ.' Terentius quoque in *Adelphis*: 'Ne id assentandi magis, quam quod gratum habeam facere existimes.' De hoc loquendi genere vide Priscianum l. XVIII. *Manutius*.

*Quod initio conservanda libertatis, &c.*] Rex enim initio creabatur, et

nihil agebat sine auctoritate Patrum. Nam Romulus, cum coloniam Romanam deduxisset, dedit optionem populo, ut quod vellet rerum publicaram genus eligeret: isque cum sub regibus vivere decrevisset, statim sibi regem Romanam esse jussit, ut narrat Dionysius libro secundo. *Catili*.

*In superbiam dominationemque se convertit*] Dictionem *et* *conversit*, tanquam inanem: nec tamen a me veterem librum dissentire video, cum quo facit idem Sallustius, qui hoc loquendi genere alibi quoque usus est: 'Nata vobis mansuetudo et misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam vertet.' Item: 'Benefacere jam ex consuetudine in naturam vertit.' Denique: 'Secundæ res in miserationem ex ira vertant.' Alibi quoque Cicero: 'Sed hoc vitium in bonum ei vertebat.' Tacitus III. 'Postquam omnibus sævitum et magnitudo famæ exitio erat, ceteri ad sapientiora convertere.' Idem alibi: 'Clam cum paucis ad pedites convertit.' Caesar Bell. civ. l. III. 'Detrimentum in bonum verteret.' Livius l. i. 'Auspicia in bonum verterunt.' Et l. XXXIX. 'Hæc in perniciem adolescenti verterunt.' Virg. Georg. III. 'Et totam solidam in glaciem vertere lacunæ.' Tacitus 'Astusque hostium in perniciem ipsis vertebat.' Id. 'Seu temere lapsa vox in præsagium vertit.' Liv. 'verteratque Scipionum invidia in Prætores.' Id. l. IX. Decadis IV. 'Mores quidem populi Rom. quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit:' pro *mutati sint*. Et l. VIII. belli Panici III. 'Non septies die, sicut fama fert, temporibus statutis reciprocatur:' pro, *reciprocatur*. Suetonius: 'Quoties terra in urbe movisset;' pro *muta esset*. Virgilius: 'Nox humida cœlo precipitat.' Idem, 'Ingeminant Austri.' Gellius etiam l. 13. 'Si res forte melius vertisset, Diis quidem gratia habenda.' Livius autem lib. II. ab urbe condita, ellipsin faciens pronominia,

oe, sic ait: 'Secuti, dedita opera passim ad illecebras propulsa pecora, præcipitavere in insidias.' Et Virgilius: 'Accingunt omnes operi.' Et: 'Tum prora avertit.' Ut facile adducatur iis qui Curtii locum l. vii. mutant, proque vertitur, legunt vertit. In eo sic est: 'Posteaquam desierat esse quem odissent, invidia in misericordiam vertitur.' Vide quoque Gellium Noct. Att. xviii. 19. *Manutius*.

In *superbiam dominationemque convertit*] Meus liber, in *superbiam dominationem se convertit*. Cæsar tamen in *Anticato* dixit, 'Unius arrogantiae, superbiamque dominio.' *Ciaccon*. sic et *Ursin*.

*Dominationemque convertit*] Et si *Mss.* nostri agnoscerent pronomen *se*, expangendum tamen putavi, auctoritate codicis Romani ac Merseburgensis. *Gruterus*.

In *superbiam, dominationemque se convertit*] Tarquinium intelligit, cui Superbo cognomen facta indiderunt. Is male partum, et male administratum imperium amisit. Brutus enim ob illatum Lucretiæ stuprum a Sex. Tarquinio, regis filio, patriam a tyrannide liberavit. qua de re copiose scribunt *Livius* et *Dionysius*. *Castil*.

CAP. 7. *Cæpere se quisque magis extollere*] Meus liber, *per se quisque*. Sed in orat. de republica ordinanda, *Sallust*. scripsit, 'Neque aliter quisquam extollere sese, et divina mortalis attingere potest.' *Ciacconius*: sic et *Ursinus*.

*Cæpere se quisque*] Ex codice nostro reposuimus; *cæpere se quisque magis magisque extollere*. Si cui vulgata magis placet, haud equidem repugnaverim: ea talis est; *cæpere se quisque magis extollere, magisque ingenium*. *Rittershusii* cod. prius illud *magis* omittit. *Putechius*.

*Semperque his aliena virtus formidolosa est*] Verbum *est* non habetur in *Pal.* nono, neque admodum requiritur; non magis quam paulo ante

sunt, post *inspectiores*. *Gruterus*.

*Jam primum juvenutus simul ac belli patiens erat*] Id est, quam primum per ætatem belli laboribus frendis par erat, sive poterat militiæ adscribi. Ea vero ætas erat apud Romanos anno septimo decimo; Tyrones enim anno quarto decimo exeunte togam sumebant virilem: quinto decimo armis exercebantur in campo Martio: sexto decimo exeunte stipendia mereri incipiebant, teste *Servio* septimo *Æneid*.

*Belli patiens erat*] Sic *Jugurth.* de *Mario*, 'ubi primum militiæ patiens fuit': sic de puella, 'viri patientes.' *Ciacconius*.

*Juventus simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam disciebat*] *Pal.* quartus habet, *juventus pacis ac belli patiens erat*: ut forte scripserit auctor; *juventus, belli patiens, in castris*, resectis ceteris: sed et illud *usu*, nescio an hic necessarium sit, aut, si; an voces duæ *per laborem*. *Naz.* habet ad marginem, *simul labores ac belli*: ut alicui venire posset in mentem falsæ intio; *juventus, laboris patiens, in castris usu militiam disciebat*. *Gruterus*.

*Unus militiam disciebat*] Credo dixisse *Sallustium*, *unum militiam disciebat*: sic in *Jugurth.* *militiæ magna scientia*: et *Cæsar* l. 1. 'non magnum in re militari usum habebant.' *Ciaccon*, sic et *Ursinus*.

*Magisque in decoris armis et militariibus equis*] Si quidem hic locus legitur apud *Nonium*, citaturque a *Prisciano* l. iv. *Sallustii* locus ex *Historiis*: 'equis et armis decoribus cultus:' et ibidem: 'dedecores, multique per terga ab hostibus cædebantur:' nescio an hic quoque, *decoribus armis*, sit legendum. *Ciacconius*. *Nonius* tamen profert, ut vulgo habetur. *Ursin*.

*Quam in scortis atque in convitiis libidinem habebat*] *Manuscripta* cuncta, atque *convetiis*, ommissa iteratione præpositionis *in*. Atque hoc *Sal-*

lustitiam magis. Porro *libidinem habere*, hic est *delectari aliqua re*, seu *delectationem habere*, ut Cicero interdam loquitur. Vides autem *libidinem* anceps esse vocabulum *καὶ τὸν πόρον*, ut quo et bonam et malam in partem uti liceat. *Rivius*.

*Libidinem habebat*] Studium ponebat, delectabatur. Libido enim est verbum medianum: significat enim non solum malam, sed etiam bonam voluntatem et desiderium: ut videmus hic, et in oratione ad C. Cæsarem de Republ. ordinanda, ubi sic scriptum est: 'Quod si tibi bona libido fuerit, patriæ parentibus gratificandi.' *Cast.*

*Sic se quisque hostem ferire, murum ascendere*] Particula *sic*, non est in volumine Fabriciano: in ceteris tamen est, ut et Merseburgensi. Quid si legas, *Sese quisque?* id e manuscripto quodam suspicor; licet prioris lectionem non rejiciam. *Rivius*.

*Sic se quisque hostem ferire*] Dux primæ dictiones absunt a meo libro, neque sunt necessariæ. *Ciaccon.* Absunt et a V. C. Ursini.

*Sic se quisque*] Dux priores dictiones absunt a cod. *Ciacconii*, et abesse debent, quamvis nec sine huic loco bene. divinent alii. Ms. præfert *facere pro faceret*; eliciat aliquis, *Sic se quisque hostem ferire, murum ascendere, conspiciendum tale facinus facere properabat.* *Putschius*.

*Sic se quisque hostem ferire*] Alius alium non expectabat ad invadendum hostem, sed unusquisque primus esse volebat, quia nullum præclarum facinus apud Romanos sine prælo erat. *Cast.*

*Murum ascendere properabat*] Unusquisque in oppugnandis urbibus primus esse volebat, qui murum ascenderet, et muralem coronam assequeretur. Nam corona muralis dabatur his, qui primi murum ascenderent. *Valk.* Romani, ut ad præclara factiva militis magis animos militum incenderent, quoque honoratior testa-

torque eorum virtus esset, mercede proposita, muralem, obsidionalem, civicam, navalem, castrensem, et aureas coronas, amplissimaque alia honoris genera invenere: quibus donabantur, qui primi urbis obsessæ murum ascenderent: vel qui urbes, castra, aut exercitus obsidione liberassent, civemque servassent. Primus *Manlius Capitolinus* decimo et septimo anno ætatis murali corona donatus est. 'Muralis corona,' inquit *Gellius*, 'est, quæ donatur ab Imperatore ei, qui primus murum subit, inque oppidam hostium per vim ascendit, idcirco quasi pinnis muri decorata est.' *Zanch.*

*Conspici dum tale facinus faceret, properabat*] Si permitteretur meæ libidini quidvis tollendi, sex istas voces ablegarem alio; aut sane, verbum *faceret*; mutato *properabat*, in *properaret*: nam in aliquot Mss. videmus alioquin, *properare*; ut etiam in editionibus primis. *Gruterus*.

*Ea divitias, eamque bonam famam*] In manuscriptis reperi, *eas divitias, eam bonam famam*: neque secus in impressis emendationibus, omissa videlicet illa conjunctione *que*. *Rivius*.

*Eas divitias, eam bonam famam putabant*] In orat. de republ. ordinanda, 'eam virtutem et magnitudinem animi æstiment.' Melius in meo libro: *ea divitias, ea bonam famam putabant*: sic infra c. 51. 'ea populus lætari.' *Ciacconius*: sic et *Ursinus*.

*Laudis avidi*] Non minus apte dixit *Horat.* 'Græcis præter laudem nullus avaris:' et *Q. Curtius* l. ix. 'Avaritia gloriæ, et insatiabilis cupido famæ.' *Ciacconius*.

*Divitias honestas volebat*] Sic in orat. de republ. ordinanda, 'bonas artes, honestas divitias.' *Idem*.

*Memorare possem, quibus in locis maximas hostium copias populus R. parva manu fuderit*] Sic infra: 'Sciebam sæpenumero parva manu cum magnis legionibus hostium contem-

disse: et in Jugurtha: 'Sæpe ante a paucis strenuis adversus multitudinem bene pugnatam.' *Mammius*.

*Pugnando cepit*] Sic in Jugurth. 'Urbes aliquot pugnando cepit: et in basi columnæ Duilli, quæ in foro Romano e ruinis effossa fuit, est; 'pugnando cepet,' antiqua scribendi ratione, pro, *cepit*. Et Plautus Milglor. 'vi pugnandoque hominem cepere certa res est: et Hirtius de bello Africo, 'castello in monte loco manito locato vi expugnando est positus,' ubi legere, *vi, et pugnando*, et paulo ante, *quibus locus*, est in meo libro; et vox *longius*, quæ statim sequitur, non legitur in eodem. *Cicconius*: sic et *Ursinus*.

CAP. 8. *Fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine*] Commel. non agnoscit, *ea res*: et vero cum præcesserit in omni re, ingrata est repetitio vocis ejusdem: forte fuit, *dominatur, cunctasque ex libidine*. Gruterus.

*Ea res cunctas ex libidine magis quam ex vero celebrat*] In eam sententiam in orat. de republic. ordinanda, 'quia plerasque res fortuna ex libidine sua agitat.' *Ex vero* etiam Tacitus dixit Ann. l. iv. 'Neque Philippum potentia, sed ex vero statuisse: ipse Sallust. in Jugurth. aptius, 'et omnes,' inquit, 'honores non ex merito, sed quasi debitos a nobis repetit.' *Ciccon*. sic et *Ursin*.

*Ex libidine magis quam ex vero celebrat*] Adverbium *magis* non visitur in Pal. quarto; nec mihi dubium sit, quin abfuerit autographo ipsius Historici. Eam enim vocem fere subaudiebant antiqui: nec quidquam Tacito frequentius. Gruterus.

*Atheniensium res gesta (sicuti ego existimo) satis ample magnifacque fuisse: verum aliquando minores tamen, quam fama feruntur*] Sic in vetustis. Nam perperam est in recentioribus omissum *tamen*, quod si non sensus ipse necessario, numerus quidem ceratæ exposcit. Consule aures, et me-

cum facias. Ansam errori præbuit illa divisio conjunctionis *coram tamen*, aliis interpositis verbis; id quod et Cicero facere amat. Merseburgense habet, *coram tamen aliquando minores*: verum cetera rectius. *Rivius*.

*Sicuti ego existimo*] Pronomen *ego*, non est in Pal. sexto, septimo, decimo; omnes alii *Ma*. notæ pretiosioris præferunt, *autumo*; adeo ut id revocandum sit, nisi auctoritatem eorum vilipendimus. Gruterus.

*Ita corum qui ea facere, virtus tanta habetur, quantum verbis eam potuerunt extollere præclara ingenia*] Ego, qui Sallustianus non sum, simpliciter scripsissem, *ita corum virtus tanta habetur, quantum verbis eam potuerunt extollere*. At *populo, &c.* exterminatis ceteris. *Idem*.

*Negotiosus*] Id est, ad negotia se accingebat. Nam Romani maxime se dederunt negotiis militaribus, quia aciebant militarem rem cæteris omnibus præstare: quod et Cicero pro L. Muræna ostendit, cum sic inquit: 'Nimirum (dicendum est enim quod sentio) rei militaris virtus præstat ceteris omnibus, hæc nomen populo Romano, hæc huic urbi æternam gloriam peperit, hæc orbem terrarum parere huic imperio cœgit, omnes urbanæ res, omnia hæc præclara studia, et hæc forensis laus et industria sunt in tutela ac præsidio bellicæ virtutis.' Zanch.

*Optimus quoque facere, quam dicere, et eia ab aliis benefacta laudari, quam ipse aliorum narrare, malebat*] Illa et copula non est in *ma*. codicibus, ac majore cum gratia his abesse poterit. *Rivius*.

CAP. 9. *Jus bonumque apud eos*] Tacit. de Moribus Germ. 'plusque ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges.' *Ciccon*.

*Jus bonumque apud eos non legibus magis, quam natura valebat*] Vide D. Augustinum de Civ. Dei II. 18. *Mammius*.

*Discordias, iras*] Postrema vox in nono codice non legitur. *Ciccon.*

*Jurgia, discordias, simultates*] Editiones natæ intra annos triginta, voce amplius; *Jurgia, discordias, iras, simultates*: eam ejeci; quod abesset antiquitas causis omnibus, nec in illo conspiceretur manuscriptorum, nisi Pal. duodecimo, scripto cīā cccc XLVII. *Gruterus.*

*In suppliciis Deorum magnifici*] Pal. tertius et nonus non expresserunt vocem *Deorum*. Ignorantia credo significationis antiquæ. *Idem.*

*In suppliciis Deorum magnifici*] *Supplicia* pro hostiis et sacrificiis capit. Et alibi sæpe Tacit. 3. 'Sed tunc supplicia Diis Indique magni a Senatu decernuntur.' Vide Nonium. *Ciccon.*

*In suppliciis Deorum magnifici*] Apud Romanos mulctæ pecuniariæ certus fuit modus præfinitus, quem transcendere minime fas erat: quippa de mulctarum æstimatione tam a consulis, quam a Trib. pleb. sæpe Senatus consulto, sæpe populi rogatione cantum fuit: quibus maxima erat mulcta, trium millium et viginti assium, quia plus triginta bobus et duas ovis quæpiam mulctari non decebat: æstimaturque hoc centum assibus, ovis vero decussibus: minima vero, ove taxabatur una. Sæpius vero Romani reges homicidii conscios arietis damno mulctabant, quem in sacrificiis Deorum expendere solebant: siquidem, prisca paupertas ex noxiorum bonis sacra diis fecisse fertur, quare *supplicia* dicta sunt. Festus vero Pomp. inquit: 'Supplicia veteres quædam sacrificia a supplicando vocabant.' *Zench.*

*Quarum rerum, &c.*] Hunc locum, quicquid dicant alii, hoc pacto intelligendum existimo quasi dicat Sallustius: Cum leges vel imperatorum essent edicta, ut qui contra imperium in hostes pugnasent, quique tardius excessissent e prælio, cum signum recepti datum esset, mulctarentur:

cumque item leges essent, quæ ab illis qui signa aut locum assignatum deseruissent, pœnas repeterent: tamen sæpius ob audaciam damnati sunt, qui injussu imperatoris pugnasent, quique serius se receperant a pugna, quam qui ob ignaviam signa aut locum non tutati sunt. Et est probatio audaciæ Romanorum in bellis. *Caef.*

*Quod in bello sæpius*] Dictiones, in bello, abundare existimo. *Ciccon.*

*Quod in bello sæpius vindictatum est in eos, &c.*] Ita Mss. tridecim, nisi quod abest Pal. tert. in bello: male, puto. Ceterum verbis istis hic est sensus: si numerus lætatur utriusque criminis, compertum iri, sæpius impunitate donatos eos qui signa reliquerunt, qui loco cesserant; quam qui contra imperium pugnarunt, aut tardius prælio excesserunt. Frequenter enim veniam datam prioribus illis; postremis, fore nunquam. Falluntur qui aliter interpretantur, ac frustra descendunt ad conjecturas: quorum e numero aliquando et ego; conjectans legendum *æcerius*. *Gruterus.*

*Vindictatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverunt*] Manlium Torquatam intelligit, de quo sic idem infra: 'Apud majores nostros A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnaverit, necari jussit.' Et Porcius Latro declamat. in Catilinam. *Manut.*

*In hostem pugnaverunt*] Reperit idem inferius: 'Quod his contra imperium in hostem pugnaverit,' et in declamatione Porcii Latronis in Catilinam; et Claudius in Annal. apud Gellium XVII. 2. 'In Gallos pugnare:' unde et XVII. 21. de hoc ipso. *Ciccon.*

*Quam qui signa relinquere, aut pulsi loco cadere ausi erant*] Quæ fuerit pœna eorum militum qui signa reliquissent, aut locum non tenuissent, de-



cent Polybius l. vi. Dionysius Halicarn. libro nono, Livius Decadis primæ libro secundo, et Cicero in oratione pro Cluentio. Signiferi enim centurionesque ac duplicarii virgis cæsi, securi percutiebantur: cetera multitudo, sorte decimus quisque, ad supplicium legebatur. Interdum pœna levior fuit, ut leges apud Valerium et Frontinum. *Cast.*

*In pace vero beneficiis magis, quam metu]* Manuscripta, quod *beneficia magis*: recte an secus, aliorum esto iudicium. Opponit autem inter se, *in bello, et in pace*, ut non incommode utrobique addi videatur, quod. Sed et Aldinus codex illud habet. *Rivius.*

*In pace vero]* Pro his omnibus reponendam credo tantam dictionem, *et. Et quod beneficiis.* Ciaccon.

*Accepta injuria, ignoscere, quam persequi malebant]* Sic infra: 'Magis quod se dignum foret, quam quod in illos jure fieri possit, quærebant.' Sic D. Augustinus Epist. v. ad Marcellinam de urbe Roma loquens: 'Dignum esset exsurgere civitatem quæ tot gentibus imperitaret: quod accepta injuria ignoscere quam persequi malebant.' Cicero Tusc. v. 'Accipere quam facere præstat injuriam.' Quam sententiam videtur sumsisse ex Platone in Gorgia; cujus hæc sunt: *Ὁς ἄμα μόνον ἐστὶν ἀλαχρὸν τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ φέσει.* *Manutius.*

CAP. 10. *Reges magni bello domiti]* Ut Syphax, Philippus, Antiochus, Perses, Mithridates. *Cast.*

*Nationes ferae]* Ut Thraces, Galli, Hispani. Natio est genus hominum, qui non aliunde venerant, sed ibi nati sunt. Festus. *Idem.*

*Carthago æmulæ imperii Rom.]* 'Per annos 115. aut bellum inter Romanos et Carthaginienses, aut belli præparatiō, aut infida pax fuit,' ut inquit Paternulus. Plin. vero Nat. histor. xv. 18. tradit, per annos 120. de terzæ orbe æmulam Carthaginem

fuisse. Secundum Livium, a l. anno 1. belli Punicæ, ad initium 3. (quod intra quintum annum, quam ceptum erat, perfectum est) fuerunt anni centum. Libro enim 49. initium tertii belli Punicæ, altero et 600. anno ab U. C. fuisse scribit, et infra sic inquit: 'Diti patri Indi ad Tarentum ex præcepto librorum Sibyllinarum facti, qui anno 1. primi Punicæ belli, quingentesimo et altero anno ab Urbe condita facti erant.' Nos autem, si sequamur Consulum seriem, adhærebimus Plinio. Porro Carthago Pœnorum lingua dicitur nova civitas, ut ex auctoritate Livii docet Servius. Solinus c. 30. ita scribit: 'Sed quæ super Carthagine veraces libri prodiderunt, hoc loco reddam. Urbem istam, ut Cato in oratione Senatoria autumat, cum rex Hiarbas rerum in Libya potiretur, Elissa mulier extruxit, domo Phœnix, et Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam. Mox sermone verso in verbum Punicum, et hæc Elissa, et illa Carthago dicta est.' Hæcenus ille. Græce Carchedon, a conditore dicta est. Vide Apollin. in Libyis, Euseb. in Chronicis, et Stephanum de urbibus. *Cast.* Hebræis quoque *קרתגו* civitas, aliisque Orientalibus Cartha. Unde et Tigranocerta, quasi Tigranis civitas.

*Carthago]* Strabo l. xvii. 'Carthago,' inquit, 'in peninsula quadam jacet, quæ ambitum habet stadiorum trecentorum et sexaginta, muro circumfinitum: ejus sexaginta stadiorum longitudinem jugum occupat, quod a mari in mare descendit, ubi Carthaginiensium elephants stabula habebant, qui locus amplissimus est. In media fere urbe arx fuit, quam Byrsam vocaverunt: supercilium satis erectum est, circumcirca habitatum. In ejus vertice Æsculapii templum erat, quod Andrubalis uxor, capta urbe, secum concremavit.' *Zanch.*

*Æmula imperii]* Sic Plin. 'Carthago

*Ma Romani Imperii semula, terrarum orbis avida.* Ciaccon.

*A stirpe interit]* Deleta est Carthago a P. Scipione Africano Æmiliano, septingentesimo anno quam condita fuerat: ut voluit Livius, Orosius, et Eutropius. Paterculus vero: 'Carthago diruta est,' inquit, 'cum stetisset annis 667.' Euseb. in Chronic. duas affert opiniones, quarum prior non longe dissentit a Paterculo: altera vero dicit, Carthaginem stetit annos 748.: cui opinioni accedit aliquantum Solinus, qui ait: 'Carthago post annos 787. exciditur, quam fuerat extracta.' Sed certe Orosius sibi constare non videtur, nam l. iv. c. 6. scribit, Carthaginem conditam fuisse ab Elissa, ante urbem Romam duos et septuaginta annos. Postea c. 23. ejusdem libri ait: anno ab urbe condita 603. vel 606. (nam utroque modo legitur) deletam esse. Verum eo pacto defendi potest, quod plerumque boni scriptores summam tempus comprehendunt, non subtiliter annos computantes. Præterea tot sunt hæc de rebus opiniones, ut nullus fortasse fuerit, eas silentio præterire, præsertim cum in omnibus fere codicibus numeri corrupti sint. *Cass.*

*A stirpe interit]* In Mss. est, ab stirpe, idque rectius, ut opinor. Riv.

*Cuncta maria terræque patebant]* Legendum credo, *parebant*: sic infra: 'Cui (P. R.) cum ad occasum ab ortu solis omnia domita armis parentur:' et supra: 'Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent.' Thucydides tamen lib. II. in *Orat. Periclis*, ἀλλὰ πᾶσαν μὲν θάλασσαν καὶ γῆν ἐσβατὸν τῇ ἡμετέρῃ τάλαρ καταναγκάσαντες γενέσθαι: Sed omnia maria omnesque terras nostra audacia percipimus fecimus. Ciaccon.

*Cuncta maria, terræque patebant]* Ita Mss. omnes, ne quis temere auccultet. Ciacconio substituere cupienti *parebant*: quomodo expressit editio Pom-

ponii Læti, ac commentaria Omniboni Zanchilque. Videatur hic Colerus, ita tamen, ut ei fides minime adhibeatur, carpenti Turnebum; cui falso aliam affingit sententiam. Quod magnus ille vir a se non novit: nemo novit, nemo noscet: nedum aliquis qui omnia sua minima maxima, aut mendicorum more palam corrogat, aut furum clam sublegit. *Gruterus.*

*Divitia optanda aliis]* Id est, quam ab aliis optantur. Sic in Jugurth. 'Cui quamquam virtus, gloria, atque alia optanda bonis superabant.' *Ciacconius.*

*Ea quasi materies omnium malorum fuere]* Multus est in hoc nomine Tacitus, ut l. I. 'Ea vetustissima militariibus odliis materies,' et sæpe alias. *Ciaccon.*

*Namque avaritia fidem, probitatem, ceterasque bonas artis subvertit]* Legendum, *ceterasque artis bonas*: ut sequatur adjectivum. Atque ita fere codices habent in membrana descripti; nec non vetustissimus quisque ex impressis. *Rivius.*

*Deos negligere]* Manuscriptum *neglegere*, veteri more. *Rivius.*

*Deos negligere, omnia venalia habere]* Thucydides l. II. χρήμασι δὲ νικώμενον τὰ σίμματα τούτου ἐνδὸς ἐν πολλοῖσι. *Manut.*

*Ambitio multos mortales falsos fieri subegit]* Legendum, *multos mortales*. *Subegit* autem, pro cõgit positum est. Sic Tacitus sæpe, 'vi amoris subactus.' Et 'Operas arenæ promittere subegit.' Sed et Livius, 'Qua subactus injuria,' inquit, 'contra P. R. bellum tam infesto animo suscepisset.' Virg. IV. 'Castigatque auditque dolos, subigitque fateri.' *Rivius.*

*Ambitio multos mortales falsos fieri subegit]* Servius, recitans hunc locum in Virg. Georg. I. *coõgit*, non *subegit*, videtur legisse. *Manut.*

*Aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua, habere]* Sic Cælius de Pompeje Famil. I. VIII. Ep. I. 'Quam

orationem habuerit tecum, quamque ostenderit voluntatem (solet enim aliud sentire et loqui, neque tamen tantum valere ingenio, ut non appareat, quid sentiat) fac mihi perscribas.' Et Terentius Eunucli. act. iv. sc. 4. 'Modo ait, modo negat.' Homerus etiam II. II. K. "Ἐχθρος γὰρ μοι κείνος ὁμῶς ἔδδωκ' ἰβλῆσαι, "Ὅς χ' ἔτερον μὲν κείθει ἐπὶ φρεσίν, ἕλλο δὲ βῆσαι. *Manut.*

*Aliud in lingua promptum habere]* Hæc est positura codd. meliorum editionumque priscarum: nam recentē, *aliud promptum in l. habere.* Parum quidem videtur referre hæc ne an illa collocatione efferamus; sed contra est: sicut enim collo columbino alius atque alius oritur color, prout circumagitur, ita etiam hic. *Gruterus.*

*Amicitias, inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestimare]* Fronto hæc recitat in verbo, *Aestimo*, omissa copula *que*; licet parva sint, nec ad sententiam quidquam afferant, notanda tamen censi. *Manut.*

*Ubi contagio quasi pestilentia, &c.]* Videtur Charisius hæc recitare ex primo Historiarum: ejus enim sunt verba l. i. 'Contagium, veteres magis usurpaverunt. Sed Sallustius maluit dicere primo: ubi contagio,' &c. Eadem verba recitat et Nonius Marcellus ex Sallustio: nec tamen locum nominat. *Idem.*

*Civitas est immutata]* Tò est, non habet exemplar Fabricianum, et elegantius abest, præsertim cum paullo post sequatur, atque hæc idem referri possit; tametsi in manuscripto quodam neutrobi ponitur est. Rivinus.

CAP. 11. *Sed primo magis ambitio, quam avaritia, animos hominum exercebat: quod tamen vitium propius virtuti erat]* In manuscriptis duobus est, *propius virtutem erat.* Sic Livius iv. ab U.C. 'Propius est fidem, obstringi Fidenatium populum conscientia tanti sceleris voluisse:' pro *verisimilius est.* Sensus autem hic est, ambitionem

minus esse a virtute remotam (nam est in bonis etiam studium et cupiditas honorum) quam avaritiam. Sed et prior lectio bene sane habet, *propius virtuti*; pro, cum virtute junctius, vel magis affine virtuti. Nam sic in Officiis Cicero, 'Quæ virtutis propiores sunt,' inquit. Verum Priscianus l. xviii. 'propius virtutem' legit: et subdit ibidem hoc ex Jugurtha exemplum 'propius mare Africum agitabant.' Aur. Augustinus in v. de Civitate Dei, 'propius virtuti' legit; nec id esse librarii vitium, ex insequentibus ibidem intelligi potest. *Idem.*

*Sed primo magis ambitio quam avaritia]* Ut supra dixerat: 'Igitur primo pecuniæ, deinde imperii cupido crevit.' *Ciacconius.*

*Propius virtuti]* *Virtutem* scriptum est apud Frontonem, qui hæc recitat in *Propius*, et Priscianum l. xvii. quamvis Augustinus *virtuti* videtur legisse, nisi sunt mendosi codices. Et sane sic idem Sallustius locutus in Jugurtha: 'Propius mare Africum agitabant:' item; 'Propior montem cum omni equitatu, et peditibus dilectis suos collocat:' quamquam in Fulvii Ursini libro litteris superscriptis legitur, *Monti*: cum antea tamen fuisset, *Montem.* Et Livius iv. 'Propius est fidem, obstringi Fidenatium populum conscientia tanti sceleris voluisse:' id est, *verisimilius est.* *Manutius.*

*Propius virtutem erat]* *Propius virtuti*, vulg. Meus liber, *Propius virtutis est.* Cicer. ii. Offic. 'prius de iis rebus, quæ virtuti propiores sunt, dixerimus.' *Ciaccon.*

Nam *gloriam, honorem, imperium, bonus et ignavus æque sibi exoptant]* Quanto melius in ventustis quibusdam, *bonus, ignavus*, omissa copula: id quod breviloquentiæ Sallustianæ magis hic convenit. Leve hoc, sed non ideo prætereandum. *Rivinus.*

*Sed ille vera via nititur]* In quibusdam, *vera nititur via.* Id mihi rectius

esse videtur. *Idem.*

*Hic quia bona artes desunt, dolis atque fallaciis contendit*] In Ms. quodam, ex bibliotheca Merseburgensi, legitur, *Hic quia, &c.*: ut ad verbum contendit referatur; sed prior lectio melior. *Idem.*

*Avaritia pecunia studium habet, &c.*] Cato in libro inscripto Carmen de moribus, apud Gellium xi. 11. 'Avaritiam,' inquit, 'omnia vitia habere putabant.' Vide Gellium iii. 1. *Matutius.*

*Venenis malis imbuta*] Sic infra: 'animus imbutus malis artibus.' Liv. xxxix. 'Illius excetræ delinimentis et venenis imbutum.' *Ciaccon.*

*Venenis malis*] Recte adjunxit epitheton: namque, ut ait Cajus de Verb. sign. 'Qui venenum dicit, adjicere debet, malum an bonum sit: nam et medicamenta venena sunt.' *Catili.*

*Corpus virile animusque effeminat*] In vetustis, *corpus animusque virilem*, quomodo et Gollius citat, nec secus manuscripta: estque hæc collocatio verborum melior. *Rivius.*

*Sed postquam L. Sulla*] Ostendit superius, avaritiam esse deteriores ambitione: propterea quod ambitiosi homines tam boni quam mali inveniuntur, eo quod ferme omnes laudis, et gloriæ, et imperii cupidi essent: in hoc tamen differre videntur, quod bonus vera virtutis via ad honorem accedit, malus autem dolis et fraudibus honores consequitur. Nunc autem dicit, multo perniciosiores rempublicam evasisse tempore C. Marii et L. Sullæ. Hic L. Sulla fuit, qui bellum civile contra Marium gessit: in quo quidem bello multas clades Populo Romano uterque edidit, sicut apud Valerium et alibi habetur plenus. *Vall.*

*Bonis initiis*] Meus liber, *bonis incipit*. *Ciaccon.*

*Bonis initiis malos eventus habuit*] Nam L. Cornelius Sulla a partibus

Reipublica stetit, eique virtute sua multum profuit. Socialis belli incendium extinxit; Mario se opposuit. Consul Asiam sortitus Mithridatem apud Orchomenum et Chæroneam prælio fudit, Archelaum ejus præfectum vicit, ipsamque Athenarum urbem obsedit, cepitque, Portum Piræeum recepit, Medos, Dardanosque, in itinere superavit: Cinnæ dominationem fregit; Carbonem Italia expulit, et, ut paucis absolvam, omnia tuendi Senatus gratia, publicæque utilitatis causa, agere videbatur. Tandem vero Rempubl. occupavit, tyrannidemque in cives Romanos exercuit. Hinc Florus in epit. Liv. lib. lxxxviii. 'Recuperata,' inquit, 'republica pulcherrimam victoriam crudelitate (quanta in nullo homine anquam fuit) inquinavit, octo millia deditorum in via publica cruciavit; tabulam proscriptionis posuit, urbem, et universam Italiam cædibus replevit,' &c. Et Valerius Maximus ix. 11. 'L. Sulla,' inquit, 'quem neque laudare, neque vituperare quisquam satis digne potest, qui dum quærit victorias, Scipionem se populo Romano; dum sævitiam exercet, Annibalem repræsentavit. Egrege namque auctoritate defensa crudeliter totam urbem, atque omnes Italiæ partes civilis sanguinis fluminibus inundavit.' Vide etiam Plutarch. in vita Sullæ. *Benn.*

*Fæda crudeliaque in civis facinora facere*] Hinc Sallustius, in Orat. ad Cæsar. ii. 'An illa,' inquit, 'quæ paullo ante hoc bellum in Cn. Pompejum victoriamque Sullanam increpantur, oblivio abstulit? interfecit Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos, neque in prælio, belli jure, sed postea supplices per summum scelus interfectos, plebem Romanam, in villa publica pecoris modo conscissam, heu quam illa occulta civium funera! et repentinæ cædes in parentum aut liberorum

sinum! fuga mulierum, et puerorum, vastatio domorum! Ante partam a te victoriam, omnia sæva, atque crudelia erant.' Et Florus III. 21. Lucanus I. II. bell. Civil. 'Quid sanguine manes Placatos Catuli referam? cui victima tristes Inferias Marius, forsitan nolentibus Umbris Pendet, inexploto non fanda piacula busto,' &c. Et aliquantulo post Senatorum nobilium civiumque cædes concludit: 'Ut scelus hoc Sullæ cædesque ostensa placeret, Agnoscendus erat. Vidit fortuna colonos Prænestina suos cunctos simul ense recisos, Unius populum pereuntem tempore mortis. Tunc flos Hesperix, Latii jam sola juvenus Concidit, et miseræ maculavit ovilla Romæ.'

*Exercitum quem in Asia ductaverat*] In *Asiam* habet liber meus, ut infra: 'Sed is Piso in provinciam iter faciens.' Vide ad hunc locum Livium I. XXXIX. 'Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Asiatico inventa in urbem est: ii primum lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, et alia textilia, et quæ tum magnificæ suppellectilis habebantur, monopodia, et abacos Romam advexerunt. Tunc psaltriæ sambucistriæque et convivalia ludionum oblectamenta addita epulis. Epulæ quoque ipsæ et cura et sumptu majore apparari cœptæ. Tum coquus, vilissimum antiquis mancipium, et æstimatione et usu, in precio esse, et quod ministerium fuerat, ars haberi cœpta. Vix tamen illa, quæ tum conspiciebantur, semina erant futuræ luxuriæ,' &c. Ciaccon.

*In Asia*] *Asia* omnibus libidinum illecebris repleta est: ut ait Titus Livius I. XXXIX. Indeque Romanam luxuriam ortam fuisse testatur etiam Plinius XXXIII. 11. 'Asia,' inquit, 'primum devicta, luxuriam misit in Italiam. Siquidem C. Scipio transtulit in triumpho argenti pondo millia quadringenta et quinquaginta, et va-

sorum aureorum pondo centum millia, anno Urbis conditæ quingentesimo sexagesimo quinto. Eadem *Asia* domita, multo etiam gravius afflixit mores, inutiliorque victoria illa hereditas Attalo rege mortuo.' Et Justin. I. XXXVI. 'Sic *Asia* facta Romanorum, cum opibus suis vitia quoque Romam transmisit.' Ex quibus apparet convenire in hoc omnes, quod primum Romani luxuriam ab Asiaticis didicerint, in hoc non item, Sulla exercitum ductante. Coler.

*Quo sibi fidum acceptumque faceret*] *Tò acceptum*, non est in manuscriptis neque impressis paullo vetustioribus. Sed nec sensus ipse postulat, atque adeo potius, si quid est in me iudicii, prorsus respuit ac repudiat. Nam exercitum Sulla, quod luxuriose nimisque liberaliter haberet, fidum sibi fecit, seque ipse militum animis carum acceptumque, non exercitum sibi reddidit. Quis enim est ita umquam locutus, nisi abusus hac voce Sallustium dicere ausus, pro eo quod est, *obnoxium*? Rivius.

*Liberaliter*] Licenter: quia omnia quæcumque libuisset, committere patiebatur Sulla, sive honesta, sive turpia fuissent. Vall.

*Vasa cælata*] *Cælata* proprie dicuntur vasa aurea vel argentea, in quibus signa vel sigilla intus aut extræminentia expressa sunt, quæ sola cælo fieri non torno possunt. Quintilianus sculpturam a cælatura materia tantum distinguit III. 21. his verbis: 'Et cælatura, quæ auro, argento, ære, ferro opera efficit: nam sculptura lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas, præter ea, quæ supra dixi, etiam complectitur.' Sane sculptor marmoris dicitur, non cælator, ut contra cælatura auri et argenti, non sculptura. Et sculptura quidem æque ac cælatura figuras extantes facit, sed in ligno, marmore, ebore et gemmis operatur, cælatura in auro, argento et ære. Virgilius tamen

lignum dixit cœlatum pro sculpto, improprie, sed Poëtice. Alii tamen cœlata tecta de laquearibus dixere. Gemmas cœlatas non legimus apud auctores, sed sculptas aut scalptas. Rursus hic distinguunt sculpturam a scalptura. Quas gemmas sculpi notat Quintilianus, figuras in his extantes fieri et ectypas intelligit, ut in ebore, ligno et marmore quod sculptur: at de his quæ ad signandum cavantur scalptura proprie ut diceretur, usus loquendi obtinuit; licet origine ac significatione idem sit quod sculptura. *Salmas.* Vide Aldum Manut. i. 9.

*Hi milites postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere]* Æque bene procederet oratio, recisis vocibus aliquot, *hi milites, victoriam adepti, nihil, &c.* Gruterus.

*Nihil reliqui victis fecere]* Id est, omnia illis abstrulere: sic infra 37. 'capta urbe, nihil reliqui sit victis.' *Ciaccon.*

*Quippe secundæ res sapientum animos fatigant: nedum illi, corruptis moribus, victoria temperarent]* In Mss. atque aliis rectius, *ne illi corruptis moribus:* pro, tantum abest, ut illi corruptis moribus victoriæ temperarent, hoc est, victoriæ moderarentur, neque nimis eam crudeliter exercerent. Eodem modo et illi veteres citant, velut Priscianus xvi. de conjunctione agens, licet is vim hujusce particulæ, *Ne*, parum intellexerit, qua Sallustius est pereléganter usus, quomodo et Plautus, 'Vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existumes.' Livius III. ab U. C. 'Novam inexpertamque eam potestatem eripueri patribus nostris ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium:' pro tantum abest, ut nunc desiderium ferant. Idem tamen Priscianus, velut oblitus eorum quæ semel dixerat, super XII. versus Æn. *Nedum* hic legit, quo loco docet *Dum* pro conjunctione repletiva accipi, subjiciens hoc exemplum Terentii, 'Sosia adesdum,' et mox Sallustii,

'Nedum illi corruptis moribus:' et quæ sequuntur. Didymum, quem quatuor millia librorum scripsisse ferunt, ut alicubi testatur Seneca, certe quo nemo plura scripsit, si quid Fabio credimus, hunc memoria lapsam alicubi esse, et historiæ cuidam quam suis ipse libris inseruisset, tamquam vanæ repugnasse, quid jam mirum cum Priscianus paucis in libris, quid ante dixerit, non commeminerit satis? Jam quamvis quibusdam in exemplaribus, ut et Merseburgensi, *sapientum* legatur, sublata per syncopam e medio littera, tamen Augustinus *sapientium* legisse videtur, ni sint mendosi codices. Nam l. xvi. de civitate Dei de Solomone loquens, et hunc Sallustii locum imitans, 'Hic,' inquit, 'bonis initiis, malos exitus habuit, quippe secundæ res, quæ sapientium animos fatigant, magis huic obfuerint, quam profuit ipsa sapientia.' Nec aliter a veteribus citatur, et in tribus Mss. eodem modo reperit. Quin etiam in vita Claudii Trebellius Pollio, eodem modo repetit. 'Plerique,' inquit, 'milites Claudii secundis rebus elati quæ sapientium quoque animos fatigant, ita in prædam versi sunt,' &c. Sed et perperam quidam *obtemperarent* hic legunt, contra et exemplarium fidem, et sensum. Tametsi eodem modo Merseburgense, et Florentinum quoddam. Corn. Tacitus XIX. 'Qui nuper Bebriaci victoriæ temperassent,' inquit. *Rivinus.*

*Quippe secundæ res sapientium animos fatigant: ne illi corruptis moribus victoria temperarent]* Sic Demosthenes in Orat. contra Leptinem: ἄλλ' οἷμαι τὸ μέλλον ἔθελον πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ μικροὶ καιροὶ μεγάλων πραγμάτων αἰτιοὶ γίνονται: διὸ δαὶ μετρίως ἐν ταῖς ἐπιπραξίαις καὶ προορωμένοις τὸ μέλλον φαίνεται. *Manutius.*

*Quippe secundæ res]* Cat. in orat. pro Rhodiensibus, teste Gellio VII. 3. 'secundæ res lætitia transversum tradere solent a recte consulendo at-

que intelligendo.' Hoc ergo est, 'sapientum animos fatigare.' *Cicconius*.

*CAP. 12. Postquam divitiis honori esse cæperunt, et eas gloria, imperium, potentia sequebatur*] Veteres Romani virtute ad imperium viam sibi muniebant: nunc vero conviviis gratiam quæerunt, et pecunia potentiam. Hinc Seneca l. ii. declam. sive controv. I. 'Senatorum,' inquit, 'gradus census ascendit: census in castris ordinem promovet: census in foro iudices legit.' Unde Ovidius conqueritur lib. iii. amor. 'Curia pauperibus clausa est, dat census honores: Inde gravis Judex, inde severus Eques.' Ut passim auctores alii.

*Innocentia pro malivolentia duci cæpit*] Meo animo abundat *cæpit*: tanto quidem magis quod proxime antecesserit, 'divitiarum honori esse cæperunt,' *Gruterus*.

*Avaritia cum superbia invasere*] Maluisse ego, *invadere*: infinitivo pro imperfecto. *Idem*.

*Avaritia*] Nam cum bona tua profuderis explendæ cupiditatis causa, necesse ut divitiis congregare studeas, et ita nascitur avaritia.

*Pudorem, pudicitiam*] Hic addunt quidam scripti libri, *Pro nihilo haberi*: sed prior lectio ferri potest: habet enim nec obscuram, et satis commodam sententiam. *Manut.*

*Pudorem, pudicitiam*] Sic de republ. ordinanda; 'Ubi divitiarum claræ habentur, ibi omnia bona vilia sunt, fides, probitas, pudor, pudicitia.' *Cicconius*.

*Nihil pensi, neque moderati habere*] In manuscriptis duobus, *atque moderati*: sed eodem omnino sensu. Est in Argentoratensi, *nihil pensi, nihil moderati habere*, quæ et ipsa mihi lectio probatur, non mehercule minus, ac utraque superiorum. In Veneto legitur, *nihilque moderati*: quomodo in aliis quoque nonnullis. Quid multis? ut codicum fidem in perga-

menis descriptorum libenter sequor, ita lectionem etiam comprobo per-vulgatam, quam et Badianum et Gymnici exemplar habet; ubi illud observandum tamen, negationem plane superesse, eaque detracta eundem manere sensum, ita ut et alias sæpe. Sallustius in Jugurthino, 'Nihil pensi,' inquit, 'neque sancti habere.' Hic ut nulla sit in posteriore loco negatio, tamen sensus integer erit. Idem eodem in libro, 'Nam dolus Numidarum nihil languidi, neque remissi patiebatur.' *Rivius*.

*Nihil pensi*] Frequens nimis est in hac translatione Sallustias, nec minus Tacitus. Nonius, 'Pensum,' inquit, 'significat exæquatam: quod sine inclinatione sunt quæ penduntur.' Lucil. l. xxviii. 'Nihil parvi ac pensi.' *Cicconius*: sic et *Ursinus*.

*Cum domos atque villas cognoveris in urbium modum ædificatas*] Manuscripta volumina, *ædificatas*: nec secus exemplar Beroaldinum: utraque lectio probe quadrat: verbo *ædificatas* non semel Cicero utitur. *Rivius*. Sic etiam Pall. Codd. addita præpositione *ex*. *Gruter.*

*Cum domos*] Plinius xxxvi. 15. de luxuria Romanarum ædium loquitur. Vide quoque Valer. Maximum ix. 1. *Zanch.* De Milonis amplis ædibus et quanti constiterint, vide Budæum de Asse l. iii.

*Atque villas*] Adeo enim Romanorum luxuria creverat, ut ingentes profunderent pecunias in villis ædificandis. Valer. Max. viii. 1. et Horat. l. ii. in luxuriam seculi invehens, sic ait: 'Jam pauca aratro jugera regni Moles relinquunt, undique latius Extenta visentur Lucrino Stagna lacu.' Et Strabo l. v. 'Nunc vero plus in ædificandis domibus, villarumque magnificentis consumitur, quibus regni ritu Persarum apparantur:' et Cicero in oratione pro Milone: 'Ante,' inquit, 'fundam Clodii, quo in fundo propter insanas illas

substructiones facile mille hominum versabatur valentiam.' Zuech.

*Villas*] Ut fuit villa Luculli in Tusculano, et juxta Neapolim: item Clodii, et Gabinii, et aliorum, ut est apud Cic. l. III. de Leg. in Orationib. pro Milone, et pro Domo sua ad Pontifices. *Castil.*

*In urbium modum*] Ita et Seneca Ep. xci. domos habuisse instar urbium dixit. Alibi audacius de Benefic. VII. 10. agnoscit et increpat ædificia privata laxitatem magnarum urbium vincantia. Olympiodorus in Bibliotheca Photii testatur ipsas domos continuisse circum, fora, templa, fontes, balnea; ita ut vera una domus urbs esset. De quo luxu etiam Martialis l. VII. Seneca Epist. cxxiii. et Lips. de Mag. Rom. l. III. cap. ultimo.

*Vicere templa Deorum*] Tempa Deorum solent sumptuosioribus ædificiis constitui, quam domus privatorum; et tamen ad eam libidinem pervenerunt homines ætatis nostræ, ut nunc sibi ædes ædificent, quæ sunt multe sumptuosiores quam Deorum templa. *Vall.*

*Domos suas gloria decorabant*] Cic. ubi de M. Marcello, L. Scipione, Flamínio, L. Paulo, L. Mummió, summis Imperatoribus egisset, concludit: 'quorum domus cum honore et virtute florent, signis et tabulis pictis erant vacuæ.' Unde et in Verrem IV. ita loquitur Princeps Romanæ eloquentiæ de Marcello: 'Romam quæ asportata sunt ad ædem Honoris atque Virtutis aliisque in locis videmus, nihil in ædibus, nihil in hortis posuit: nihil in suburbano: putavit si urbis ornamenta domum suam non contulisset, domum suam ornamento urbi futuram.' *Grævo.*

*At hi contra, ignavissimi homines, per summum scelus omnia ea sociis adinere, quæ fortissimi viri victores reliquerant*] In vetustioribus quibusdam est hæcibus reliquerant. Est enim per-

peram hic Dativus in recentioribus omissus, ni fallor: nam *hostes* opposuit sociis, *fortissimos viros ignavissimis* hominibus, *relinquere* denique *vix adinere*, salutem victoriam. *Rivius.*

*Quæ fortissimi viri victores reliquerant*] Legendum contenderim, *Quæ fortissimi viri victis reliquerant*, vel *victores victis reliquerant*. Comparat enim fortissimos viros cum ignavissimis, socios cum victis, atque ea quæ fortissimi viri victores victis reliquerant, ea ignavissimos a sociis per scelus auferre. Cicero in Verr. in eandem sententiam multa: ut illud; 'Nemo fere vestrum est, quin quemadmodum captæ sunt a M. Marcello Syracusæ, sæpe audierit, nonnunquam et in Annalibus legerit: conferte hanc pacem cum illo bello; hujus prætoris adventum, cum illius Imperatoris victoria; hujus cohortem impuram, cum illius exercitu invicto; hujus libidinem, illius continentiam: ab illo qui cepit, conditas, ab hoc qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas.' Et item illud: 'Nimiram hæc forsitan illi mirantur, atque efferunt. Esto, verumtamen honestus est reipub. nostræ, Judices, ea quæ illius pulcra esse videantur, Imperatorem nostrum in bello reliquisse, quam prætorem in pace abstulisse.' *Ciacconius.*

*Quæ fortissimi viri victores hostibus reliquerant*] Ita mellores mss. Pall. etiam Bongarsianæ margines; non *reliquerunt*, quod mediæ ætatis editiones tantum obsidet, non etiam antiquiores. *Græterus.*

*Perinde quasi injuriam facere, id domum esset imperio usi*] Legendum e manuscriptoribus, *proinde quasi*: nam ita fere veteres, ut est in Terentio Plautoque videre, nec raro apud Cicéronem, atque alios. *Rivius.*

CAP. 13 *Maria contracta esse*] Libuit novam in (roducere lectionem, sed auctoribus libris: ita enim legas in Pal. tert. allasitque et Pal. sept. in quo *contracta*; et mos Com. in quo ta-



tum; *contra esse* : quod non nemini etiam salivam movere poterat; vix mihi; cui in oculis Horatianum: 'Contracta pisces æquora sentiunt Jactis in altum molibus.' In mss. aliis visitur, partim *contracta*, partim *constrata*. neutrum male, certe neutrum falso; nisi adblandiretur magis scriptura quam posui. Utrumque expressit Petronius versu uno: 'Expelluntur aquæ saxis; mare nascitur arvis.' Alterum iteratur infra c. xx. 'Etenim quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest, illis divitiis superare, quas profundant in extruendo mari, et montibus cœquandis,' &c. Sed ne quid dissimulem, neque ibi videtur id verbi sincerum: nam non unum tantum extruebant mare, sed alia atque alia, itaque conjeci olim *excludendo*. Quod tamen metuo, ne nasntioribus probem, quibus in memoria esse potest, Valer. Maximus ix. 1. Plinius ix. 54. aliique. Gruterus.

*Constrata*] Ita habet Fulvii Ursini liber, impressam tamen lectionem *constructa* non improbo. Dixit enim idem Sallustius infra: 'divitiis profundere in extruendo mari et montibus cœquandis.' Vide Plin. ix. 54. Aldus Manut.

*Maria constrata*] Sicut etiam Lucullus dicitur fecisse Neapoli, ubi prædia sua habebat: dicitur enim fecisse ædificia ingentia, et amœnitate omnibus præstantia, quæ usque in medium mare porrigebantur: ita ut ubi maria inerant, ibi stratum erat solum, velut in terra continenti fabricasset. Vall.

*Quibus mihi videntur ludibrio fuisse dicitur*] Sic disposerant voces membrancei: antea erat, sono minus amœno; *quibus mihi ludibrio videntur*, &c. Gruterus.

*Abuti per turpidinem*] Ita rursus omn. mss. ordine verborum alio: neque secus edd. vett. Gruterus.

*Sed libido stupri, ganeæ, ceterique*

*cultus non minor. incesserat viros pati muliebría*] Jure miremur Criticorum dissimulationem; nam hæc fere lectum: *Sed libido stupri, ganeæ, ceterique cultus non minor incesserat. viri pati muliebría*, &c. at sic nulli prorsus mss. nulli impressi ante editionem Læti. Omnes quippe repræsentare uno ore lectionem primam: quam etiam extare in Romano codice indicavit Ursinus: qui aliter tamen hæc construit, ob distinctionem positam non suo loco. Interim haud negaverim, non posse isthæc alla interpunctione accipi, ut dicatur, *Incessisse viros libido patiendi muliebría*, &c. Id.

*Ganeæ*] 'Ganeones,' ut ait Non. Marcell. 'a ganeis dicti sunt, quæ sunt loca vinolentiæ et libidini apta.' Varro Grammaticus: 'Hoc interest inter Epicurum et ganeones nostros, quibus modula est vitæ culina.' Cic. in 2. in Catilinam. Zanch.

*Ganeæ*] Ganeum, Græcorum γάνος, a γάνωθαι, non a subterraneis cryptis, ut Grammatici: J. Cas. Scaliger Exercit. 31. sect. 2. γάνος a Chaldaico 𐤒𐤍𐤏 convivari, mensæ accumbere, ut Guichardus docet, vel a 𐤒𐤍𐤏 delicate vixit aut jucunde. Hadrianus Turnebus xx. 33. inquit, 'ganeum dicitur fornix, γήρειον. nam η Latini in a sæpe mutant, et ei in e breve, ut gynæceum apud Terentium penultima brevi, γυναικείον. Cyclopeus apud Virgil. κυκλώπειος. Conopeum apud Horat. quod est κωνοπέιον.'

*Ceterique cultus*] Id est, vestitus. Apposite Plinius l. ix. Natur. Hist. c. 35. 'parum scilicet fuerat, in gulas tendi maria, nisi manibus, auribus, capite, toto corpore a fœminis juxta virisque gestarentur.' Seneca l. vii. de Benef. c. 9. ubi de luxu suorum temporum conqueritur, bina ac terna patrimonialia auribus singulis pependisse testatur.

*Cultus*] Cultum accipimus pro elegantia, quæ apud veteres pro vitio sæpius reponebatur: quod Catonis

auctoritate probat Gellius, scribens elegantiam, sed quæ minus læto amœnoque cultu esset. Cultus ad hoc apud veteres nunc in bonam, nunc in malam partem accipiebatur. Horatius: 'Mundus erit, qui non offendet sordibus, atque In neutram partem cultus miser.' *Bonon.*

[*Non minor incesserat*] Meus liber, non minus; ut in Orat. Lepidi, 'homines maximi nominis, non minus optimis majorum exemplis;' et Tacit. Annal. 13. 'Non minus insignis eo anno impudicitia;' idem tamen l. III. 'Hinc,' inquit, 'Gracchi et Saturnini, turbatores plebis, nec minor largitor nomine Senatus Drusus;' et in eodem ms. lib. paulo post est, *vires pati muliebria. Ciacconius.*

[*In propatulo habere*] Et mulieres habere pudicitiam, id est, castitatem conjugalem: in propatulo, id est, omnibus expositam, quasi in prostibulo: ita ut sola casta sit, quam nemo petivit. *Bad.*

[*Terra marique omnia exquirere*] Huc facit Petronius Arbitr: 'Ingeniosa gala est; Siculo scarus æquore mersus Ad mensam vivus deducitur: inde Lucrinis Eruta litorebus vendunt conchyliæ cœnis, Ut renovent per damna famem. Jam Phasidos unda Orbata est avibus, mutoque in litore tantum Solæ desertis aspirant frondibus auræ.' Eadem Seneca queritur consolatur ad Helviam, c. IX. 'Quin et illorum gulæ angustus erat orbis noster. Namque appositas dapes non sapore, sed sumptu æstimantes, illis demum cibis acquiescebant, quos extremus oriens, aut positus extra Romanum Colchus imperium, aut famosa naufragia maria misissent, ut loquitur de prioribus temporibus Latinus Patricus in Panegyrico.' *Lipsius.*

[*Non famem aut lassitudinem, non sitim, neque frigus opperiri, sed ea omnia luxu antecapere*] Lego ex manuscriptis, *non famem aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem opperiri:* quomodo

item Aldinum exemplar. Est in duobus tamen manuscriptis, *non famem, non sitim &c.* quomodo codex quoque Beroaldinus. *Rivinus.*

[*Neque opperiri*] Id est, non expectabant.

[*Opperiri*] Inusitatum perior caju meminit IV. 8. Priscianus, idem est atque experimentum facio. Hinc periculum, i. e. tentamen: hinc experior, *πειραν λαμβάνω, πειράω*, reperio, tentando deprehendo: opperiri, expecto, cupio periri, e regione observans. *Beem.*

[*Luxu antecapere*] Frequenter utitur hoc verbo Sallustius et Tacitus, estque *prævenire et præcapere.* Ciaccon.

[*CAP. 14 Catilina, id quod factu facilissimum erat*] In Naz. et Pal. sec. initio fuerat, *actu:* vox ultima erat, supervacua videri queat. *Gruterus.*

[*Omnium flagitiorum atque facinororum circum se, tanquam stipatorum cateræ habebat*] Quamvis eodem modo et Fabricianum volumen, tamen est in manuscriptis quibusdam, ut et Merseburgensi, *omnium flagitiosorum et facinorosorum;* id quod sensus quoque postulat. Porro speciatim mox recenset istos flagitios et facinoribus copertos, ut erant *impudici, adulteri, ganeones, decoctores, aleatores, parricidæ, sacrilegi, perjuri, convicti iudiciis,* atque id genus alii: nisi quis forte *ὕπερβολικῶς* locutum Sallustium putet, vel auxesii usum, cum colluviem innumere hominum pessimorum vellet. Facit cum Merseburgensi Florentinum. *Rivinus.*

[*Omnium flagitiosorum atque facinorosorum*] Alii *flagitiorum atque facinorosorum,* legunt: ad eam formam qua *servitia, imperia,* pro *servis* ac *imperatoribus* dicimus: et *scelus* pro *scelento,* apud Terentium. Sallustius etiam ipse fugisse videri poterat longissimorum verborum monstrosam illam enunciationem, nempe *flagitiosorum ac facinorosorum.* Exemplar tamen Gothi ita habebat, longiore illo syllabarum

tractu. Sed iudicet Lector. *Glareanus*.

*Flagitiosorum atque facinororum*] Ita etiam codd. nostri meliores, neque dubium quin ita scripserit auctor; non, *flagitiosorum atque facinorosorum*. Consulantur annotationes Glareani. *Gruterus*.

*Flagitiosorum*] Cicero 2. Invektiv. complur. flagitiosos nominat, qui cum Catilina familiarissime vixerint: licet idem in Orat. pro Cælio haud inficietur multos etiam probos et bonæ mentis adolescentes huic monstro studuisse: nisi tamen aliud ibi sentit, quam videtur: bonosque, factiosos, divites, nobilesque appellat. Sed Ciceronem simpliciter interpretari tutius et verius erit: quanquam idem *bonos* pro magnis non dubitavit usurpare in Verrinis, teste Asconio. *Coler*.

*Stipatorum*] *Stipare* est Græcis *στίβω*, hinc *στίβος* densa acies, et *στίβος* globus militum densus, turma; nisi a *στίβω*, quod est adstringo, et denso, nomen suum accepit. hinc enim et *στίβος* Latinorum stipes originem duxit. Atque hinc quoque stupor, *στύπεο*. *Beumann*.

*Adulter, ganeo, aleo*] Tò *aleo* non est in *Mss. Rivinus*. Addendum *aleo*, quod monuerunt alii, ut respondeat illi *manu*, et sic reperi in tribus scriptis. *Nævius* apud *Festum*, 'Pessimorum pessime, audax, ganeo, lurco, aleo.' *Putschius*.

*Ganeo, manu, ventre, pene bona patria lucraverat*] Aliæ editiones voce amplius, *pene, alea, bona, &c.* cujus vestigium nullum in innocentissimis libris, *Com. Naz. Pal. sec. tert. quint.* sed nec eodem loco videtur in ceteris: nam *Pal. quartus* positam habet loco ultimo; sextus, nonus, tertio: decimus, secundo; undecimus, duodecimus, primo. at quintus exhibet, *adulter, alea ganea, manu ventre &c.* quorum testimoniorum dissensum, ipsa sese prodit falsitas. Nimirum *alea* tunc temporis, appendicula erat majorum

flagitiorum. Qui *aleo* infarciunt, ut respondeat *manu*, minus callent mores Romanorum. *Gruterus*.

*Aleo*] Est tabula lusoria, quæ et latruncularia, et pyrgus, et alveus, et alveolus vocatur, rotunda illa tabella rotulæ instar, quæ movetur: hinc in proverbio est, 'Jacta est alea:.' cum sic incepta res est, ut desisteret integrum non sit: quod Cæsar, trajecturus Rubiconem, usurpavit. *Zanch*. Ceterum in tabula lusoria, ut olim apud veteres, sic hodie apud nos, duplex præcipue ludus ludebatur; calculorum, quos et latrunculos dicebant, et tesserarum, quem et tabulæ lusum appellabant. *Martialis*: 'Hic mihi biseno numeratur tessera puncto.' Duodecim enim lineis sive scripturis tabula notata erat utrinque. Ex vario tesserarum jactu varie per scripta et lineas movebant; ac disponebantur calculi. Calculum autem reducere licitum non erat, nisi adversarius concederet. Tabulæ porro usum, hoc est; *τὴν τερρελα* a Palamede inventum fulsæ apud omnes constat. Quod cum dicimus, de hoc lusu debemus intelligere, qui tessaris calculisque constabat, et tabula in qua ludebatur, lineis multis distincta, per quas calculi movebantur ad tesserarum jactum. Ludus autem triginta calculis constabat, quindecim nigris et quindecim albis. Quanquam in antiquissimo Palamedis ludo uterque quinque tantum calculos haberet, et quinque lineas, in quibus statuebantur illi calculi. Inter illas alia quedam media ferebatur, quam sacram vocabant, ad quam qui pervenerat, ad incitum redigebatur. Neque tessaris, sed solis calculis hic res agebatur, ut *Hezychius* testatur. Apud Romanos tamen superior modus usitatus fuit, et ab *Ægyptiis* originem accepisse creditur, ut *Plato* in *Phædro* scriptum reliquit: nam *τερρελα* hæc cursum Solis ostendebat per duodecim Zodiaci signa, ut *Eustathius* monet. Tabulam

lucorum marmoream in thesauro antiquarum inscriptionum ostendit Gruterus: quam tamen talem tabulam esse ignorarunt hactenus eruditi. 'Tabula autem,' inquit Isidorus, 'ludatur pyrgo, calculis tessarisque.' Ex pyrgo sive turricula jaciebantur tessere in tabulam. Præter Pyrgum etiam *πυργόβελον* Joannes Antiochenis appellavit, per quod in pyrgum tali vel tessere conjiciebantur. Sed plerumque solo pyrgo contenti erant aleatores. Pyrgum quoque fritillum vocavit antiquitas, quanquam pro tabula lusoria eruditi habeant. Fritillum enim instrumentum est vel vasculum, in quo tessere fricantur, id est, juxta Nonium, cum sono subillunt concussæque agitantur. tesseras quod attinet, antiquissimi tribus utebantur, media ætas duabus, posterior ævum ad tres rediit. *Salmas.* Aleæ usus legibus vetitus, quod et Horat. l. III. eam. docet. Vid. tit. jur. de Aleat.

*Bona patria dissipaverat*] In mss. est, *laceraverat*; sicut et in impressis vastioribus. pro, *patrimonium confecerat*. Quod ad sensum tamen attinet, prior lectio bene habet: nam et apud Ciceronem est, 'dissipare fortunas, perdere et dissipare patrimonium.' *Ricinus.*

*Laceraverat*] Legitur et *dissipaverat*, id est, disperserat. *Dissipare* enim est dispergere, ut pereat, vel ignominia causa. Porro, *laceraverat*, quidam auctoribus libris veteribus conantur emendare in *lancinaverat*, quo verbo Catullus usus est, nec non Plautus Arnobiusque. Tertull. quoque adversus Judæos, 'qui ante norunt lanciare, quam lancinare.' Glossarium. *lancinat, ανρωσσεια*, sed et *lacerare* rectum erat. *Celer.*

*Alienum æs grande confaverat*] Sic infra: 'æs alienum grande confaverant.' Cicer. 'Confilare pecuniam,' dixit pro Sextio: 'Quæ ratio aut auferendæ, aut confilandæ pecuniæ.' Sed ibi aliud est. *Ciaccon.*

*Alienum æs grande confaverat*] Pecuniam mutuo acceperat: et est naturalis locutio, quemadmodum honesta: nam qui æs alienum habet, multam pecuniam habebat mutuo, grande æs confaverat. *Vall.*

*Flagitium*] Flagitium veteres vitium, quod virgini inferitur, dici voluerunt, ut auctor est Non. Marc.

*Ad hoc*] Utuntur sæpe his pro *præterea*, Sallustius et Tacitus et Livius. *Ciacconius.*

*Perjurio aut sanguine*] Ita Comenius, ita quos excussit Bongarsius, ita novem de Palatinis duodecim. Unus enim destituitur copula solum, septimus et duodecimas habent atque: quod aliis quidem impense probatur, sed non etiam mihi. Neque enim video ear tali nexa minus respondent, *perjurium* linguæ, manus *sanguinis*: quid quod faciant pro nobis Augustini Codd. scripti, quos consului omnes. *Græterus.*

*Manus atque lingua*] Apposite ad hunc locum Augustinus III. l. de Civ. Dei. 'Habet etiam eorum grandem copiam, quos manus atque lingua perjurio aut sanguine civili alebat. Quid enim aliud toties senatores corrupti in judiciis, toties populus in suffragiis, vel in iis causis, quæ apud eum concionibus agebantur, nisi etiam peccando peccabant? Nam corruptissimis moribus ad hoc mos jurandi servabatur antiquus, non ut a sceleribus meta religionis prohiberentur, sed ut perjuria quoque ceteris sceleribus adderentur.' *Celerus.*

*Per similliquæ*] *Lacon* aliquis vix requireret vocem *similis*. *Græterus.*

*Similliquæ ceteris effliciebatur*] In Frontone, hæc recitante in verbo *Similis*, ommissa est copula, quæ: et sane absque sententiæ detrimento abesse potest. *Manutius.*

*Sed maxime adolescentium familiaritates appetebat*] Hæc vera lectio, contra quam est in recentioribus libris, ubi supersunt quedam. Sic autem

codices habent in pergamenis descripti et ex impressis plerique. *Rivius.*

*Nam uti cujusque studium ex aetate flagrabat*] Est quidem in plerisque, ut *cujusque ingenium*, sed perperam, ut opinor; nam et *studium* est in manuscriptis et eodem modo Felicius Durantius legit. Namque hunc sensum reddens, 'Ut eorum diversa studia perspexerat,' inquit, 'sic dissimili ratione in suam familiaritatem illexerat.' *Idem.*

*Neque sumptui, neque modestiæ suæ parcere*] Commelinianus non habet, *sua*, neque admodum desidero. *Gruterus.*

*Ex aliis rebus magis, quam quod cuiquam id compertum foret*] Naz. subductam habet linea vocem *quod*, et vero non agnoscent etiam libri quos contulit Bongarsius, non Commelinianus meus, non Pal. tert. quart. sext. oct. non. dec. undec. duodec. *Gruterus.*

CAP. 15. *Nefanda stupra*] Quippe qui adulterium commisisset cum ea, quæ ei postea socrus fuit, et ex eo stupro duxisset uxorem, cum filia ejus esset; Lucejusque hæc ei objecisset in orationibus quas in eum scripsit, ut ait Pedianus, qui hoc addit, 'se nondum harum mulierum nomina invenisse.' Ejusdem Pediani ibidem verba sunt hæc: 'Fabia, virgo Vestalis causam incesti dixit, cum ei Catilina objiceretur: eratque absoluta hæc Fabia, quia soror erat Terentiæ Ciceronis.' Paulus quoque Orosius: 'Eodem anno apud Romanos Catilina accusatus incesti; quod cum Fabia virgine Vestali stuprum commisisse arguebatur.' Idem tradit Plat. in Catone. Cicero autem: 'Quod nefarium stuprum non per illum,' &c. Item: 'stuprorum et scelerum exercitatione assuefactus.' *Manutius.*

*Multa nefanda stupra fecerat, cum virgine nobili, cum sacerdote Vestæ*] Duo genera stuprorum intelligat necesse est; alioquin admodum sus-

pectanda illa, *cum virgine nobili*; tanquam a manu interpretis. Commelini codex vetustate ipsa exesus, aliud quid videtur habuisse: sed non potui oculis assequi. Si liceret, suspicerer, duo illa membra, *cum virgine nobili, cum sacerdote Vestæ*, esse a glossa: nam quid hic auctor pro confesso ac certo ponat, cujus nec ipse Catilina, neque Vestalis convinci potuit? ut enim dicatur convictus quidem, sed evasisse, gratia Catali, hoc fuerit accusare ipsos iudices; quod odiosum nimis. Si non: at verbulo saltem indicandum erat. *Gruterus.*

*Cum virgine nobili*] Eam significare Sallustium existimo, quæ postea fuit Catilinæ socrus, de qua sic Cicero mentionem facit: 'Cum deprehendebare in adulterii, cum deprehendebas adulteros ipse, cum ex eodem stupro tibi et uxorem, et filiam invenisti.' Quæ verba ita interpretatur Asconius: 'Dicitur Catilina adulterium commisisse cum ea quæ ei postea socrus fuit: et ex eo stupro duxisse uxorem, cum filia ejus esset, Hæc Lucejus quoque Catilinæ objicit, in orationibus quas in eum scripsit. Nomina harum mulierum nondum inveni.' Hactenus ille. Quibus ex verbis intelligimus, nomen mulieris hujus a Sallustio, et ab aliis propter nobilitatem generis suppressum esse. Sic quoque Sallustium non fecisse mentionem de filia, ne aperte mulierem notaret. Plutarchus in Cicerone tantum id scribit, Catilinam cum filia virgine coisse. Potuit Sallustius aliam quandam virginem intelligere. Nos autem quid certius afferamus, non habemus. *Cast.*

*Vestæ*] Chaldæis נשׂוּת Estha ignem denotat, unde Vesta procul dubio nomen accepit. Atque hic cultus apud Chaldæos et Persas præcipuus fuit. Quin et in sacro populo accessit Dei jussio: 'Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subjiciens ligna mane per singulos

diea.' Et mox: 'Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.'

*Lips.* Vetustissimum Chaldaeorum cultum hunc idololatricum fuisse adeo antiquum volunt Hebraei, ut Ur Chaldaeorum quod habetur Genes. c. xi. pro eorum Deo igae capiant. Vide et Maimon. l. iiii. Perplex. c. 30. *Selden.*

*Vesta*] Orosius accusatum Catilinam Catuli gratia evasisse scribit. Unde haec Orosius? Plutarchus aliter, aliter Asconius ad Catilinaris Ciceronis, qui eam absolutam fuisse dicit, quia soror erat Terentii Ciceronis. Quo magis miror virum doctissimum Sebastianum Corradum Orosium sectatum, tertium accusatum fuisse Catilinam, asserere. Sed frustra est, qui alias haud ferme. Nam Catilina ob hoc crimen nunquam accusatus fuit, sed ipsa Fabia virgo Vestalis causam incesti dixerat, cum ei Catilina objiceretur. *Celer.*

*Aurelia Orestilla*] An haec illa quam postea domum duxit Cornificius adolescens, teste Caelio ad Ciceronem? Vix reor. An L. Orestis L. F. L. N. qui anno dxcvi. censal fuit, filia? Non credo. Sed alterius fortassis alicujus, non aequae honoribus tui. *Idem.*

*Neato filio*] Veneno sublato. Valer. Max. ix. 1. 'Præcipue vero,' inquit, 'Catilinae libido scelestae: nam vesano amore Aureliae Orestillae correptus, cum unum impedimentum videret, quo minus nuptiis inter se jungerentur, filium suum, quem solum, et jam ætate puberem habuit, veneno cum sustulit, protinusque ex rogo ejus maritalem faciem accendit.' Eadem tradidit Appianus l. ii. Vide Plutarchum in Cicerone et Sulla. *Zanch.*

*Vacuum domum scelestis nuptiis fecisse*] Cicero Catil. i. 'Quid vero nuper, cum morte superioris uxoris novis nuptiis domum vacuum fecisses, nunc etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti, quod ego præter-

mitto et facile patior sileri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas, aut extitisse, aut non vindicata esse videatur.' *Cicconius.*

*Quæ quidem res mihi in primis videtur causa fuisse facinoris*] Æque nervosum fuisset, quæ quidem res in primis causa facinoris, &c. rejectis aliis: imo sufficiens fecisset: causa facinoris maturandi. Gruterus.

*Namque animus impurus*] Hominem impurum pro improbo veteres dixerunt generaliter: ut ait Donatus in comment. in Adelphi. Terentii. *Zanch.*

*Ita conscientia mentem exagitata vastabat*] In mss. duobus reperi *excitam*, ac sic, ni fallor, exemplar Aldinum habet. Sed et *vexabat* in quibusdam est, pro *vastabat*, velut in duobus calamo descriptis, et Florentino; quomodo et Riccina Lagiensis alicubi se legisse testatur. *Rivius.*

*Mentem excitam vexabat*] Alii libri, *vastabat*. Infra in orat. ii. ad Caesarem de rep. ord. hoc latius explicat: 'Profecto si id accidat, neque tibi nox, neque dies curam animi sedaverit, quin insomnis, excitus, furibundus atque amens, alienata mente feraris.' Eleganter super hoc verbo disserit Agellius ii. 6. et Macr. in Saturn. vi. 7. sub doctissimi Servii persona. Quæ etiam in novissima P. Danielis editione leguntur, ut et multa quæ alibi sub Servii nomine apud eodem et Priscianum leguntur. Errant igitur, et quidem vehementer, meo judicio, qui nimis sane hisce commentariis detrahunt, sed ut veros ac genuinos omnino præstare non ausim, sic multis in locis ex marginalibus interpolatos asserenti, non repugnabo. *Putachius.*

*Conscientia mentem excitam vexabat*] Ita fere Pall. nisi quod loco *vexabat*, eorum decem servent *vastabat*: quomodo et Com. meus, editioque vetus. Pal. præterea quintus servat, *excitam*; octavus, *excitam*: at Naz. videtur primo habuisse *excitam*, aut per

compendium scripturæ *exterritam*, sive etiam *exercitam*: et vero alterutrum præposuerim vulgato: sed nec omnino etiam displicet *vantabat*; nisi si id mutandum in *cerabat*. Gruterus.

[*Igitur color ejus exsanguis, fædi oculi*] Probus grammaticus legit, *colos exsanguis*. Ejus verba subijciam: 'Lor,' inquit, 'tertiæ sunt declinationis; o in nominativo correpta, in gemitivo producta, ris syllaba terminato hic calor pallor, caloris palloris, color coloris: quamvis Sallustius, *Igitur colos exsanguis*; sicut *labos et labor*, meminit hujus et alias idem. Ex manuscripto legendum suspicor, *colos et exsanguis*, quomodo et Parisiense: non, *ejus*. Porro *fædes oculos* dixit, pro eo quod est, sevinitatem et immanitatem præ se ferentes, quomodo hic accipi *fædem*, cum in Eunuchum Donatus, tum Servius in Æneid. II. adnotavit: nam alius fere *tarpe* significat et *flagitiosum*. Rivius.

[*Color ejus exsanguis*] Naz. et Com. *colore exsanguis, sine ejus*; qua dictione etiam destituitur Pal. octavus, in quo, *color exsanguis*. Pal. sec. habet *color et exsanguis*: ceteri adstipulantur lectioni primæ. Gruterus.

[*Citus modo, modo tardus incessus*] Hæc est vulgata lectio, cui consentiunt omnes mei mss. codd. Aliter hæc profert Nonius: *Modo citus, modo tardus incessus*, in dictione *Citus*: sed utraque lectio placet, et utroque modo Sallustius loquitur: nam in Jugurthino, 'defensoribus mœnium, præmia modo, modo formidinem ostentare;' et, 'lætos modo, modo universos lædere:' et in oratione, de Rep. ordinanda, ad Cæsarem, 'Accensus in socios modo, modo in cives.' *Pepma*.

[*Incessus*] Hinc Cicero pro Sextio: 'Quorum per Deos immortales si nondum scelera vulneraque inusta Reip. vultis recordari, vultum atque incessum animis intueamini.' Et Seneca in Hercule Furcæ: 'Ecce sæ-

vus ac minas vultu gerens, Et qualis animo est, talis incessus venit.' Vide Theophrasti Characteres.

CAP. 16 *Testes signatoremque falsos*] Id est, sigillatores falsos testamenti. Nam ut est in Institutionibus Justiniani, in testamento faciendo adhibebantur edicto prætorio septem testes, puberes, cives Romani, qui testamentum obsignarent: eos et signare, et nomen suum adscribere oportere, Ulpianus dicit. *Zanch*.

[*In præsens*] Sic sæpe Tacit. ut *Annal. xv.* 'omissa in præsens Achaia:' et rursus, 'In præsens haud animadvertis.' Cicero, 'in præsentia,' dicere solet: multi alii 'in præsentiarum.' *Cinco*.

[*Nihilominus insonentes, sicuti sontes, circumvenire, jugulare, &c.*] Alii aliter distinguunt. Ego autem post verbum *jugulare*, distinguendum puto. Sensus est: Catilina, si quando peccandi cansam non habebat, nihilominus insonentes, sicuti sontes, jugulabat: Idque scilicet potius sine causa et emolumento faciebat, quam sineret manus aut animum torpescere. *Cast*.

[*Scilicet, ne per otium torpescerent manus aut animus*] Post *animus* distinguendum, ac deinde inferendum, *gratuito potius malus atque crudelis erat*. Quasi diceret: Scire licet, car insonentes sicut sontes jugularet: ne per otium aut manus, aut animus torpesceret. Tum causa malitiam subnectitur: 'Erat enim,' inquit, 'gratuito potius malus, atque crudelis.' Mirum quam hic quidam sudarant, nec tamen sese explicant. *Glar*.

[*Gratuito potius malus erat*] Hoc est, quod in orat. II. de republ. ordinanda, idem ait, 'Malitia præmiis exercetur, ubi ea demersis, nemo omnium gratuito malus est.' *Cinco*.

[*Es alienum*] *Æris* appellatione omnium numerorum pecuniarumque genus significari liquido constat. Quod hinc manasse ex *Plin. XVIII. 3.* et *XXXIII. 3.* didicimus, quod veteres *æreis* num-

mis, etiam, bouaque effigie a Servio Tulio signatis uterentur, et ne quidem argento signato ante Pyrrhum devictum usus fuerit populus Romanus.

*Victoria veteris*] Quam contra Marinos obtentam in turpem exitum verterant. *Bad.*

*In Italia nullus exercitus erat*] In manuscriptis atque aliis vetustioribus non reperitur, *erat*: et majore cum gratia abesse poterit, nullo sensus detrimento. Ac, ni fallor, ex addita glossa in contextum irrepit, ut alia multa, quomodo paulo post, ubi hodie fore, *sed ea prorsus opportuna Catilinae videbantur*. Verbum *videbantur* ex glossa irrepit: nam in antiquioribus non est. Intelligitur enim *erat*, uti saepe alias. *Rivius.*

*Cn. Pompejus in extremis terris bellum gerebat*] Erat eo tempore Pompejus Magnus cum exercitu in Asia contra Mithridatem, quem persequens (ut loquitur Livius) in ultimas ignotasque gentes penetravit: Iberos, Albanos, qui transitum minime dabunt, praelio vicit. Subegit praeterea omnes usque ad mare Caspium populos: aliasque multa gessit, quae scripta sunt apud Appianum in Mithrid. Dionem xxxvi. et xxxvii. Plutarchum in Pompejo, Paterculum, Orosium, Florum, Auctorem de viris illustribus. *Cast.*

*Ipse consulatum petendi magna spes*] Atqui jam petebat, ut apparet ex loco inferiore, in quo est: 'Haec ipsa, ut apero, vobiscum Consul agam.' Unde aliqui legunt, *petenti*. Sed fortasse non male legeretur: *ipse consulatus magna spes*. Urinus.

*Ipse consulatum petendi, magna spes*] At jam antea petierat, ut monuit amicus noster Urinus. Itaque divinaram in Suspicionibus meis, *petiendi*. Pal. sec. ac quint. servat *petenti* duodecimus vocem nullam habet, sed solum, *ipse consulatum magna spes erat*. Facile esset scribere *consulatus*: sed ut

jam semel dixi, liber ille vix est annorum ducentorum; habetque alioqui verbum *petendi* ad oram. *Gruterus.*

*Opportuna*] Proprie *opportuna* idem est, quod Graecis *εὐλιμενον, εὐφορον*, et per metaphoram, tempestivum. Senti *importuna* proprie dicitur, quod caret porta: et tralatie pro intempestivo, inhumano sumitur.

CAP. 17 *Igitur circiter Kalendas Junias*] Hoc est, circiter diem primum mensis Junii.

*L. Caesare, et C. Figulo Cos.*] Hic est, (ut puto) L. Julius Caesar, qui P. Lentulum Suram, sororis suae virum, praesentem et audientem, vita privandum esse dixit: ut ait Cicero in Catilinam oratione quarta et Philippica II. et VIII. Eam postea proscriptum, soror Julia a carnifice tutata est: cuius rei auctores sunt, Plutarchus in Antonio, et Dion l. XLVII. Fuit optimus et fortissimus civis, reipublicae amantissimus: ut testatur Cicero cum alibi, tum Epistolarum ad Atticum l. XIV. et Famil. (ut vocant) l. XII. *Cast.*

*L. Caesare, C. Figulo Cos.*] Cicero prima ad Atticum epistola C. *Mantium Figulum*, sequentem vocat *Cos.* quidam etiam Q. *Martium*. Hi *Cos.* fuere ab Urb. Cond. anno 690. proximo ante Ciceronem anno. *Glareanus.*

*Hortari alios, alios tentare; opes suas*] Sic Cic. Catil. III. 'omnia norat, omnes aditus tenebat; appellare, tentare, sollicitare, petere audebat.' Sed quoniam meus liber habet, *hortari, alios tentare*, videant docti, an legi debeat, *Hortari ac tentare opes suas*. Opes vero, non divitias: sic *opes* pro potentia saepe Cic. ut et in epistola Mithridatis: 'scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum:' et infra: 'Postulavere plerique conjuratorum, ut proponeret quid ubique opis aut spei haberet.' *Claudian.*

*Impuratum*] Id est, immanitatem, et ita facilem oppressam.

*In unum omnes convocat*] Hoc alias



*egere in unum dicit; aut contrahere, aut, conducere in unum. Exempla passim obvia. Ciaccon.*

*In unum omnis convocat]* Et eo majestatis crimen inducebatur: credebant enim collegia, factiones alere. Itaque quæcunque collegia, nisi approbata, veterant. Hinc Sueton. in vita Augusti: 'plurimæ factiones titulo collegii novi ad nullius non facinoris societatem coibant: sed Augustus omnia præter antiqua et legitima dissolvit.' Plato quoque l. i. de Legislationum fundamenta talia esse dixit collegia. Capita itaque committere, de publicis causis privata consilia agere, atque hoc colore Rempub. turbare, capital semper habitum fuit. Audi hic Ulpianum JC. in l. ii. ff. de colleg. et corpor. 'Quisquis illicitum collegium usurpaverit, ea pœna tenetur, qua tenentur, qui hominibus armatis loca publica vel templa occupasse judicati sunt.' Rei itaque erant Majestatis, l. i. §. 1. ad L. Jul. Maj. l. iv. C. de his qui ad Eccles. conf. In tali quippe cœtu accenditur sæpe animus ad ea, quæ nunquam quis ausus fuisset, et, ut egregie alibi Tacitus, 'multas experiundo fiunt, quæ signibus ardua videntur.' *Thys.*

*Necessitudo]* Necessitas. Gellius XIII. 3.

*Eo omnes convenere Senatorii ordinis]* Omnes, omittendum esse duco. Neque enim in manuscriptis aliisque vetustioribus reperitur, neque sententia postulat. *Riv.*

*P. Lentulus Sura]* Huic Suræ cognomen inde natum ferunt, quod per dominationem Sullæ cum quæstor esset, multas rerum publicarum perditæ administravit, consumpsitque. Quare cum Sulla id indigne ferret, et administrationis rationem exposceret: ille rem floccipendens, in Senatum profectus ridicule dixit: Rationem mihi reddere non est, sed præbere suram: uti solent pueri, qui in ludo sphæræ peccaverant: ob hoc deinceps Suræ

cognomen est illi iudicium. *Zanch.*

*P. Autronius]* P. Autronius Pætus: sic enim legendum est: non, ut est apud Florum, *Autonium*. Consul designatus, ambitus iudicium tollere ac disturbare primum confiato voluit gladiatorum ac fugitivorum tumultu, deinde lapidatione atque concursu: ut ait Cicero in oratione pro P. Sulla: attamen damnatus est. Illud etiam notandum est, Tranquillum in Cæsare, et Asconium in orat. pro C. Cornelio, perperam hunc L. Autronium appellare: nam Sallustius, Cicero, et Dion l. xxxvi. Publium vocant. *Cast.*

*L. Cassius Longinus]* Is, teste Cicerone, in orationibus pro P. Sulla et in L. Catilinam, sibi procurationem incendendæ urbis depoposcerat. Asconius scribit hunc L. Cassium, competitorum fuisse Ciceronis in petitione consulatus. *Idem.*

*C. Cethegus]* C. Cornelius Cethegus: nam e Corneliorum gente eum fuisse, significavit Porcius Latro, in declamatione in L. Sergium Catilinam. In civilibus dissensionibus (ut puto) urbe ejectus, supplex ad Sullam confugit; inde Sullanas partes secutus est, ut Appianus Bellorum Civilium libro i. memoriæ prodidit. Cic. in oratione pro P. Sulla. Plura leges de Cethego apud Florum l. III. Livium l. CII. Porcium Latronem in declamatione in Catilinam, Ciceronem in orationibus pro Sulla et in L. Catilinam, Plutarchum in Cicerone. *Cast.*

*P. et Servius Sulla Servii-filii]* Id est, P. Cornelius Sulla, et Servius Cornelius Sulla, filii Servii Cornelii Sullæ. Scribit Dion l. xxxvi. Cornelium Sullam, patrem eorum, qui conjurarant, fuisse fratrem L. Sullæ Dictatoris. *Idem.*

*L. Varguntejus]* Satis constat ex Cicerone, quod prius hic de ambitu interrogatus, ab Hortensio defensus est: postea quod conjurasset, cum nemo ei adfuisset, damnatus in exilium abiit. *Idem.*

*Q. Annius*] Hunc significasse puto *Q. Ciceronem*, in libello de *Petitione* cons. cum inquit: 'Qui ex curia *Curios* et *Annios*, ab atriis *Sapalas* et *Carvilios*, ex equestri ordine *Pompilios* et *Cnejos* sibi amicissimos comparavit.' *Idem*.

*M. Porcius Læca*] Puto designari eum, qui in argenteis denariis eodem quo hic titulo, *M. PORC. LÆCA*, describitur. Qui vero paulo post nominatur *P. Sulla*, in veteri denario est, *P. SULA*, antiqua scribendi consuetudine, unico *L. Ursinus*.

*M. Porcius Læca*] *Infra*. *Damnatus* et is postea fuit: auctor est *Cicero* in oratione pro *Sulla*. *Idem*.

*L. Bestia*] Vide *inferius*.

*Q. Curius*] Is *Quæstorius* fuit, notissimus autem aleator: quare damnatus est, ut *Cicero* et *Asconius* referunt. *Tranquillus* in *Cæsare* c. 17. scribit, de *Q. Curio*, quod primus conjuratorum consilia detexerat, constituta ei fuisse publice munera: tamen data non esse, quoniam *Cæsarem* inter socios *Catilinæ* nominavisset. *Cast.*

*Equestri ordine*] Differunt eques, equestris ordinis, et equestri loco natus. Eques et equestris ordinis idem sunt, quod si eques patre natus est qui nunquam senator fuit, equestri loco natus est, sin natus est senatore, equestri loco non recte natus dicitur. *P. Manut.*

*Præterea, ex equestri ordine*] Ordo equestris medius erat inter *Senatorium* et *plebejum*, cui *purpura*, ut *patriciis* et *senatoriis*, uti non licebat: jus tamen annulorum anreorum habebat, quo insigni a plebe secernebatur, et medius ordo vocabatur. *Zanch.*

*M. Fulvius Nobilior*] Meminit *Cicero* *Epist.* ad *Atticum* l. iv. de quadam *M. Fulvio Nobiliore*: sed alius quispiam fortasse fuit. *Cast.*

*L. Stalilius*] Ita vocatur etiam a *Cicerone* in oratione *III.* in *Catilinam*, etsi in *Aldino* codice semel, et men-

dose quidem, *P. Stalilius* legitur: *Idem*.

*P. Gabinus Capito*] De hoc *Cicero* in oratione *III.* in *Catilinam*. *Idem*.

*C. Cornelius*] Et hunc, ex *Cicerone* intelligimus, postea, ab omnibus desertum, condemnatum fuisse. *Idem*.

*Ad hoc multi ex coloniis et municipiis qui domi nobiles erant, præterea complures, &c.*] Qui; non est in *Ms.* nec in impressis quibusdam. Itaque mihi sic legendum videtur: *Ad hoc multi ex coloniis et municipiis domi nobiles: erant præterea complures paullo occultius consilii hujusce participes nobiles: rō erant, ad sequentia pertinet, et sic est in manuscriptis hic distinctus locus, contra quam in recentioribus. Sed et hujusce, non hujuscemodi, codices habent antiqui. Rivius.*

*Multi ex coloniis et municipiis domi nobiles*] Ita fere *Mss.* nostri. Editio vetus interposuerat, *domi et militiæ nobiles*: plane contra libros et mentem auctoris; certe præter membranas, non nostras modo et amicissimo *Bongarsio* excussas, sed et *Rivianas*, *Popmæanas*, aliorumque: imposuit nimirum primæ editionis curatoribus insolens locutio *domi nobiles*, itaque addiderunt aliud illud membrum de suo. *Gruterus.*

*Ex coloniis*] Ratio et modus erat, ut agri dividerentur viritum, idque a triumviris, qui sedes agrosque et ipsum oppidum, si condendum esset, disponebant, ac jura et formam quasi *Reipublicæ* dabant. Sic tamen ut omnia *Romam* et *Urbem* matrem referrent. *Lips.* Quis autem modus designatorum agrorum fuerit per perticam, quæque ratio fuerit sortitionis, cum pervenissent in locum destinatum coloniarum, *Turnebus* docet *Adv.* II. 32. et *xxvi.* 35.

*Et municipiis*] Municipis ergo sunt cives *Romani* ex municipiis, suo jure et legibus suis utentes: muneris tantum cum populo *Romano* participes honorarii, a quo munere capessendo

appellati videntur, nullis aliis necessitatibus, nec ulla populi Romani lege astricti, cum nunquam populus eorum fundus factus esset, &c. *Zanch.*

*Participes nobiles*] Ut Cæsar, Crassus, Antonius; de quibus paulo post dicemus: item Clodius. quod testatur Asconius in commentario in orationem pro Milone. *Cast.*

*Participes nobiles*] Vox nobiles abundare videtur. *Ciacconius.*

*Quibus in otio, vel magnifico vel mollior vicere copia erat*] Nihil discrepant MSS. nostri: id moneo, quod aliquando in Suspicionibus tentaram, *vicere inopia erat.* Nec enim videbam, cur certa mallet pro incertis, bellum quam pacem, homines fortunati. Nunc sustineo me, putoque sapientis esse, nonnulla ignorare. *Gruterus.*

*Vel mollior*] Id est, nequiter, et luxuriose.

*Incerta pro certis*] Sic infra: 'Per ignaviam aut vana iogenia, incerta pro certis captarem.' Et rursus: 'Pro incerta spe certa præmia.' Et iterum: 'Quanquam opibus suis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare.' Item Plautus in Pseudolo: 'Certa amittimus, dum incerta petimus.' Et Hesiodus: Νήπιος, ὅς τὰ ἔρομα ληϊὸν, ἀπέρομα βόλου. *Manutius.*

*Bellum quam pacem malebant*] In Jugurth. 'ut aliquando pacem quam bellum malles.' Tacit. Annal. 13. 'Ceterum uterque Vologesem regem punitis monebant, pacem, quam bellum mallet.' *Ciacconius.*

*Ea tempestate*] Id est, eo tempore.

*M. Licinium Crassum non ignarum ejus consilii*] Erat enim Crassus conjurationis conscius, sed occulte: nec ulla necessitate compulsus: sed tantum propter potentiam. Plutarchus in ejus vita, et M. Cicero, conjurationis vindex, aperte satis in oratione quadam, in Crassum et Cæsarem conjurationis illius non minima ex parte

causam refert: eam tamen orationem nunquam, nisi post utriusque mortem, edere ausus est. *Zanchius.*

*Cn. Pompejus, Lucius ipsi*] Dion lib. xxxvii. et Plutarch. in Crasso. *Cast.*

*Lucius*] Id est, odio habitus.

*Ductabat magnum exercitum*] Scilicet in ultimis terris, adversus Mithridatem. *Zanch.*

CAP. 18 *Sed antea item conjuraverat pauci contra remp. in quibus Catilina fuit. de qua quam verissime potero dicam*] Hæc vera lectio. Ceterum in Argentinoratiensi, quod est a Schurrerio excusum, reperi, *de quo:* perperam videlicet: nam præter exemplarium et in his manuscriptorum fidem atque consensum, legit eodem modo l. 11. Diomedes, ac sabaudiendum monet *conjuratiōne:* quomodo item interpret. *Rivius.*

*In quibus*] Hujus conjurationis auctor non fuit Catilina, sed M. Crassus, quem studio tacet Sallustius. Vide Asconium. *Coler.*

*De quo*] Sic plerique legunt, nec hæc etiam reliquimus. *De quo* igitur legatur, sc. conjuratione, ex antiquo et fideli codice. Et ita Diomedes locum hunc exponit. *Ben.*

*L. Julio, M. Lepido consulibus, P. Autronius, et P. Sylla designati consules, &c.*] Volumen Fabricianum *Tullo:* quam verior lectio; licet in duobus calamo descriptis *L. Tullio* repperim. Cicero pro Sylla hunc *L. Volcatium* appellat, quemadmodum Asconius quoque *Pedrianus:* tametsi hic alicubi *L. Volcatium Tullium* vocat. His igitur *Coss.* cœpta prior conjuratio est. Post hos *L. Torquatus* et *L. Cotta* fuere consules, quos consulatum inenntes interficere in Capitolio *P. Autronius* et *L. Catilina* parabant: sicuti paullo post testatur *Sallustius.* Hi autem in *P. Syllæ* et *Autronii* locum, quos ambitus ipsi damnarant, creati fuerant. Dein fuere *L. Julius Cæsar,* et *C. Martius Figulus,* quorum supra

Sallustius meminit. His Coss. altera conjuratio coepta est. Post hos M. Cicero cum C. Antonio. His Coss. mense Octobri patefacta conjuratio est, et de conjuratis supplicium sumtum. Quod in Horatium Glareanus *L. Julium Tullum* vocat, quem nos *L. Volcatium Tullum*, est haud dubie memoriae lapsus, nisi quis incuriae adscribere malit. Sed et Haloander hunc ipsum in catalogo consulum *L. Torquatium Tullum* appellat, quam recte alii viderint. *Rivius.*

*L. Tullio, M. Lepido*] Prior hæc conjuratio, ultimam, quam accurate persequitur Sallustius, triennio præcessit. Sed Suetonius in Julio, tribus illis, Catilinæ, Autronio, Pisoni, quos hic ponit Crispus, socios addit C. Cæsarem, M. Crasum, P. Sallam, consentiente cum Tranquillo Dione. ‘Meminerunt’ (inquit Tranquillus) ‘hujus conjurationis Tannius Geminus in historia, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus. De hac significare videtur et Cicero in quadam ad Atticum epistola, referens id Cæsarem in Senatu confirmasse regnum, de quo ædilis cogitaverat.’ Legenda et oetera, que nimis longum foret adscribere. Epitoma Livii lib. xi. ‘Conjuratio eorum qui in petitione consulatus ambitus damnati erant, facta, de interficiendis Coss. oppressa est.’ *Putschius.*

*Legibus ambitus*] Longo tempore post urbem conditam, nullam de ambitu legem fuisse legimus, quod ad magistratus et ad honores prisici Romani non largitione et ambitu, sed virtutis via nitebantur, propterque egregia domi militiæque facinora, cives questura, ædilitate, prætura et consulatu, et aliis honoribus honestabantur. Prima lex contra ambitum illorum qui magistratus appetere, a Petilio tribuno plebis lata fuit, que largitiones illorum, qui magistratus pecunia emerent, gravi poena mulctavit; alii deinde late fuerunt et a

Calpurnio Pisone, et a Cicerone. Lex autem Ciceronis ad hanc sententiam erat: Si mercede corrupti obviam candidatis essent, si conducti sectarentur, si gladiatoribus vulgo locus tributus, item si vulgo data prandia, contra legem Calpurniam factum videri: ut ipse in oratione pro Muræna ait. *Zanch.*

*Legibus ambitus interrogati*] Sic infra: ‘et ipse lege Plautia interrogatus erat.’ *Ciaccon.*

*Post paullo*] Post, scilicet damnationem, et non designationem: ut quidam in Commentariis suis in Epist. ad Atticum exposuit, existimans hunc locum mendosum esse, sed male: non animadvertens, bis habita fuisse comitia, primo Lepido et Volcatio Coss. eum P. Autronius et P. Sulla creati fuerunt Coss. et paullo post, cum hi legibus ambitus damnati essent, iterum habita fuerunt, in quibus Coita et Torquatus declarati fuerunt, et tunc Catilina, cum ex Africa redisset, professus est se petiturum esse: sed prohibitus est, quia quærebatur repetundarum, ut ait Pædianus. *Zanch.*

*Prohibitus erat petere consulatum, &c.*] Catilina statim ut ex Africa rediit, accusatus est, uti diximus, a Clodio, de pecuniis repetundis. Quare cum professus esset petere se consulatum, L. Volcatius consul consilium publicum habuit, an rationem Catilinæ habere deberet. Decretum est igitur, Catilinam, cum reus esset, consulatum petere non posse. Auctores sunt Cicero, et Ascon. in orat. in toga candida. *Cast.*

*Proffiteri*] Dare nomen, denunciare velle se petere: ita enim mos erat. Et hic *proffiteri* non significat simpliciter dare nomen, sed ita ut per leges recipi posset, quæ reum profitentem non admittent. Quare Sallustius inquit, Catilinam repetundarum reum intra tempus legibus constitutum proffiteri nequivisse, id est, non pe-

tuisse dare nomen, ita ut admitteretur ad petitionem: nam quærebatur repetundarum. Profitabantur autem petitori, apud eos (ut puto) qui comitia habebant. Livius Dec. III. l. VII. *Zanch.*

*Cn. Piso*] Sic etiam appellat Cicero in oratione pro Muræna, et pro L. Sulla. *Idem.*

*Nobilitis*] Pisones enim a Calpo Numæ filio oriundi erant, ut testantur Plutarchus in Numa, Horatius in arte Poët. et Ovid. ad Pisonem his verbis: 'Nam quid memorare necesse est, Ut domus a Calpo nomen Calpurnia ducat? Claraque Pisonis tulerint cognomina prima, Humida callosa cum pinseret hordeæ dextra?' Ovidii autem opinionem, ut Pisones a pinendo vel pisendo dicti sint, confirmat Plinius Nat. hist. XVII. 8. *Idem.*

*Stimulabant*] Id est, urgebant.

*Capitolio*] Capitolium in monte Tarpejo situm, Superbi maxime opus. Quod his fere verbis describit Dionysius: 'Situm est in alta crepidine, habetque in ambitu octo iugera, sic ut latera singula ducentorum fere pedum sint, exigua latitudinis et longitudinis differentia, nisi quod ista illam vincit vix pedibus quindenis. Quæ parte frons ejus meridiem spectat, triplici columnarum ordine circumcingitur, ab aliis lateribus duplici. In ipso sunt tres cellæ ex ordine, a lateribus communione parietum clausæ, media est Jovis, utrinque altera Junonis, altera Minervæ, sub eodem laqueari eodemque tecto.' Hæc hactenus Dionysius. Capitolium autem ita vocabant, quam Græci *ἄκρα*, quod esset *κορυφή τῆς πόλεως*. At fabula capitis inventi ad gentis nobilitatem. Capitolium ergo Latina vox, ut Pergamus in Phrygia. *Scaliger.* De ejus magnificentia non opus est multa adferre. In illo Tarquinii Capitolio primitus ænea erant limina, et triam mensarum argentea vasa in cella Jovis, Jovemque in culmine

cum quadrigis aureis ædiles possuerant. Post Carthaginem eversam laquearia inaurata fuerunt. Catulus autem tegulas æreas inauravit. Suo tempore in inaurationem solam 12000 talenta impensa refert Plutarchus, id est, nostra computatione, septem milliones. *Lips.* Recte itaque dixit Virgilius: 'Hinc ad Tarpejam sedem, et Capitolia ducit, Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis.'

*Kalend. Jan.*] In hoc dissentit Cicero a Sallustio, quod ipse ait Kalend. Januar. L. Torquato et Lucio Cotta Coss. Cicero vero, pridie Kalend. Januar. Lepido et Tulio Coss. *Zanch.*

*L. Cottam*] L. Aurelium Cottam. Is fuit vir summo ingenio, summaque prudentia. *Cass.*

*L. Cottam*] Tres enim Cottæ fuerunt, L. C. et M. Cotta, adeptique sunt omnes consulatum: ut Pædian. scribit. *Idem.*

*L. Torquatam*] Opinor designari L. Torquatam, qui, ut scribit Cicero in Pisonem, 'Provinciam Macedoniam ex S. C. obtinuit, et ex ea Imp. appellatus est.' In denariis autem Manliæ familiæ describitur L. TORQUAT. Ex S. C. Ad Sallustii autem locum faciunt, quæ refert Pædianus in Corneliana. 'P. Sulla,' inquit, 'et P. Autronius Coss. des. cum essent, eorum alteram L. Cotta, alterum L. Torquatus ambitus damnarunt, et in eorum locum Coss. creati sunt.' *Ursinus.*

*Fascibus*] Fasces appellamus bacillos aliquot teretes colligatos in modum fascis. Eos bacillos antiquitus ex ulmo fuisse testis Plautus. Plinius tamen Betullam arborem terribilem ait magistratum virgis, l. XVI. 18. Hetrascorum antiquitus ornamentum fuisse, antequam Romam deduceretur, præter alios Florus auctor est. Consulibus autem duobus creatis cum initio fasces XXIV. præferrentur, id est, singulis XII. in voce et invidia populi res fuit, tanquam regno non

depulso, sed duplicato, ea causa Valerius instituit, ut duodecim tantum fasces conspicerentur, iique alternis mensibus apud alteram consulem essent: ita, inquam, ut priore mense prior consuli eos haberet, secundo alter, atque ita in orbem; ut testatur Dionysius l. v. et Dio Cassius l. v. Sumere autem eos prior solebat qui major natus esset: idque obtinuisse videtur usque ad L. Juliam, quæ honorem hunc detulit numero liberorum. De utroque vide Valerium iv. 1. Agellium ii. 15. Interea tamen consul is, qui sine fascibus, ne nullo insigni noaceretur, accensum habebat qui eum præcederet: auctore Dionysio l. v. initio, qui sequerentur cum virgis et bacillis. Suetonius in Julio c. 20. et Livius, ubi de Decemviris, l. III. *Lipatus*.

*In Nonas*] Ter enim in mense legitimus habebatur senatus, Kalendis, Nonis, et Idibus; quamvis postea Augustus insituerit, ne plus quam bis in mense legitimus senatus haberetur, scilicet Kalendis et Idibus: mensis autem Februar. hic maxime destinatus erat audiendis legationibus. Cicero: 'Senatus haberi ante Kalend. Februar. per legem Papiam, id quod seis, non potest, neque mense Februar. toto, nisi perfectis aut rejectis legationibus.' *Zench.*

*Quod si Catilina maturasset*] Considerandum, servavit ne Sallustius illud *ovæde Spædus* in verbo *maturare*, quo de tam anxie ac subtiliter disputat Gellius ex Nigidio. Certe historici Latini *maturare* pro *properare* ac *festinare* identidem dicunt, quicquid dicat Gellius: *Glareanus*.

*Pro curia*] Ante curiam.

*Eo die post conditam urbem Romam*] Odiosa hic vox *Romam*; nec hic solum, sed aliis locis ubi jungitur dictioni *urbi*: urbs enim per excellentiam, Romam ipsam designat, ut vel pueris notum. Si tolerari debet; malim cum Pal. quinto, *Romæ*. Gruterus.

*Delph. et Var. Clas.*

*Patratum*] Commissum, effectum et consummatum.

*Diremit*] Id est, dissolvit et dissipavit consilium.

CAP. 19 *Citeriorem Hispaniam*] Ad hunc Cn. Pisonem pertinet vetus inscriptio ex marmore: CN. CALPURNIUS. CN. F. PISO QUÆSTOR. PROP. EX. S. C. PROVINCIAM HISPANIAM CITERIOREM OBTINUIT. *Ursin.*

*Citeriorem Hispaniam*] Citeriorem autem et ulteriorem Hispaniam provincias fuisse prætorias, testis est Livius: qui frequenter ait, Prætores sortitos esse Hispaniam citeriorem et ulteriorem. *Zench.*

*Quæstor*] Quæstores, regibus etiam tum imperantibus, instituti sunt: quod lex Curia ostendit, ab L. Bruto repetita. mansitque consulibus potestas deligendi, donec enim quoque honorem populus mandaret. Quæstores vero urbani ærarium curabant, et ejus pecunias expensas et acceptas in tabulas publicas referebant: et ipse magistratus non honoris ipsius finis erat, sed aditus ad consulatum et triumphos novis hominibus esse censebatur. *Zench.*

*Quæstor pro prætore missus est*] Id est, cum esset quæstor, tamen eum prætoriam potestate missus est. Hoc significat Suetonius, cum inquit, Pisoni Hispaniam provinciam ob suspicionem urbanæ conjurationis ultro extra ordinem datam fuisse. *Cast.*

*Pro prætore*] Prætores Provinciales creati sunt circa annum DXIX. Sicilia et Sardinia captis atque in Provinciarum formam reductis, ut Livius et Solinus prodiderunt. Pomponius autem in l. i. ff. de orig. Jur. 'capta Sardinia,' inquit, 'mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi Provincia, totidem Prætores, quot Provincie in ditionem venerant.'

*Infestum inimicum Cn. Pompejo*] *Infestum*, pro *acrem*, dicere potuit Sallustius. Interdum tamen suspicatus sum, *Inimicum* glossæma fuisse ad *In-*

*Sallust.*

3 D

*festum*: quo vitii genere refertos esse libros animadverti. *Mamertius*.

*Simul quia boni complures præsidium in eo putabant*] Non male Bongarsio excussus liber, *simulque boni*; modo item sic reformatur sequentia: *Simulque boni complures præsidium in eo putabant, etiam tum potentia Pompeji formidolosa*; ejecta voce *erat*: *vocula Cnei* quæ visitur in editionibus aliis, sublata est e nostra, auctoribus Mss. *Gruterus*.

*Potentia Cn. Pompeji formidolosa erat*] Tantam enim Pompejus potentiam sibi comparaverat ex rebus prospere gestis adversus Mithridatem, ut Romæ timerent, ne vellet Rempubl. occupare: sed ut primum Italiam ingressus est, præter omnium expectationem, exercitum dimisit. *Pintarchus* in Pompeji vita. *Zanch*.

*Barbaros*] Hispanos. Quinam autem, et cur dicti fuerint barbari, *Strabo* l. xiv. docet his verbis: 'Sed ego arbitror ab initio, conficto nomine eos barbaros appellatos, qui difficulter, aspere ac duriter loquerentur, ut blæsos balbosque dicimus.' *Zanch*. Vox Orientalis. *בְּרַבְרִי* enim extra-

neum Arabibus denotat. Et *בְּר* desertum, unde Barbariæ nomen. Recte itaque ab *Eustathio* in III. *Iliados* notatum est, *Lacones hospites et peregrinos dixisse Barbaros*. Ita et *Ovid*. de *Ponto*: 'Barbarus his ego sum, quia non intelligor ulli.' Veteribus autem Barbari erant illi qui non erant Græci. Unde *Plautus Nævium* Poëtam Barbarum dixit: In prologo *Asinaræ Barbare* pro Latine positam. In *Captivis* quoque *Barbaricum jus* leges. Eadem ratione Latini auctores non utentes lingua Latina *Barbaros* dixerunt.

*Ex voluntate ejus Pisonem aggressos*] Illa ex præpositio non est in manuscriptis, licet in aliis fere sit; nec exemplar eam *Beroaldinum* habet. *Rivinus*.

*Præterea*] Id est, præterquam quod *Pisonem* interfecerant. *Præterea*, hoc in loco tempus præteritum significat: quod rarissime invenies. *Zanch*.

*Sed imperia sæva multa antea perpe-*  
*ssos*] In libris, quibus usus est *Vincen-*  
*tius Castilioneus*, scriptum fuit: *Sed*  
*et sæpe imperia sæva antea perpe-*  
*ssos*. nos eam lectionem in Mss. nostris non invenimus, nec quidquam mutamus. *Popma*.

*Sed imperia sæva multa antea perpe-*  
*ssos*] Excludi poterat conjunctio, *sed*. Editio anni cIo cccc lxxv. expressit hic *sæva*. Naz. vero præfert *multo*. Miror nonnullis sapere quod in *Castilioneo* est: *sed et sæpe imperia sæva antea perpe-*  
*ssos*. quis enim non videt esse ab interprete? *Gruterus*.

*Nos eam rem in medio relinquemus*] *Gell*. xxvii. 2. Q. *Claudius Annal*. i. 'Nos,' inquit, 'in medium relinquemus: vulgus in medio dicit: nam vitium isthic putant: et si dicas in medium ponere, id quoque esse *ἀλόικον* putant: et tamen probabilius significantiusque sic dici videbitur, si quis illa verba non incuriosæ introspectiat.' *Tacitus* quoque *Sallustii* affectator suis in libellis de morib. German. 'Quod ego, uti incompertum, in medium relinquam.' *Ciacconius*.

*Nos eam rem in medio relinquemus*] Hic perperam quidam *derelinquemus*. *Cicero* pro *Cælio*, 'Neminem nominabo, tantum in medio relinquam.' *Rivinus*.

CAP. 20 *Catilina, ubi eos, quos paullo ante memoravi, convenisse videt*] In cujus domo hæc congregatio habita fuerit, varii varia sentiunt. Nonnulli in *M. Leccæ* domum eos convenisse putant, alii domi *Catilinæ* eos congregatos fuisse tradunt. At ego hanc congregationem habitam fuisse (salvo aliorum judicio) in cujusdam nobilis domo, e *Cicerone* colligo: nam is in *Orat. cont. C. Ant. et Catil.* ita inquit: 'Dico P. C. superiore nocte cujusdam hominis nobilis, et valde in

nis largitionis quæstu noti et cogniti, domum Catilinam et Antonium cum sequestribus suis convenisse.' Et Pæd. hunc textum ita interpretatur, 'C. Cæsaris aut Crassi domum significat.' Hinc patet eos domi Catilinam non convenisse. Accedit quod Catilina in Velia habitaverit, in illa videlicet parte montis Palatini, quæ forum videt, ut tradit Pomponius Lætus lib. de Antiq. Urb. Rom. Aliter Porcius Latro, intelligit enim domum Leccæ, nisi sæpius congregati fuerint.

*In rem fore]* Hoc est, ad utilitatem consilii sui pertinere.

*In abditam partem ædium recessis]* Manuscripta duo, *secedit*, quomodo et alia pleraque. *Rivius*.

*Omnibus arbitris procul amotis]* Omnibus expulsis, præter eos qui sui consilii participes erant. Nam *arbitri* dicuntur, qui alienæ rei quasi testes intersunt. Alias *arbitræ*, auctore Festo, dicitur, qui totius rei habet arbitrium et facultatem. *Zanch*.

*Arbitris]* Proprie est tertius qui accedit. *Arbitræ*, enim quasi adbitræ. *Bætere* seu *betere* vel *betire* dixerunt veteres, pro ire, incedere. Inde *Bithenses* qui assidue peregrinantur: et *Bætes* in glossario *ὑποβήτης*. *Scaliger*. Hinc et *arbitræ* dicitur tertius, qui litigia componit. hinc et arbitrari, id est, statuere, ac arbitrium pronunciare. Unde apud Plantum in *Mercatore*. *arbitrari inasutum*, id est, pronunciare inasutum atque imperitum. hinc arbitrium, id est, sententia quæ ab arbitro statuitur. Etiam *arbitrium* in *Pandectis Florent.* pro arbitrium reperias, l. ix. ff. qui satisd. cog. l. iii. §. 1. l. *Pedius*, 7. de Arb. et alibi passim.

*Nisi virtus atque fides vestra satis spectata mihi forent]* Legendum e vestustis, *Ni virtus fidesque vestra spectata mihi forent*, omiſſa particula illa *satis*, quam nec *Fabricianus* habet codex, nec requirit magnopere sensus. Si

quis tamen eam adjectam velit, non admodum repugnabo; est enim in *Merseburgensi*. Sed et *Terent.* 'Satis jam Simo, satis spectata erga te amicitia est mea.' *Beroaldinum* exemplar eam non habet. *Ni*, pro *nisi* ponitur. et sic numerus ipse exigit, cujus est observantissimus *Sallustius*. Nec vero aliter *Servius* in *Georgica Virgilli* citat. Jam illud, *virtus atque fides vestra*, vastum quid neacio atque immane sonat: quanto modulatus, *virtus fidesque vestra*. *Rivius*.

*Fides]* *Fides* est dictorum conventorumque constantia et veritas: hoc est, ut vulgo dicunt, servatio promissi. Hanc autem fidem, ut ait *A. Gellius* xx. 1. *Romani* veteres in negotiorum contractibus sanxerunt, maximeque in pecuniæ mutuatium usu atque commercio. *Zanch*.

*Spectata]* Id est, perspecta et cognita mihi.

*Satis spectata]* Abest a l. iv. illud *satis*. *Putschius*.

*Spes magna, dominatio, in manibus frustra fuisset]* Ita et manuscripta fere, quæ ipse viderim: in recentioribus, *spes magna dominationis*, legitur. *Rivius*.

*Spes magna dominationis in manibus fuisset]* Ita vetus codex: at *Aldinus* habet, *Spes magna, dominatio in manibus fuisset*: quam lectionem ego non probo: neque enim dominatio in manibus fuit, sed dominationis spes. *Glar*.

*Tempestatibus]* Id est, periculis. *Tempestat* in hoc loco periculum significat. *Aul. Gell.* l. xii. inter vocabula, quæ in utramque partem accepta enumerat, *tempestatem* adjungit. *Tempestatem* medium esse vocabulum *Servius* dicit: ideoque *clara tempestat* dicitur. *Zanch*.

*Animus ausus est maximum atque pulcerrimum facinus incipere]* *Pudet pigetque barbariei!* omnibus *Pall.* adest vox ultima: at incidi olim in codicem *Polonicum*; illi aberat: quin



debeat, neminem puto ambigere, cui cognita indoles linguæ Latinæ. *Gruterus*.

*Simal quia vobis eadem quæ mihi bona malaque esse intellexi] Tò esse non est in Merseburgensi, neque in Veneto, ant aliis impressis vetustioribus, ac elegantius et majore cum gratia abesse videtur. Rivius.*

*Bona malaque esse intellexi] Ea vero ex re et consolatio petitur, et animus augetur. Consolatio, cum auctore Seneca l. II. Nat. Qu. c. 59. quod maximum solet esse solatium extrema passuris, omnium causa eadem est. Animus vero, quia, ut Curtius l. VII. firmissima inter pares amicitia est.*

*Nam idem velle atque idem nolle] Melius in Jugurth. 'Quos omnes eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere, in unum coëgit: sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est:' hæc Catilinæ personam congruit. Ciacconius.*

*Nam idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est] Sic et in Hecyram Donatus: in Fabriciano vero, idem velle atque nolle. Perperam autem est in exemplari Coloniensi additum res; nec enim in vetustis reperitur. Rivius.*

*Idem velle atque idem nolle ea demum, &c.] Suavius accideret auribus gnomæ, deleta atque; nisi magis rescribendum cum Com. meo; Idem velle atque nolle, aut cum Pal. pono, Idem velle, nolle, ea demum. Grut.*

*Demum firma amicitia est] Cicero pro Plancio; 'Vetus enim,' inquit, 'est lex illa justæ veræque amicitiae, quæ mihi cum jamdiu est, ut idem amici semper velint, neque est ullum certius amicitiae vinculum, quam consensus et societas consiliorum et voluntatum.' Ceterum (ut idem in Lælio tradit) vera amicitia, nisi in bonis esse non potest, cum virtutum amicitia adiutrix a natura data sit, non vitiorum comes. Aristoteles etiam Moralium ad Nicomachum l. VIII.*

docet, proprie amicitiam bonorum hominum esse, quatenus boni sunt, reliquas vero amicitias per similitudinem quandam ad veram amicitiam dici. Sed Catilina conspirationem malorum hominum amicitiam vocat, suæ serviens causæ. *Cast.*

*Sed ego, quæ mente agitari, omnes jam antea diversi audistis] Mss. quidam: Sed ego quæ antehac mente agitavi, omnes jam diversi audistis. Popma.*

*Ceterum mihi in dies animus magis magisque accenditur] Impressi nonnulli codices: Ceterum mihi in dies magis animus accenditur. Nos particulam, magisque, in suum locum ordinemque restituumus, et ita loqui solet Sallustius, non solum in libris Historiarum, sed in Catilinario, et bello Jugurthino: 'agitabatur magis magisque animus;' et, 'magis magisque in aperto sunt:' 'magis magisque crescere intelligit:' 'magis magisque eum in dies amplecti:' 'ipsa se virtus magis magisque extollit:' 'magis magisque appropinquare vident.' *Idem.**

*In dies magis animus accenditur] Intradunt alii, in dies magis magisque animus: et sic quoque editio vetustissima, sed contra plerosque manuscriptos; solum enim hæret in Palatinis ætatis recentissimæ, undecimo et duodecimo. Gruterus.*

*Quæ conditio vitæ futura sit, nisi nosmet ipsos vindicemus in libertatem] Legendum arbitror, si nosmet ipsi: id enim præterquam quod elegantius est, etiam veterum consensu codicum magis comprobatur. Rivius.*

*In paucorum jus atque dititionem concessit] Sic in orat. Mæcri: 'Itaque omnes concessere jam in paucorum dominationem;' ubi, dititionem, legendum fortasse est. et Livius l. XXXV. 'Ita Athamania omnis in jus dititionemque Philippi concessit.' Donatus tamen refert l. Histor. scripsisse Sallustium, Quorum in gratia plerique concesserunt. In Jugurth. 'victi om-*

mes in gentem nomenque imperantiam concessere.' *Cicacc.*

*In paucorum potentium]* Variant hic libri, aliis *potentiam*, aliis *conditionem* præferentibus. Ceterum in vulgata nihil mutò, nec *potentiam* hic probo, quod facit Colerus. Seneca Epistola **XXIX.** 'Ponet se extra jus ditionem-que fortunæ.' *Putschius.*

*Semper illis reges]* Cic. libro v. in Verrem: 'Patimur enim jam multos annos et silemus, ad paucos homines omnes omnium nationum pecunias pervenisse. Quod eo magis ferre æquo animo et concedere videmur, quia nemo istorum dissimulat; nemo laborat, ut obscura sua cupiditas esse videatur. In urbe nostra pulcherrima atque ornatissima quod signum, quæ tabula pura est, quæ non ab hostibus victis capta atque asportata sit? At istorum villæ sociorum fidelissimorum et plurimis et pulcherrimis spoliis ornatæ refertæque sunt. Ubi pecunias exterarum nationum esse arbitramini, quibus nunc omnes egent, cum Athenas, Pergamum, Cyzicum, Milletum, Chium, Samum, totam denique Asiam, Achaiam, Græciam, Siciliam jam in paucis villis inclusas esse videatis.'

*Tetrarchas]* Quædam regna in quatuor partes divisa erant: eorum quartæ parti qui præerant, *Tetrarchas* dicebantur. Strabo l. **XII.** scribit, Galatas in tres gentes divisos fuisse, et utramque gentem in partes quatuor, quas tetrarchias vocaverunt. *Zanch.*

*Vectigales esse]* Cic. in Verr. 5. vectigalium, quæ imponuntur provinciis, duo esse genera dicit: unum quod certum est, quod stipendiarium dicitur, ut Hispanis et plerisque Pœnorum impositum: quasi victoriæ præmiis, ac pœna belli. id autem certum ideo dicitur, quod certum et definitum in annos omnes impositum est: qui id pendebant, vectigales dicebantur. Alterum, quod censoria

locatione constitutum est: ut in Asia lege Semproniam. Censores enim locabant vectigalia, nec usquam locare licebat nisi Romæ, nisi in Pop. Romani concione: ut scribit Cicero in dissuasione legis Rullii. Hæc autem non certo, eodemque precio locabantur. *Zanch.*

*Populi]* Civitates. *Idem.*

*Nationes]* Scilicet provinciarum: ut Galliæ, Hispaniæ, Asiæ. *Idem.*

*Stipendium]* *Stipendium* a stipe dicitur, sicuti et Ulpianus scripsit lib. **XXVII. ff. de V. S.** Ideo etiam tributum appellari ait Pomponius, constatque adeo ex Livio, Cicerone, Gellio, Plinio, et aliis *stipendium*, et *tributum* olim indifferenter vocatum, quicquid colligebatur in publicum, ut ex eo sustentaretur miles. Fuisse autem apud Romanos militum stipendium, denarium in singulos dies, id est, uncie argenti partem octavam, animadvertitur ex Annal. Taciti l. **I.** prout citatur ab Alciato ad l. *Ager ff. de V. S.* sicuti autem *stipendium* a stipe dictum, ita teste Varrone **IV. de Ling. Lat.** *stips* veteribus res dicebatur, a stipando deducto vocabulo, cum enim asses libræ pondo essent, qui majorem eorum numerum acciperant, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant. *Fung.* Hanc autem pecuniam sic repositam in cella Dei Festus ait impensam vocatam fuisse, quod nondum esset pensa, sed tantum stipata. Unde factum ut quævis stipatio et farctura impensa diceretur. Quod sæpius usurpavit Apitius, ut cum dicit, *indet impensam præscriptam*, id est, farcturam. Arnobius l. **VII.** *impensarum varietate conditis.* Palladius l. **I.** dixit, *impensas pumices farciri muros*, id est, stipari acerato ex pumice raso. *Scal.*

*Pendere]* Id est, solvebant. quæ significatio inde deducta est, quod antequam signatus esset nummus argenteus, cumque Romani gravi adhuc pœre uterentur, non numeratione, ut

ætate nostra, sed pondere fiebat solutio. Zanch.

*Strenui, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus fuimus*] Mutandum existimo particulam atque, et legendum, *Ignobiles atque vulgus fuimus, vel atque atque ignobiles*. Ciacccon.

*Ceteri omnes strenui, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus fuimus, sine gratia, sine auctoritate*] Quamvis eodem modo codices manuscripti, est in plebisque tamen, ut Beroaldino, *vulgus sumus*, tempore præsentis, pro, *nullo numero habemur*, hoc est, *contemnimur et despiciemur*. sed et *fuimus*, non sane displicet, quod exemplaria fere habent. Rivius.

*Obnoxii*] *Obnoxius* proprie dicitur, qui propter aliquam noxam adversus alium concessam, ipsum reveretur: sed sæpe largius pro qualibet subjectione accipitur, ut hic. *Omnis*.

*Si resp. valeret*] Hoc est, si statum suum obtineret. Zanch.

*Nobis reliquere pericula, repulsas, judicia, egestatem*] In vetustis est, *repulsas nobis reliquere, pericula, judicia, egestatem*. Utra verborum series concinnior esse videatur, alii iudicent. Rivius.

*Repulsas*] Falso queritur: nam, ut Cic. de Harnsp. Resp. *Repulsi* sunt ii, quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes, quos apertissime largientes, non solum alieni, sed etiam sui vicini, tribules, urbani, rustici repulerunt. Etsi innere videtur illud velle Catilina, quod ait Thucyd. l. v. *διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῶν ἀλλοτρίων ἐπιδοῦναι, καὶ οἱ ἀσθενεῖς στυγνὰ ποιεῖν*: Qui superiores sunt agunt quicquid possunt, inferiores perferunt. Grass.

*Judicia*] Condemnationes: quia ambitus alii, alii rerum repetendarum pœnas dederunt. Vall.

*Quæ quousque tandem patiemini, o fortissimi viri*] In Fabriciano et Beroaldino non est, o. ac mihi sane ab Iteratore insulse additum videtur.

est tamen in Merseburgensi atque aliis. Rivius.

*Nonne emori per virtutem præstat*] *Legerem, mori*. ut in orat. Lepidi, *estne viris reliqui aliud quam solvere injuriam, aut mori per virtutem?* Tacitus Histor. 3. *Moriendum victi, moriendum deditis: id solum referre, novissimum spiritum per ludibrium et contumelias effundant, an per virtutem*. qui locus ex hoc Sallustiano expressus videtur. Plautus Capt. *Qui per virtutem peritat, non interit*. Videndum tamen an apud Sallustium pro, *amittere*, legi debeat, *agitare*. Ciacc.

*Ludibrio fueris*] Volumen Fabricianum habet, *ubi aliena superbiæ ludibrio fueris*. legitur et *fueritis*. prius haud dubie cum rectius, tum elegantius esse videtur. Et talis *ἐπέποις* numeri, incredibilem quandam gratiam et venustatem habet. Riv.

*Verum enimvero per deum atque hominum fidem, victoria in manu nobis est*] Priscianus legit, *Prò Deum atque hominum fidem*. l. xiv. *Prò*, inquit, etiam interjectionis loco ponitur, et circumflectitur. Ut Sallust. in Catil. *Prò Deum atque hominum fidem*. Neque secus interpres, quicumque is, legisse videtur. In vetustis inscriptionibus fere *proh* reperitur, contra quam vel Priscianus ipse, vel alii quidam velint: nam et Festus cum Prisciano facit. Inter alias enim significationes hujusce particulæ *pro*, quas multas lib. xiv. recenset, etiam admirationi servire eam docet. ut, *Pro Juppiter*. nam hoc ipse exemplum subdit. Rivius.

*Verum enimvero*] Superioris argumentum sumpsit ab honesto. argumentabatur enim a justitia, quæ est pars honesti: nunc argumentatur a tuto, id est, altera parte deliberationis, quæ tuta dicitur: hæc autem dividitur in vim et dolum. Dolo uti se dicit Catilina contra incautos, vi contra inferiores. Vall.

*Pro Deum atque hominum fidem*] *Sea* testor, id est, testem facio. *Idem*.

*Illis divitias superare]* Sic Jugurth. 'gloria, atque alia optanda bonis superabant.' Cic. Paradox. 'Uter igitur ditior est, cui deest, an cui superat?' *Ciacc.*

*Exstruendo mari]* In ædificandis ædificiis in ipso mari: quia sicut superius dictum est, in ipso mari ædificia condita sunt. *Vall.* Gruterus conjecerat *excludendo*, ut velit, illi magno mari vim fecisse. Sed forte scribetur rectius: *extendendo*, i. e. pilis sive aggeribus ædificando in mari et aquis quasi retro agendia. Cæsar Bell. Gal. III. 12. 'Extruso mari aggere ac mobilibus.' *Gronov.*

*Montibus coæquandis]* Explanandis montibus, ut ibi ædificia faciant amœnitate plena. *Idem.*

*Larem familiarem]* *Larem* hic accipit pro foculo, ubi familia stat. nam *Lares* proprie dicuntur Dii domestici. Prisci enim Romani, in domibus, quas incolebant, dolii aut vasculis mortuos sepeliebant. Qua ex causa *Lares*, quos domesticos vocant, Deos colere cœperunt. Postea lege duodecim Tabularum cautum est, ne in urbe sepelirentur, neve nrentur: cujus hæc verba sunt: IN VRBE NE SEPELITO, NEVE VRITO. Ipsique *Lares* eorum pellibus vestiuntur: causamque *Plutarch.* in *Probl.* refert. *Zanch.*

*Illis cum tabulas, signa, toreumata, &c.]* Loens hic in omnibus editionibus corruptus fuit: eum nos una dictione addita, et mutata interpunctione, non sine auxilio antiquorum codicum, suo nitore restitimus: et sic hunc locum legi debere verba præcedentia demonstrant: *Etenim quis mortalium cui virile ingenium est, tolerare potest, illis divitias superare, quas profundunt in exstruendo mari et montibus coæquandis, nobis rem familiarem, etiam ad necessaria, deesse: illos binas, aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nusquam ullum esse?* *Popma.*

*Nusquam ullum esse? cum tabulas,*

*signa, &c.]* Et ita quoque concorditer *Mss. Pall.* et *vett. edd.* ne quis *Popmæ* auscultet, largienti nobis aliud adhuc verbum, hoc modo: *esse? Illi cum tabulas, &c.* Equidem si ita ulli codices; sciamus oportet, notæ deterrimæ. *Gruter.*

*Tabulas]* *Tabulæ* proprie dicuntur, picturæ in tabulis artificiose formatæ, quibus antiqui plurimum delectabantur. *Plinius xxxv. 4. Zanch.*

*Signa]* Statuas. Vide *Plin. xxxiv. 4. et xxxv. 11. Idem.*

*Toreumata]* *Toreumatis* nomine, quicquid artis elegantia exsculptum est, comprehendimus: *ropebæ*, id est, sculpo; *torentice*, sculptura: a quo *toreumata*, hujusmodi opera dicuntur, aut sculpta, aut cæolata, ex quacunque materia, quæ in deliciis habebantur. *Idem.*

*Emunt, nova diruunt, alia ædificant]* Expunxi illud, *vetera negligunt*, quod *Carrionis* sequentesque occupat editiones; quoniam nulla ejus litera compareret in *Mss. Palat.* in *Bongarsianis*, in *Commeliniano* meo, imo ne in veterissimis editionibus: quibus primam pestem innoxit *Pomponius Lætus*, dum fingit: *emunt, vetera diruunt, nova ædificant*: ingeniose profecto, si id vocis quadrat in stuporem. *Grut.*

*Trahunt]* Accumulant.

*Vexant]* Lacerant pauperes et humiles; et est frequentativum a *Veho*, ut respondeat ad *Traho*.

*Summa lubricine]* *Summa* luxuria et superfluitate. *Vall.*

*Vincere]* Id est, nimio sumptu superare. In summa profusione æque tamen divites manebant. *Thys.*

*Mala res]* *Conditio* nostra misera.

*Libertas]* *Tacitus* vere l. ix. *Annal.* falso libertatis vocabulum obtendi ab iis, qui privatim degeneres, in publico cum exitiosi, nihil spei, nisi per discordias habeant. *Græw.*

*Vel imperatore]* Nunc privatim de officio suo agit. *Imperatorem* hic po-

niti pro dace et principe exercitus: nam principio nemo hoc honore dignabatur, nisi qui res amplissimas præclarissimasque gessisset. Postea is mos ita pervagatus atque pervulgatus est, ut vel minimis rebus gestis nomen hoc multis tribueretur: neque semel modo, sed iterum et sæpius. Hac autem appellatione decorabantur duces, aut exercitus conclamatione, aut (quod erat honorificentius) decreto Senatus, ut alibi scribemus. *Zanch.*

*Nisi forte animus fallit]* Manuscriptum habet, *ni forte animus fallit*. Rivius.

*CAP. 21 Accepere]* Id est, audire, percipere.

*Quibus mala abunde]* Qui abundabant omnibus malis, et inopia rei familiaris stricti erant, et grande æs debebant: nec quomodo solverent, ulla spes suppetebat. *Vall.*

*Spes bona ulla]* Nihil habebant, et nihil sperabant, quod deterius est. *Glar.*

*Quieta movere]* Est in aliis, *Quietam remp. movere*. Sed manuscripta fere cum priore lectione faciunt; et illud *Quietam remp.* ex glossa irrepissis suspicor. Nam *quieta movere*, hic est, quietum et tranquillum statum civitatis turbare. *Riv.*

*Magna merces videbatur]* Tametsi loco mercedis ponebant ocium et quietem reipublicæ perturbare. *Vall.*

*Tamen postulavere plerique, uti proponeret]* In Fabriciano est, *tamen postulare plerique, pro postulabant*; ut sit *ἐπιλαλή* modi, usitata historicis. *Rivius.*

*Peterent]* Aliter, *Peterentur*. *Castal.*

*Tum Catilina polliceri tabulas novas, proscriptionem locupletium]* Manuscripta, ut et impressa quædam, *proscriptionem locupletium*. Id mihi rectius numerosiusque esse videtur; sed et Cicero utitur hoc genitivo ad Atticum, 'Nec moderatiorem quam Sulla,

in pecuniis locupletium:' nam in ablativo dici *locuplete* et *locupleti*, docet Q. Remmius Palæmon: unde genitivus existit *locupletum* et *locupletium*; quamquam idem Cicero ne quid dissimulem, *proscriptiones locupletium* dicit in Paradoxis; ut in vulgatis est exemplaribus; nam in manuscripto *locupletium* reperi. Porro *tabulæ novæ* Latinis dicuntur, quæ Græcis *ἁποκατάστασις*, quomodo et Cicero appellat VII. ad Atticum. Est autem publica quædam æris alieni abolitio, et pecuniarum creditarum quasi condonatio. Meminit harum Cicero II. Officiorum, et Livius II. belli Macedonici; ut interpretis incertiam jure mireris, qui hic *admirandas tabulas, et artificiosè pictas*, intelligit per *tabulas novas*. Proscriptionis vero nomen a bellis civilibus initium ducit. Nam in tumultu et dissensione civili, cujusmodi exstiteret Marii et Sullæ, Cæsaris et Pompeji, qui consecuti victoriam erant, ii nomina eorum, qui fuisse diversarum partium putabantur, in tabulis descripta proponebant, constitutis præmiis, si quis eorum quemquam occidisset, bonis etiam proscriptorum publicatis atque hastæ subjectis. Porro Sulla proscriptionis tabulas primus proposuit, isque non contentus in eos sævire qui armis a se dissenserant, etiam quieti animi cives, propter pecuniæ magnitudinem, proscriptorum numero adjecit, quemadmodum Valerius inquit. Postea obtinuit consuetudo, ut in exilium ejecti, *proscripti* dicerentur. Ergo *polliceri Catilina proscriptionem locupletium*, nimirum ut illis interfectis, impetus in eorum bona fieret. *Rivius.*

*Polliceri]* Hanc lectionem et scripturam omnes Codices typis excusi, et in pergamento descripti habent. Verum in uno Ms. reperi, *tum Catilina capit polliceri tabulas novas*. Quæ lectio haud placet. *Popma.*

*Magistratus]* 'Magistrare,' inquit Festus, 'regere et temperare est,

vel moderari.' Magistratus itaque tanquam rectores dicti. Magistri quoque dicti quicunque præferti. Hinc Magister populi, sive dictator, Equitum, Magister Curie apud Plautum in Aulularia, qui Græci *πρωτοβυβλος*. Magistri Censuum, Epistolarium, Scribitorum, Officiorum, Libellorum, Memoriarum, a Præfectura dicti. Etiam Magisteriam agentes in rebus in veteri lexico. Et Magisteria Potestas dicitur in l. vi. C. de Jurisd. Præcipue autem magistratus is dicitur, cui concredita esset gubernatio Reip. et qui iudicium auspiciumque haberet, quemadmodum Cic. in Legibus scribit. Magistratus autem qui majores et qui minores dicerentur, Gellius docet ex verbis Messalæ, l. XIII. exponens hæc verba, ut quis Magistratus minor de cælo servasse velit. *Zanch.*

*Magistratus*] Ut consulatum, Præturam, Dictaturam. Cicero in eadem: 'Num,' inquit, 'in cinere urbis, et sanguine civium, quæ mente conscelerata ac nefaria concupiverant, se consules ac dictatores, aut etiam reges sperant futuros? non videant se cupere id, quod si adepti fuerint, fugitivo alicui aut gladiatori concedi sit necesse?' *Zanch.*

*Sacerdotia*] Ut Pontificatum, et Auguratum. *Idem.*

*Pisonem esse*] Superius dixit auctor eam interfectam; sed Catilina ignorabat, vel forsitan nondum interfectus erat. *Omnib.*

*In Mauritania*] Geographi duas Mauritanias esse dicunt, Tingitanam et Cæsariensem, a coloniis dictas Tingi et Cæsaris. Est autem nomen Mauritanie Græcæ. Græci enim *μαυριαν* nigrum dicunt; et Mauritanii sic vocati sunt propter nigredinem, id quod eis propter solis propinquitatem contingere videtur. *Zanch.*

*Nucerianum*] Oppido Nucera oriundum. Est autem apud antiquos auctores triplex Nuceria. Intra Brixel-

lum haud procul a Padi ripa oppidum hodieque visitur, vulgari nunc vocabulo Lacera vel Luszara. Hoc omnium fere iudicio est id oppidum, quod Ptolemæo vocatur Nuceria: 'in Gallia,' inquit, 'Togata oppida sunt ista, Placentia, Fidentia, Brixellum, Parma, Regium Lepidum, Nuceria, Tanetum, Mutina, Bononia.' Nec mirum sit, quæ olim fuerit Nuceria, eam nunc dici Luceriam, quando clarissima quondam Romanorum colonia, Luceria, in Apulia, vulgo nunc vocetur Nucera, raro Lacera. Quamquam hæc apud antiquos etiam auctores, Ptolemæum, et Tabulam itinerariam legitur. Nuceria Apulorum, ad differentiam alterius, quæ non procul a Padi ripa fuit. Apud Appianum vero Civil. bellorum l. xi. simpliciter Nuceria. Posterior hæc hodie Foggia appellatur, et memoratur Polybio, Ciceroni, Cæsari, Livio, Halicarnassæo, Straboni, Plinio, Frontino, Appiano, Stephano, Ethico. Quam ita antiquam fuisse, ut conditor ei Diomedes adsciberetur, Strabo testatur l. vi. *Clav.* Est et Nucera, vulgo Nocera civitas Campaniæ, cujus populi dicti sunt Nucerinii, et ager Nucerinus. Plin. III. 5. haud procul a monte Vesuvio ager Nucerinus est: novem m. passuum a mari ipsa Nuceria.

*C. Antonium*] Hic C. Antonius fuit M. Antonii oratoris filius, ut ostendit Asconius: patruus autem M. Antonii, qui postea rempublicam evertit, quod testatur Cicero Phil. II. Is a M. Lucullo prætore damnatus, quod Græcos spoliasset, etiam postea a Gellio et Lentulo censoribus Senatu motus est: Deinde cum præturam peteret, beneficio Ciceronis e postremo loco in tertium pervenit. Hæc ex Cicerone de Petitione consulatus, et Asconio in oratione contra C. Antonium et L. Catilinam sumpsimus. Tandem reus factus a Cælio, quod conjurasset, damnatus est: etiam potius Macedonia

provincia male administrata, quam conjurationis crimen, causa damnationis fuit. Cicero pro L. Flacco, pro Domo sua ad Pontifices, et pro M. Cælio, et Dion l. xxxviii. *Cast.*

*Omniibus necessitudinibus*] Id est, omnibus necessitatibus: nam C. Antonius inops, et magno ære alieno oppressus erat, et multa nefanda flagitia commiserat. Q. Cicero in fibello de Petitione consulatus, et M. Cic. in Toga Candida. *Zanch.*

*Circumventum*] Oppressum.

*Cum eo se consule initium agendi belli facturum*] Sic et Aldinum exemplar. Merseburgense habet in spatio, *agendi, supple bellum.* Verum in ceteris manuscriptis non est, *belli*; ac neque sensus ipse, neque Latinitatis ratio patitur, ut addatur, nisi quis legere malit, *initium belli facturum*, ut omitatur, *agendi*; quomodo exemplar habet Beroaldinum. Nam inferius quoque, 'Qui initium belli facerent,' inquit. Sed et Cæsar, 'Omniibus pollicitationibus ac præmiis deposcant, qui belli initium faciant.' Hoc loco etiam *se consulem* habent codices in membrana descripti, casu accusativo, consentientibus impressis quibusdam, quod non sane displicet. *Rivius.*

*Cum eo consule initium agendi facturum*] Nonnulli scripti libri: *Cum eo consulem se initium agendi facturum.* Alii: *Cum eo consule se initium agendi belli facturum.* Alii: *Cum eo se consulem initium agendi bellum facturum.* Sed ego nihil pronuncio. *Popma.*

*Cum eo se consulem initium agendi facturum*] Pal. quarto abest vox *se.* habetque *consule*, contra editiones priores, et quam extravit Lætus, contra Pal. pr. sec. ac Com. nostrum. nam ceteri sane omnes, *cum eo se consule initium.* Quod non probo; cum a libris illis antiquioribus videam stantes Carrionis membranas et Bongarsii. Posset tamen ferri et altera, si rescriberetur, *cum eo, se Consule, initium*

*agendi futurum.* Sed ne quid mentiar; puto illud, *agendi*, a mala manu; certe superfluit, adjectumque ei præterea in Mss. posterioribus, *agendi belli.* Gruterus.

*Adhæc maledictis increpabat omnes bonos*] Quamquam eodem modo Aldinum quoque exemplar, tamen rectius in manuscriptis, *Ad hoc*: nam sic fere Sallustius alias, nec aliter Tacitus. *Riv.*

*Suorum unumquemque nominans laudare, admonere alium egestatis, alium cupiditatis suæ*] Perperam Gymnicus *admonebat*: quamquam sic in aliis quoque est. Irrepsit autem ex Glossa. Mecum facit exemplar Venetum, Schnrrieanum, alia pleraque. *Idem.*

CAP. 22 *Cum ad iujurandum populares accleris sui adigeret*] Ante erat *addiceret.* meus liber *adiceret.* *Populares* vero *conjurationis* dixit infra bis. Donatus in Phorm. 'Populares sui sceleris. Sallustius.' *Ciaccon.*

*Ad iujurandum adigeret*] Præpositio *ad* abundare videtur. Nam *adigere* seu *adicere iujurandum* dici solere ex Livio, Cæsare et aliis ostendimus in notis ad Cæsarem. *Ursin.*

*Populares*] Fautores, et concios sui sceleris.

*Humani corporis sanguinem*] Catilina pateris infudit vinum sanguine humano permixtum: deinde circumtulit, ut omnes id libarent, hac execratione, ut ita omnium sanguis hauriri posset, nisi quod promiserant fecissent, uti sanguinem illius hominis hausissent. Plutarchus in Cic. vita: 'Dicamus et obiter morem quem Scythæ servant, cum aliquem amicum sibi elegerint: quia huic iurjurando conformis est.' Apud Scythas, cum amicitiarum fœdus initor, ac iujurandum maximum fit, scilicet et victuros eos pariter, et mortem opperturos, si opus sit, alterum pro altero: sibi digitos incidunt, et sanguinem in calicem distillant, summisque intinctis gladiis, ambo pariter admoventes la-

bra : nec quicquam deinde est, quod possit eos dirimere. Morem hunc in dialogo de Amicitia Lucianus tradit : lege illum. Zanck.

*Humani corporis sanguinem*] Mos hic a Scythis. Mela II. 1. 'Ne fœdera quidem incruenta sunt, sanciant se qui paciscuntur, exemptumque sanguinem, ubi permiscuere, degustant. Id putant mansuræ fidei pignus certissimum.' Solin. c. 20. 'Hausta mutui sanguinis fœdus sanciant, non suo tantum more, sed et Medorum quoque usurpata disciplina.' Herodotus I. 74.

*ὄρκα δε ποιῆται τὰτα τὰ ἔθνεα, τὰ πῆρ τε Ἕλληρες καὶ πρὸς τοῦτοιαι, ἐπεὶν τοῖς βραχίονας ἐπιπέμονται, ἐς τὴν ὀμοχρόνη, τὸ αἷμα ἀναλείχουσι ἀλλήλων.* Veteres sanguine permixtam potionem *Assiratum* dixerunt, teste Festo, quod iis *Assir* sanguinem notet. Glossæ *Assir*, αἷμα. Eo utitur Cato de re rustica c. 33. 'Daps Jovi Assir a pecu in urna vini caste profanato sine contagione.' Recte autem ait Sallustius Catilinam humani corporis sanguinem circumtulisse. Cœsum enim puerum memorat Dio, superque ejus viscera juramentum conceptum. Verba hæc sunt : *Καὶ ἐς ἀθεμίτων ὄρκια μωσίων ἀνάγκη προσήγαγε. Παιῖα γὰρ τινα καταθύσας, ἐπὶ τῶν σπλάγγων αὐτοῦ τὰ ὄρκα ποιήσας, ἐπειτα ἐσπλάγγνευσεν αὐτὰ τῶν Ἑλλων.* Ut autem fœdera Romani jungebant cæsa porca, non sine execratione, ita Græci tauro, capro, aut ariete. De tauro habes apud Æschylum *ἐπὶ ἐπὶ Θήβαις* : *Ἄνδρες γὰρ ἐπὶ τῷ βόρῳι λοχαγέται, ταυροσφαιούντες ἐς μελάθετον σάκος, καὶ θεγγάσσοντες χερσὶ ταυροῦ φόνου, Ἄρηρ, Ἐπίου, καὶ φιλαίματος φόβον Ὀρκαμέτησιν, ἣ πόλει κατασκαφῆς θέντες, λάπαξιν ἔστυ Καδμείων βίη, ἥ γῆρ βαίνοντες τήνδε φυράσειν φόνου.* De capro Pausanias I. 1. *ἐπὶ κάπρου κατέμυσται ταμίαν, μηδὲν εἰς τὸν Ὀλυμπίου ἀγῶνα ἔσεσθαι παρ' αὐτῶν κακοβήγῃα.* Rite autem sanguinem degustabant, quo plus posset execratio : sic apud

Maronem Dido, cum Æneæ imprecata esset : 'At bello audacis populi vexatus et armis, Finibus extorris, complexu avulsus Iuli, Auxilia imploret, videatque indigna suorum Funera, nec cum se sub leges pacis iniquæ Tradiderit, regno aut optata luce fruatur : Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.' adjungit tandem : 'Hæc precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo.' Ad sanguinem istum alludit Tertullianus Apolog. 'Nescio quid et sub Catilina tale degustatum est.' Et Minutius Felix Octavio : 'Hodieque ab ipsis Latiaris Jupiter homicidio collitur, et quod Saturni filio dignum est, mali et noxii hominis sanguine saginatur. Ipsum credo docuisse sanguinis fœdère conjurare Catilinam.' Vide Satium v. Thebaid. ubi in sanguine vivo conjurant matres, et fœdus interfecti infantis sanguine sanciant. *Putackius.*

*Sanguinem*] Tacitus in Nerone : 'mos est regibus, quoties societatem ineunt, implicare dextras, pollicesque inter se vincire, nodoque perstringere : ubi mox sanguis in extremos artus suffuderit, levi lecta cruorem eliciunt, atque invicem lambunt.'—*Sanguinem*] Non eos quidem improbo, qui multa hic cumulant exempla nationum, fœdera sancientium sanguine, tantum dico alio sine factum a Catilina. Alii enim nihil se peccare putabant, interfecto aliquo, cujus cruorem haurirent. At istud conjuratis pro scelertissimo erat, eoque crimine capitis incurrerant noxiam. Itaque excogitatum potissimum ipsis, ne posset fallere. Videantur discursus mei ad locum Tacit. I. IV. histor. 'occisis legatis, quo minore spe venie cresceret vinculum sceleris.' *Græterus.*

*Pateris circumtulisse*] Pateris in sacris Romanos usos ubique obvium, et discimus ex Varrone de L. L. I. IV. cujus verba adscribo : 'Præterea in



populis erant paternæ, eo quod pateant, Latine ita dictæ. Hiæc etiam nunc in publico convivio, antiquitatis retinendæ causâ, cum magistri fiunt, potio circumfertur, et in sacrificando Deis, hoc poculo magistratus dat Deo vinum. Miror quid Colero in mentem venerit, existimanti *calvariam* idem esse cum patera, cum sit τὸ κελύριον. Cn. Gellii historici vetustissimi verba, quæ pro se adducit, omnino aliud significant commemoratione horrendi facinoræ crudelissimi tyranni, cui similia in historia Gothica legitur, sed pergit idem, et *Cælii* nomen pro *C. Gellii* substituere conatur, ignorans scilicet, eundem hunc Gellium, ab Agellio in noctibus Atticis, Macrobio, Charisio, Prisciano, aliisque passim citari. Verba Capri quæ producit corruptissima, eum magis convincunt, si sic emendata ex scripto legeris: 'Calva vocatur κελύριον, licet Cælius et Varro calvariam dicant, nam calvariæ plurale est, calvæ ossa, quæ sunt et singulariter calva.' *Putachius.*

*Degustavissent*] Libationem in sacris tacite innuit, quæ in sacris solennibus usitata erat. *Thys.* Post immolationem enim victimæ vinum aspergebat sacerdos, sed priusquam id effunderet, simpulo aut simpuvio ligneo vel fictili admodum parvo, et ipse leviter delibabat, et adstantibus gustandum deferebat, ut pariter libarent. Vocabatur hic ritus libatio. Hinc libare passim apud probatos auctores degustare. *Virg.* 'Purpureosque metunt flores et flumina libant.'

*In solennibus sacris*] Solennia sacra dicebantur, quæ certis temporibus anni fieri solerent. Verum non est credendum, Romanos in solennibus sacris humanum sanguinem degustare solitos fuisse; quamvis (ut multiscribunt) Saturnus et Latiaris Jupiter humana hostia placarentur. Dicitur igitur, vinum, aut quidpiam simile circumferri ac degustari solitum

fuisse. *Cast.*

*Dicitur aperuisse*] Tò dicitur, ex glossa irrepsisse videtur. Neque enim est in vetustis, et eleganter citraque detrimentum sensus abest. *Ris.*

*Atque eo dictare, quo inter se magis fidi forent*] Hic mire variant exemplaria vetusta. Quid si legas *atque id ea re, sive, eo fecisse*, tametsi hoc verbum cum in manuscripto sit, in recentioribus desideratur: vel, *atque eo id ante fecisse, quo inter se, &c.* quomodo legendum esse, conjectura quadam ducor ad suspicandum. Hæc jam adnotaram; cum ecce in duobus manuscriptis reperio, *atque eo dictam rem fecisse*: quæ mihi lectio maxime omnium probatur; et habet eandem exemplar Baroaldinum. *Rivius.*

*Atque eo dictitare*] Libri nonnulli manuscripti, *atque eo dictam rem fecisse*. In manuscripto nostro, qui olim fuit Fr. Castrinii Narbonensis, expressæ *atque eo dictante fecisse*: quod non improbandum videtur. *Thys.*

*Atque eo dictare fecisse*] Commodatus mihi liber perantiquus ab eruditissimo juvene, Græcarumque litterarum longe perito, Fulvio Ursino, *Atque eo dictitare fecisse*: nonnulli, *Atque eo dictam rem fecisse*; quod ineptum videtur. Sunt, qui ex ingenio reponendum putent, *Atque eo dictante fecisse*; vel, *Atque id eo dictitant effecisse*; vel, *Atque id ea re fecisse*; vel, *Atque id eo fecisse*, vel, *Atque eo id ante fecisse*: quorum conjecturam minime probo. Non displicet omnino impressa lectio: quanquam ejusdem temporis hæc tria verba malletm, *Circumtulisse, Aperuisse, Dictasse*. Nec tamen in culpa posuerim, quod Sallustius in postremo verbo temporis mutaverit. Amicus quidam meus, *Atque eo, dicta re, fecisse*: de quo eruditi viderint; ego ad sensum sustineo. *Manutius.*

*Magis fidi*] Ut enim Thucyd. l. i. τὸ ἀνάγκη δὲος πικρὸν ἐς ὀσμύμαχλον, id est, mutui metas æqualitas sola facit

societatem fidelem. Et Tacitus l. vi. *Annal.* dicit: 'ex scelere metus, ex metu consilium capitur.'

*Ciceronis invidiam*] Id est odium. Ex Cicerone constat hanc invidiam eodem anno ortam esse. Nam Q. Metellus Nepos, Tribunus plebis, pridie Kal. Jan. Ciceronem consulem magistratu abeuntem concionis habendæ potestate privavit. Ipse Cicerone conqueritur l. v. *Famil. Epist.* Ep. 2. ad Q. Metellum Celerem Galliæ Proconsulem, cum dicit, 'deinde si qua ego in re fratri tuo Reip. causa restiterim, peto ut mihi ignoscas. Tum enim sum amicus Reipubl. quam qui maxime. Si vero meam salutem, contra illius impetum in me crudelis, sinum defenderim, &c.' et paulo post, 'atque ille, quod te audivisse credo, pridie Kal. Jan. qua injuria nemo unquam in aliquo magistratu improbissimus civis affectus est, ea me consulem affectit, cum Remp. conservassem, concionis habendæ potestate privavit.' Gliscens invidia tandem plane erupit, et quinquennio post ejus consulatum a P. Clodio in exilium missus est. De hac invidia contumeliaque conqueritur Cicero pro P. Sextio. *Beau.*

*Parum comperta*] Parum explorata. Nam cum tanta esset rei magnitudo, profecto esset nobis manifesta. Quapropter comprehendi potest, mendacem et falsam esse in conjuratione Catilinæ. *Val.*

CAP. 23 *Sed in ea*] Ad id respicit quod superius dixit, *Arbitris procul amotis*. Putabant quidem omnes arbitros et revelatores procul esse amotos, sed non fuerunt amoti, quia unus interfuit, scilicet Quintus Curius, qui revelavit. Et hoc est, *Sed in ea conjuratione*. Idem.

Q. Curius] *Quinti* dicebantur, qui quinto loco nati erant: ut Franc. Bobortellus, *Ar multa* eruditionis, et hac ætate nostra inter doctos facile princeps; in libro suarum Annotatio-

nem scribit. *Zench.*

Q. Curius] Citat Marcellus hunc locum, sed ibi perperam Q. Curtius excuditur. Apud Ciceronem vero l. i. ad Atticum legitur *Torius* pro Curius. *Coler.*

*Haud obocuro loco*] Nobili familia.

*Flagitiis et facinoribus*] Putavi pro *facinoribus* legendum *fanoribus*: tum quod ita legit Gellius iv. 17. tum etiam quod dixerit *Flagitiis*, supervacaneum videatur *facinoribus*. Verum Nonii me auctoritas a mutatione deterret. Nam in verbo *facinus*, hunc locum recitat. Præterea differunt omnino *facinora* a *flagitiis*, nam et *facinus* interdum bonum est, et cum est malum magis habet quiddam quam *flagitium*. At superius quoque non uno loco *flagitium* et *facinus* conjunxit Sallustius. Flagitiosissima quoque facinora appellat in Jugurtha. *Ald. Mant.*

*Coopertus*] Sic Jugurthino; 'inopem et coopertum miseris effecti.' Horat. 'Famosisque Lupo cooperto versibus.' Tacitus *Annal.* III. 'Ne quis vita probrosus, et coopertus infamia, provinciam sortiretur.' Cato apud Gellium l. XIII. 23. 'Quum nefariam facinus pejore facinore operire postulas.' *Ciaccon.*

*Coopertus*] Non leviter tinctus, sed plane imbutus.

*Censores*] Censuræ initium fuit, rei a parva origine ortæ: quæ deinde tanto incremento aucta est, ut morum disciplinæque Romanæ penes eam regimen, Senatus Equitumque centuriis decoris dedecorisque discrimen sub ditione ejus magistratus, publicorum jus, privatorumque locorum, vectigalia populi Rom. sub nutu atque arbitrio essent. Ortum autem initium ejus est, quod in populo per multos annos non censo, neque differri census poterat: neque consiliis, cum tot populorum bella imminerent, operæ erat id negotium agere. Quare eos. M. Geganio Macrino ite-

rum, T. Quinto Capitolino quintum consule, primi cum a primoribus civitatis spreto honor esset, Papirius Semproniusque creati fuere: qui magistratus, etsi a principio quinquennialis, postea a Marmerco Æmilio dictatore tantum fuit, ut annua et semestris censura foret. Cujus rei causa ipse Æmilius, quod veterem censuræ statum præfinitum minuisset, a proximis censoribus tribu motus, et ærarius factus est, ut testatur Liv. l. iv. Dec. primæ. Ad quam licet a principio admitterentur patricii tantum, postea effectum est, ut alter patricius, alter vero plebejus crearetur. Demum eo dignitatis venit, ut Censura omnium magistratum pene princeps esset. Nam universæ reip. supremum et perfectissimum locum habebat. Hæc cum alias res, tum vero ut moras vitasque discuteret maximo in imperio ac potestate erat: ut quæ de nuptiis, de liberorum procreatione, de vivendi ratione, de conviviis diligenter inquireret; nulla denique omnium cupiditatum ac illecebrarum erat, quam adoriri ac indagare non oporteret. His enim putabant longe facilius, quam publicis muneribus, aut iis quæ in oculis fiunt, hominum mores eum posse deprehendere, qui severitate disciplinæ, ne quis ad voluptatem uteretur, custodiret, et acrius coërceret, neque patriam ac consuetam vivendi disciplinam transgrederetur. His licebat, et integrum erat, e Senatu eos ejicere, et illis equum adimere, qui flagitiose ac intemperanter degenerent. Ipsi quoque sacrificiorum præcia curabant, et descriptionibus civium genera et reipub. officia distinguebant. Multa quoque Cicero in iii. de Legib. refert, et Pædianus in primo commentario, et Gellius iv. 20. et viii. 22. Et si quis eorum decessisset, alterum in locum ejus sufficere religio erat. Zench.

*Moverant*] Ita Codex Fabricianus.

*Valgo, amoverant.* Riv.

*Vanitas*] *Levitas.* Appollinaris apud Gellium xviii. 4. asserit, 'vanos proprie dici non ut vulgus diceret, desipientes, aut hebetes, aut ineptos: sed ut veterum doctissimi dixissent, mendaces et infidos, et levia inanisque pro gravibus et veris astutissime componentes.' Nos autem quid hic significet *vanitas*, ex ipsius Sallustii, quæ sequuntur, verbis facile cognoscimus. *Cast.*

*Neque reticere quæ audierat, neque sua et ipse scelera occultare*] Est in quibusdam, ut et Merseburgensi, *neque suamet ipse scelera.* Quomodo Livius viii. ab U. C. 'Epoto medicamento, suamet ipsæ fraude interierunt.' Sed et prior lectio placet: nam idem Livius vii. belli Punici secundi, 'Ita inde Annibal,' inquit, 'sua et ipse fraude captus abiit: ' *rd prorsus*, quod mox sequitur, ad sequentia pertinet, ac perperam est a Gymnico superioribus additum, ut sit 'prorsus neque dicere, neque facere quidquam pensæ habebat;' pro nihil curabat. Livius, 'Quis neque quid facerent, neque quid dicerent, quidquam umquam pensæ fuisse.' Rivius.

*Reticere*] Colerus legit *retinere*. Futilis enim erat homo Curius: deducta nimirum metaphora a vasis perforatis, quæ cassa, et rimosa non tenent ea, quæ injiciis, unde et futilis dicitur ii, qui audita non custodiunt, aut retinent, sed effutiant. Isidor. l. x. 'Futilis, vanus, superfluus, loquax;' sed priorem lectionem servare melius est.

*Reticere quæ audierat*] Magno molimine magnas nugæ agunt, qui mutatum volunt *reticere*, in *retinere*. Gruterus.

*Suamet ipse scelera*] Meus liber, *sua et ipse*, ut legi possit, *sua etiam ipse*. Ciaccon.

*Cum Fulvia*] Pandættæ Florent. pro *Fulvia*, habent *Julia* l. in quaestionibus, ff. ad L. Jul. maj. sed libra-

riorum procul dabit hic error est, cui ansam dedit literarum similitudo.  
*Poppo.*

*Muliere nobili*] Id est, nobili genere orta. Plutarchus: 'Sed hoc,' inquit, 'Fulvia nobili genere mulier, clam nocta profecta, Ciceroni detexit:' hanc Florus 'vilissimum scortum' appellat. *Zanch.*

*Consuetudo*] Ita antiqui loquebantur, pro rem habere cum aliqua. Terent. Adelphis: 'Qui cum illa consuevit prius.' Ita etiam in Hecyra, et Phormione loquitur. Et Plautus in Cistellaria: 'En unquam cum quoquam viro consuevisti?' *Mans.*

*Maria montesque polliceri*] Proverbum est, quod usurpare solemus, cum de ingenti alicujus pollicitatione dicere volumus: idque cum quadam irrisione dicimus. *Zanch.*

*Ferro*] *Ferrum* pro gladio dixit per Metonymiam, ut ex materia intelligas rem confectam. Et quanquam hæc figura Poëtis familiarior sit, utitur ea tamen et Cicero nonnunquam, velut pro Cecina: 'In aliquem advententem cum ferro invadere;' et, 'homines instructi et certis locis cum ferro collocati.' *Riv.*

*Insolentiæ*] Id est, insolite superbiæ, et immodeste jactantiæ. *Bad.*

*Insolentia*] Badius *insolentia*, in gignendi casu, legit, et codex quoque vastus: quod placet propter compositionem, etiamsi alii ablativum exponant, propter insolentiam. *Glar.*

*Raipubl.*] Aperuit enim Ciceroni. Papinianus Respons. lib. XIII. 'In questionibus læsæ majestatis etiam mulieres audiuntur: conjurationem denique Sergii Catilinæ Fulvia mulier detexit, et M. Tullium consulem indicium ejus instruxit.' Lex hæc extat l. VIII. ff. ad l. Jul. majestat. Dicit hic Papinianus M. Tullio consuli detexisse Fulviam, sed fallitur: ex Sallustio enim constat hoc factum fuisse ante consulatum Ciceronis, L. Cæsare et Q. Martio Cons. *Coler.*

Dein Sallustius dicit, non tam Ciceroni quam pluribus evulgavisse; ultimo non accusavit Fulvia, sed tantum detexit.

*Sed sublato euctore*] Id est, Fulvia non solum quæ Catilina moliebatur, sed etiam modum et viam, qua id facinus perpetrare decreverat, ut ipsa andiverat a Curio, suppresso tamen Curii nomine, compluribus narravit. *Cast.*

*Studia*] Favores et animos hominum. *Accendit*] Incitavit.

*Estuabat*] Ardebat et stimulabatur odio, quia quodam odio populi maculari Nobilitas videbatur. *Vall.*

*Si cum quamvis egregius, novus homo adeptus foret*] In manuscriptis est, *homo novus*; quæ collocatio verborum melior; qua et Cicero fere utitur. Dicitur autem *homo novus*, qui nulla generis et prosapiæ nobilitate commendetur, et qui propter ignobilitatem a se ortus videatur, hoc est, qui nulla adjuvetur in adipiscendis honoribus commendatione majorum, quique nullas horum ostentare imagines, nec res geatas virtutesque jactare possit. Cicero Philippica VI. 'Quid enim non debeo vobis, Quirites, quem vos a se ortum hominibus nobilissimis omnibus honoribus prætulistis?' Idem in Sall. 'Ego,' inquit, 'majoribus meis virtute mea præluxi, ut si prius noti non fuerint, a me accipiant initium memoriæ suæ.' Utrobique significat, se esse hominem novum. Testatur et Plutarchus in vita M. Catonis, homines appellari novos ab Romanis τὸν ἀπὸ γένους δόξαν οὐχ ἔχοντας, ἀρχομένους δὲ γρηγορεῖσθαι δι' αὐτῶν, ut ipse inquit. Huic in Jugurtha Sallustius opponit 'hominem veteris prosapiæ, ac multarum imaginum,' quem uno verbo *nobilem* dicimus. *Rivius.*

*Post fuere*] Meus liber, *profuere*. Ciaccon.

*Post fuere*] Postposita sunt.

CAP. 24 Comitibus habitis] Comititia fu-

ere curiata, centuriata, tributa. Curia omnia fere antiquissima, in quibus populus curiatim, hoc est, divisus per curias, suffragia sua dicebat. In centuriatis centuriatim populus suffragia ferebat. Tributa porro comitia fuerunt, cum per tribus ex regionibus et locis suffragium ferretur: centuriata comitia ex senatus auctoritate fieri oportebat, qua in tributis opus non erat, ideoque temporibus primis post habita comitia fiebant quoque Patres auctores, id est, confirmabant, quæ populus suffragiis suis iussisset, donec, eo jure senatus adempto, constitutum fuit, ut antequam haberentur comitia, in incertum comitiarum eventum Patres fierent auctores, ut Gellius docet XIII. 14. In curiatis comitiis non licuit suffragium ferre, nisi iis, qui in curias erant relati. Qui autem extra urbem domicilia habebant, non erant in curias relati, et proinde ferendi suffragium jure minime gaudebant, non licebat enim curiata habere comitia, nisi intra pomerium. *Signonius, alii.*

*M. Tullius, et C. Antonius*] Cicero consul omnium consensu factus est: sed Antonius pauculis centuriis Catilinam superavit, cum ei propter nomen patris paulo speciosior manus suffragata esset, quam Catilinæ: auctor est Pedianus. Cicero in Pisonem: 'Me cuncta Italia, me omnes ordines, me universa civitas, non prius tabella quam voce priorem consulem declaravit.' Anno urbis conditæ septingentesimo Cicero consul fuit, ut scribit Plinius IX. 39. *Zanch.*

*Populares*] Id est, fautores conjunctionis. *Idem.*

*Sua, aut amicorum fide sumtam mutam*] Meus liber, *mutuo.* Sed eam vocem additam opinor: *sumta* enim erit fœnore: sed dicit *sua fide sumere.* Ciaccon.

*Fœsulæ*] Fœsulæ ab Atlante conditas, easque ab ejus filia Fœsula appellatas esse, Politianus contendit

lib. I. Epistolarum. Multas autem colonias huc a Sulla deductas significat. Campos eos qui inter Fœsulæ et Aretium jacent, maxime opulentos esse frumenti, pecoris, omniumque rerum copia, Livius scribit. Modicus hodie vicus non procul a Florentia est. Vide Cluver. Ital. II. 8.

*Ad Manlium quemdam*] *Quendam* ait, tanquam obscurum, ut quem neque superius inter insignes conjuratos numerarit. *C. Manlium* paulo post vocat. Mirum vero, illum exercitus ducem electum. Verum oportuit præcipue audaciæ fuisse hominem. Commentarius, qui Vallæ adscribitur, ait, Fœsulæ principem fuisse: sed errat, ex Sallustii verbis non intellectis. *Glareanus.*

CAP. 26 *Hæc mulier genere atque forma, præterea viro atque liberis, satis fortunata fuit*] Maluisse, *commiserat*; *mulier genere, forma, viro, liberis satis fortunata*; *litteris, &c.* præteritis ceteris vocibus. *Gruterus.*

*Genere atque forma*] Hinc apparet quod Sempronia primum gens patricia fuit, quamvis postea plebejam factam velint. Ejus in nummis, quos habemus, familia tres reperiuntur, Atratinorum, qui patrioii fuerunt, Gracchorum qui plebeji, Pitionum, quos plebejos item fuisse arbitror. In æreo quodam nummo mentio quoque fit L. Sempronii Atratinii, qui anno DCCXVII. in M. Antonii iterum consulis Cal. Jan. abdicantis locum factus est. Dio lib. XLIX. Qui et postea Antonianarum partium fuit. *F. Ursin.*

*Viro atque liberis satis fortunata*] Sustuli particulam *atque*, testimonio Frontonis adductus: amator autem brevitatis Sallustius hujusmodi particulas sæpe respuit. Eodem modo proxime legimus *passere, saltare*, non ut est in vulgatis libris *passere et saltare*: in quo Macrobiani auctoritate nitor, quem video ita legisse III. 14. *Manus.*

*Psallere et saltare*] Quidam libri habent, *psallere et cantare*. Tamen sequor libentius antiquissimum Fulvii librum, in quo discrete scriptum video *psallere et saltare*: nam *psallere* non idem est, quod saltare, sed potius fidibus canere. Itaque dixit Gellius XIX. 9. 'desideravit exhiberi, quos habere enim sciebat scitissimos utriusque sexus, qui canerent voce, et qui psallerent.' Non enim necesse erat dicere, *canerent voce*, nisi et in verbo *psallerent* cantus inesset. Itaque, ut distingueret, dixit, *canerent voce*. Præterea *psaltriam* et *fidicium* æque dici non ignoramus, et *ψάλλω* pro canto, *ψαλμὸς* pro cantu dicitur. Atque hanc lectionem ipse quoque Macrobius I. III. agnoscit. *Ald. Manus.*

*Multa alia*] Mens lib. addit, *præterea multa alia*. Ciaccon.

*Sed ei semper cariора omnia, quam deus atque pudicitia fuit*] Hunc locum sic expressit Tacitus Annal. XIII. 'Huic mulieri cuncta alia fuere prætor honestum animum: sermo comis, nec absurdum ingenium, modestiam præferre, et lascivia uti; famæ nunquam pepercit.' *Idem.*

*Sed ei cariора semper omnia quam deus atque pudicitia fuere*] Sic legendum est ex pluribus libris. *Putachius.*

*Verum ingenium ejus haud absurdum, potius verus facere*] Nescio quid turbet eò posse, quo sublato concinnior sane erit oratio, *absurdum verus facere*, pro ad verus faciendos. Confirmat conjecturam Tacitus, qui eo vocabulo similis modo utitur: 'Sermo comis, nec absurdum ingenium, modestiam præferre, et lascivia uti.' Et III. histor. 'Ne absurdus ingenio famam urbanitatis per lasciviam peteret.' *Putach.*

*Multa facetia*] *Multa facetia*, est in meo libro, ut apud Plautum *Delicia*, et III. Hist. *Insidia prima*. Ciaccon.

*Provens multa facetia multusque lepos invenit*] Charisius lib. I. *facetia* inter nomina pluralia tantum refert. *Fé-*

*Delph. et Var. Clas.*

*ceſta, εὐμολία, εὐτόρμη.* Glossæ, *facetia χάρτες ἐ ἀνόρη.* Nollim igitur hic quicquam mutare refragantibus libris: quamquam Apuleius Apologia sic loquatur: 'Atque ego scio nonnullos et comprimis Æmilianum istum facetiæ sibi habere, res divinas deridere.' *Putachius.*

CAP. 26 *Ad cavendum dolus aut astutia deerrant*] Mens liber, *ad cavendum dolus, astutia deerrant*. Ciaccon.

*De quo paulo ante memoravi*] Morboniam ire juberem verba parenthesi ista conclusa, si liceret per libros: et nœ Sallustius lectores suos habuisset pro potioribus Lethes, si arbitratur in memoriam eis revocanda vix decem versibus ante memorata. *Grut.*

*Dissentiret*] Est in manuscriptis omnibus, quos ipse viderim, *Sentiret*, neque sensus id repudiat. Tametsi ne alterum quidem displicet, si subaudias, *ab ipso*. Riv.

*Neque petitio*] Falsum est, hære in vet. edd. *petitiones*. Vicentina enim, nec non Mediolanensis, omnium primæ, alterum servant; comparetque idem in Veneta Læti, ut et Aldina anni MDLXXI, ceterisque aliquot seqq. et vero agit auctor de petitione consulatus Catilinæ: nam accipere *petitiones*, metaphorice; est sine ulla figura prodere fâuitatem suam. *Gruterus.*

*Neque insidia quas consuli fecerat, prospere cessere*] *Lego fecerat, prosperere*. Infra: quod neque insidia consuli procedebant; et alibi sæpe. *Ciac.*

*Quas Consuli fecerat*] Sunt qui credant legendum: *Quas consuli fecerat*: communem et receptam lectionem eo libentius secutus sum, quod subjicit paulo post: 'Interea Romæ multa moliri, consuli insidias tendere.' In nonnullis tamen Mss. inveni, *quas Cons. in Campo fecerat*. Sed prior plurium codicum testimonio comprobata est. *Popma.*

*Neque insidia quas Consuli in campo fecerat, prospere cessere*] Revo-

*Sallust.*

2 E

cata lectio ex Orci cancriis, servatur Pal. Naz. sec. tert. et Com. meo; visiturque etiam in Pal. quart. sed numero singulari, *Consuli*, hactenus mutilate editum, *quas Consuli fecerat*. Nam Ciceroni aliisque indicatum, Catilinam in ipso *Campo* diserte traditum pluribus, etiam Dioni l. xxxvii. Invenerat scripturam hanc nostram in nonnullis membranis Popma; non etiam retinuit, quod altera plurium comprobaretur codicum testimonio: male; ex vero namque P. Syrus, 'Est turba semper argumentum pessimi.' Gruter.

*Quoniam quæ occulte tentaverat, asperere fœdæque evenerant*] In manuscriptis et aliis antiquioribus est, *aspera fœdæque*: nec aliter legit interpres, quisquis is est. Rivius.

CAP. 27 C. *Julium*] Vetus codex habet C. *Junium*. Et fortasse is est, qui argenteo denario C. JUNI C. F. describitur. Ursin.

*Quem ubique opportunum sibi fore credebat*] Fere fecerim transpositis syllabis, ubi quemque opportunum, &c. Gruter.

*Dies noctesque festinare*] Varie hoc effert Sallustius, *Dies noctesque*. Item: *Diu nocteque*. De voce, *festinare*, vide Catonem ap. Gell. xvi. 14. Ciaccon.

*Neque labore fatigari*] Mens lib. *neque laboris face fatigari*; forte, *laboris face*. Idem.

*Principes conjurationis*] *Populares* hos appellat, cap. 22. 24. 52. sed c. 45. *Principes*, ubi intelligit Lentulum, Cethegum, &c. Idem.

CAP. 28 *Et cum eo L. Varguntejus senator*] *Manuscripta, L. Varguntejus*: quamquam Plutarch. in vita Ciceron., hoc omisso, C. Cethegum provinciam cepisse consulis interficiendi testatur. Rivius.

*Et de improvviso domi suæ imparatum confodere*] Abest ab uno *domi suæ*, ab duobus *imparatum*; quæ salvo sensu abesse posse nemo negaverit. Et

hic est locus quem a brevitate tantopere commendant. *Putachius*.

*Ubi intelligit quantum periculum Consuli impendat*] V. c. habet: *Ubi intellexit quantum periculum Consuli impendebat*: et paulo post, ubi in vulgatis editionibus est, *dolore injuriæ*, in v. c. abest vox *injuriæ*. Ursin.

*Janua prohibiti*] Sic in Jugurtha: 'Numidas insequentes manibus prohibuit.' Ciaccon.

CAP. 29. *Dolore injuriæ*] *Dictio injuriæ* abundat in meo libro. Idem.

*Senatus decrevit, ut darent operam consules, ne quid resp. detrimenti caperet*] Td ut in exemplaribus manuscriptis non est: ac elegantius omitti, quam addi videtur: tale illud Livii; 'Præscribit monetque Lilybæum firmo teneret præsidio.' Cæsar l. belli Civilis, 'Quotiescumque sit decretum, darent magistratus operam, ne quid respub. detrimenti caperet;' pro, decretum ut darent. Rivius.

*Darent operam Cons.*] *Ciceronem* vide Catil. i. et alibi. Ciaccon.

*Ea potestas per Senatum, more Romano, magistratui maxime permittitur, exercitum parare*] Non habet *per Senatum* Pal. tert. et poteramus eo carere, ut et alioquit verbis subsequis. Nam, aut valde hallucinor, aut auctor scripsit: *Eo permittitur exercitum parare, &c.* Reliqua omnia irrepserunt e glossa; et ea quidem quavis cloaca foetidiore, eis quibus nota Respublica Romana. Gruter.

*Aliter, sine populi jussu, nulli earum rerum consuli jus est*] *Manuscripta* duo, *nullius earum rerum*; nisi quis nulli vetuste positum malit pro, *malius*: quomodo Comicus dixit, 'Tam iners, tam nulli consili'; et in Truculento Plautus, 'Coloris ulli,' pro *ullius*. Nec enim *vd consuli* addendum puto. Sed ut hoc obiter addam, *Aliter* Sallustius, pro alioqui posuit; *jus*, pro potestate. Rivius.

*Nulli earum rerum Consuli jus est*] *Dictiuncula* postrema abundat; for-

san et antepenultima: ceterum libri meliores, videlicet Pal. pr. ac sec. Bongarsii ac Commelini, habent voce prima, *nullius*, de quo consulatur Rivius; Rivius, inquam, cui Sallustius civicam debet: nam et meo iudicio, revocanda ab exilio lectio illa. *Gruterus*.

CAP. 30 L. Senius Senator] Expansum libens dictionem *Senator*. Neque enim periculum est, ut arbitremur subulcum quem recitasse literas in Senatu. *Idem*.

Quas *Favulus allatus sibi dicebat*, a Q. Fabio, in quibus scriptum erat] Locus hic corruptus et mancus fuit. Neque enim apparuit a quo litteræ Favus misse erant, quas L. Senius in senatu recitavit. Ego locum in omnibus editionibus depravatissimum Martiniani codicis ope adjunctus, pristinae integritati restitui. Quis autem hic fuerit Q. Fabius, et in tanta rerum omnium obscuritate non satis habeam constitutum, conjecturam tamen meam libenter adfero. Puto igitur hunc esse Q. Fabium Sangam, de quo paucis interjectis paginis, eodem in libro Sallustius: 'Itaque,' inquit, 'Q. Fabio Sangæ cuius patrocinio plurimum civitas utebatur, rem omnem, uti cognoverant, aperiant.' *Popma*.

Quas *Favulus allatus sibi dicebat*; in quibus, &c.] Fere est, ut expungi debeat, verbum primum et antepenultimum. At ecce, tanquam si inopia summa esset et verborum et sensus plane mancus, Popma noster adhuc adsuat ex codice Martiniano, *dicebat*, a Quinto Fabio, in quibus, &c. enge! nisi sciremus bajulum literarum, omnia perierant: at, ut taceam Glareanos, Rivios, Carriones, Urinos, reliquos, affirmo libros Mss. quatuordecim quos ego excnasi, libros item quos Bongarsius, non agnoscere Q. Fabium: nimirum alii omnibus *Cunctator*, uni Popmæ est *Latus*. *Gruter*.

*Allatus*] Addit ex Martiniano Codice Popma, a Q. Fabio: atque per eum Q. Fabium Sangam, cuius postea meminit Sallustius, intelligi existimat. Sed vetus lectio recte se habet.

C. *Mallium arma cepisse*] Ita nos correximus, cum antea in cunctis vulgaris impressisque libris C. *Mallium* legeretur. *Malliorum* autem familia, nobilissima, antiquissimaque fuit, ex qua multi celebres viri extiterunt, qui sæpius consulatum gesserunt. Ex his fuit et Cn. ille Mallius, P. Rutilii collega, ut a Valerio Maximo, lib. II. traditur: apud quem tamen, omnes fere libri, C. Manlium habent, contra veterem inscriptionem, qua duorum consulum his verbis mentionem facit. AB. COLONIA. DEDUCTA. ANNO. XC. N. F. FULVIO. DVO. VIR. P. RUTILIO. CN. MALLIO. COSS. OPERUM. LEX II. Ne quid tamen dissimulem, liber quidam, in pergameno descriptus, quem mihi utendum dedit vir doctissimus, melque amantissimus, Gulielmus Canterus, *Mallium* habet, simplici L. nec aliter Plutarchus vocat in vita Ciceronis, *οδρος γὰρ ἡγεμόνα Μάλλιον ἔχωντες*, et iterum, *πρὸς τὸν Μάλιον*. Ego tamen, *Mallium* legendum puto, consentientibus præsertim antiquis libris, et veteri inscriptione, quam paulo ante posui: et Canteri codex aliis in locis, nulla varietate, *Mallium* duplici II. profert. *Popma*.

*Senatus*] Non. Marcellus de mutata declinatione agens, *Senati decreto* hic legendum adnotavit. Quam veram esse lectionem reor: et sic in altero manuscripto fuerat, sed erasum erat: i: habet eodem modo exemplar Florentinum. *Riv*.

Q. *Metellus Creticus*] Nonius in *Senati*, ubi hunc locum citat, prænomen Metelli non ponit. *Ciac*.

Q. *Metellus Creticus*] Is consul fuit (ut memorat Asconius in Orationem in L. Pisonem) cum Q. Hortensio,



anno ab urbe condita 664. Cretam inde proconsul in populi Romani potestatem redegit: unde Creticus est appellatus. Sed de hoc Q. Metello plura Livius l. xcviii. xcix. et c. Florus libro tertio. Plutarchus in Pompejo. Dion. l. xxxvi. *Cast.*

*Q. Metellus Creticus*] Creticus, cognomen est a devicta Creta. Plures enim Q. Metelli uno tempore fuerunt: ex quibus duo consulares, Pius et Creticus: duo autem adolescentes, Nepos et Celer. *Podianus. Zanch.*

*Circumque ea loca missi*] Quibus non pœnitet aliquando coniecisse, *circumque e loco missi*, nescio an non iudicent, se adhuc obtinere antiquum, ac priore morbo impeditos: nihil enim altera lectione elevatius, nihil aptius. *Gruterus.*

*Hi utriusque ad Urbem imperatores erant impediti, ne triumpharent, calumnia paucorum*] In vetustis quibusdam est, *Utriusque enim, &c.* sed in manuscriptis est vulgata lectio. *Asconius Pedianus, It, utriusque*, legisse videtur. Nam perperam ibi quidam *secundo* legant, quasi *ii* numerum notet, ac non potius pronomen sit. Hoc eos, qui locum citarunt, non observasse miror. *Rivius.*

*Quibus omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat*] Eadem verba infra repetit *III. Jugurth, Ciaccon.*

*Q. Pompejus Rufus*] Opinor designari Q. Pompejum Rufum, filium ejus Q. Pompeji Rufi, qui consul cum L. Sulla fuit anno U. C. dclxv. quique præturam urbanam gesserat, anno U. C. dclxii. et ab eo signatos esse denarios, in quibus honos hic Præturæ et Consulatus patris expressus est, sellæ curulis insignibus, cum hac inscriptione: Q. POMPEII Q. RUFUS COS. *Ursin.*

*Hicque permissum est, uti pro tempore*] Legendum, *hicque permissum*, omisso verbo substantivo: quomodo et Merseburgense exemplar, et alia quædam habent. *Rivius.*

*Premium, servo libertatem*] Sic et in Fabriciano. In ceteris fere, *premiu[m] decrevere, &c.*: quomodo item in impressis vetustioribus; nisi quod in his fere *premia* legitimus, numero plurali, id quod minus probò. *Idem.*

*Premium, servo libertatem et H-S centum*] In aliis codicib. adjicitur verbum *decreverunt*, ad hunc modum: *Premiu[m] decreverunt servo libertatem*; quod nescio num consultius intelligatur, an ponatur. Vetustus certe codex habet, *Premiu[m] decrevere*. In Livio autem non uno dantur loco, 'Servi præmium est 25. millium æris, liberi C. millium': hoc est *Budæana* supputatione servi 250. Coronati, liberi mille. Hic igitur servi præmium decuplo majus, liberi quintuplo. Nam centum H-S faciunt coronatos 2500. Ducenta vero 5000 coronatos. Utrum quia seculum hoc ditius illis apud Livium, an periculum reipubl. hoc majus visum magistratibus ac senatui? *Glareanus.*

*Sestertia*] Sestertius denarii quarta pars, atque idem alio nomine *æv' ἄσχοχρ* nummus, quia frequentissimus ejus in rationibus usus. De hoc Vitruvius *III. 1.* 'In denario,' inquit, 'denos asses æreos constituerunt, et quartam ejus partem de duobus assibus, et tertio semisse sestertium vocarunt.' Æstimatio denarii eadem fere hodie, quæ Regalis Hispaniensis, id est, stuferi *III.* cum dimidio: quinarium et sestertium pro proportionem. *Lips.* Vide *Budæum* de asse, et *Agricolam* de Ponder. monetar. *Manut.* de Quæsit. per epist. 1. 8. et *superrime Gronovium* de Sestert.

*Gladiatoria familie*] Arbitror Salustiam per gladiatoriam familiam, servos gladiatores intelligere. Horum enim amicitiam Catilina contraxerat, ita ut nemo inter eos esset, paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateretur. Cicero invec-tiva secunda in Catilinam: 'Gladiatores quam sibi ille maximam manum,

et certissimam fore putavit, quamquam meliore animo sunt, quam pars patriciorum, potestate tamen vestra continebuntur.' Portius Latro, in declamatione in Catilinam: 'Si L. Catilinam constat, dies omnes, omnium civium conscientia, sive in foro, sive in turmis agere; nunc stipatum catervis exoletum servorum, nunc vero gladiatoris agminibus per ora vulgo palam obvolitare.' *Popma.*

*Uti gladiatorie familiae Capuam]* Hic Commentatores nihil ad rem dicunt. Alius quidam ita exponit, uti gladiatorie familiae, id est, ipsi gladiatores in familias distributi, per municipia distribuere, ne Romæ tumultum moverent, ut antea sub Spartaco factum est, atque hoc pro cujusque municipii opibus: quæ sententia non multum abest a vero. Illud cujusque Badius exponit, scilicet familiae. Sed C. Cæsaris verba in oratione, quæ postea sequitur, ostendit de municipiis intelligendum. Ea ita habent ad finem ejus orationis, ubi de captivis sententiam definit: 'Sed ita censeo,' inquit, 'publicandas eorum pecunias, et ipsos in vinculis habendos per municipia quæ maxime opibus valent.' Hæc ille. *Glar.*

CAP. 31 *Quibus rebus permota civitas, atque immutata facies urbis erat]* Ferme est ut pronuntiem illud, *permota civitas*, natum a glossa; certe parum habet quod hic agat, ut etiam substantivam erat. Gruterus.

*Neque loco, neque homini cuiquam satis credere]* Totidem verbis in Jugurth. 'Neque loco, neque mortali cuiquam, neque tempori satis credere.' *Ciaccon.*

*Neque bellum gerere, neque pacem habere]* Sic Jugurth. 'neque prælium facere, neque otium pati.' *Idem.*

*Ad hoc mulieres quibus pro reipub. magnitudine]* Meus liber non habet, *pro.* Sed quid si legamus? *Ad hoc mulieres, quibus ille timor insolitus inceserat, pro reipub. magnitudine afflictare esse.* *Idem.*

*Quibus pro Reipubl. magnitudine]* Hoc a quibusdam et inverse legitur, et perverse exponitur. Non est dubium Sallustium dicere velle, cum tam magnum ac tam potens esset Romanum imperium, ut non facile quicquam Romanis bellum inferret, insuetum ac insolitum fuisse omnibus, maxime vero mulieribus belli timorem. *Glar.*

*Quibus pro Reipubl. magnitudine]* Legendum juxta Gruterum, *Reipubl. magnitudine.* Sic et ad minimum decem membranacei. *Pro Reipubl. magnitudine, invecum a Pomponio Laeto;* neque enim prioribus intererat editionibus. *Grut.*

*Rogitare; omnia parere, &c.]* Pall. pretii edecumati nihil abeunt ab hæc scriptura, nisi quod Naz. initio habuerit, *recogitare:* quibus ætas est recentior adjiciunt, *rogitare Deos, omnia parere,* quod cur non etiam admittam, facit præcedens, *manus supplices ad cælum tendere:* qui hoc enim facit, utique rogat Deos. Putarem potius repetendum, *rogitare omnia, omnia parere;* ut dudum indicavi in libellis suspicionum. *Idem.*

*Lege Plautia]* Tulit hanc legem M. Plautius Silanus tribunus plebis, in eos qui vel vi rempub. oppugnassent, vel clam et dolo aliorum salutem insidias fecissent. Cicero de responsis Aruspicum: 'Deinde cum ille saxis, et ignibus, et ferro, vastitatem meis ædibus intulisset, decrevit Senatus, eos qui id fecissent, lege de vi, quæ est in eos, qui universam Rempub. oppugnassent, teneri.' Idem pro Milone: 'Hanc vero quæstionem, etsi non est iniqua, nunquam tamen Senatus constituendam putavit. Erant enim leges, erant quæstiones; vel de cæde, vel de vi: nec tantum mærorem, ac luctum Senatui mors P. Clodii adferebat, ut nova quæstio constitueretur.' Accedit et hujus orationis interpres Pedianus: 'Deinde,' inquit, 'post paucos dies apud Considium quæstorem, lege Plautia, de vi, subscriptione eadem,

accusatus est, quod loca occupasset, et cum telo fuisset anteignanus operarum Milonis.' Sall. in Ciceronem: 'Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quæ post consulatum, cum Terentia uxore, de Rep. consulisti, cum legis Plautiæ iudicia domi faciebatis.' Atque hanc Plautiam rogationem C. Cæsar oratione sua suscitavit: id quod ex Gello intelligi potest: cujus verba XIII. 3. hæc sunt: 'Reperi tamen in oratione C. Cæsaris qua Plautiam rogationem suscitavit, necessitatem pro necessitudine dictam, id est jure affinitatis.' *Popma.*

*Dissimulandi causa, et quasi sui expurgandi*] Alii codices habent, aut sui expurgandi; meus, dissimulandi causa, tum sui expurgandi. Legerem: dissimulandi, an sui expurgandi, sicuti jurgio lacessitus foret, in Senatum venit. Tacitus sane assectator Sallustii maximus, hujusmodi locutionem frequenter usurpat: ut Annal. xv. 'Nihil metuens, an dissimulando metu:' et l. i. 'Legiones metu, an contumacia deseruere:' et II. 'Metu invidiæ, an ratus conscientiam satis esse:' et 'finem vitæ sponte, an fato implevit.' *Ciaccon.*

*Sicuti jurgio lacessitus foret, in senatum venit*] In aliis est ordo verborum mutatus, licet manente sensu. Sed ad hæc et similia est nobis connivendum, ne minutis in rebus occupari, καὶ ῥεπὶ μικρὰ σπουδάζειν videamur. *Rivius.*

*Sicuti jurgio lacessitus foret*] Forte: si cuius jurgio: vel: si quo. Gronov.

*Sive presentiam ejus timens, sive ira commotus*] Vix mihi persuadeo lectionem loci hujus sinceram: utraque sane causa indigna Cicerone. Itaque quamvis posset refingi, sive presentia ejus sive ira commotus; capior potius suspicari pleræque a glossa, ac fuisse primitus; Consul, presentia ejus commotus, orationem, &c. Gruterus.

*Catilina ut erat paratus ad simulanda omnia*] Manuscripta, ad dissimulanda omnia; et sic item ex impressis

quædam, velut Beroaldinum et Venetum. *Dissimulamus* autem quæ sunt; *simulamus* quæ non sunt: sed et paulo ante de eodem Sallustius: 'Postremo dissimulandi causa,' &c. quamquam vulgatam lectionem non rejicio, quam et Merseburgense habet. *Rivius.*

*Ita ab adolescentia vitam instituisse, uti omnia bona in spe haberet*] Alii, haberent: pro, ut omnia bona de ipso speranda et expectanda forent. Perperam et Gymnicus et alii, dicebat vitam instituisse: quod verbum ex glossa addita, ut opinor, irrepsit in contextum: nam majore cum gratia et venustate abest. Ita Cicero, 'Habendas esse quam laxissimas habenas: caput enim esse ad bene vivendum securitatem:' et Virgilius Æneid. II. 'tunc Nisus et una Euryalus confestim alacres admittier orant, Rem magnam pretiumque moræ fore.' *Supple, dicunt.* Tale illud quoque in Jugurtha: 'Postero die cum Anlo in colloquio verba facit. Tametsi ipsum cum exercitu fame ferroque clausum teneat, tamen se rerum humanarum memorem, si secum fœdus faceret, incolumes omnes sub jugum missurum:' ubi perperam est in Veneto quodam, tamen se dicit memorem: quod verbum ex glossa addita irrepsit. *Idem.*

*Ut omnia bona in spe haberet*] Vocem bona, additam esse existimo. Sic enim loquitur sæpe Cicero: ut libro Epistolar. ad Famil. epist. III. 17. 'Omnia esse in Bruto tuo:' et l. xv. 'Omnia habeo a te.' *Ciaccon.*

*Ne existimarent*] Perperam Gymnicus, neque. Riv.

*In plebem Rom.*] Ita quidem libri, sed nonne melius, in populum Romanum? errore orto ex compendio scripturæ P. R. *Grut.*

*Perdita repub. opus esse*] M. l. perditam rempublicam opus esse: ut Q. Claudius in Annal. apud Gellium XVII. 2. 'Nihil sibi divitias opus esse.' *Ciacco.*

*M. Tullius, inquitinus civis urbis Romae*] Ita habent Aldi et Gothi codices. Alii vero pro quatuor ultimis verbis habebant duo hæc: *Novus homo*. Sed utrumque legi potest. *Glar.*

*Inquitinus civis urbis Romae*] Aliquis superscripserat interpretationis causa illis, *Inquitinus urbis*, civis Romæ: id postea a hardis hominibus redactum in contextum ipsum; meo quidem iudicio. *Gruterus.*

*Ad hoc maledicta*] M. l. addit, *multa male dicta alia*. Ciacc.

*Præcepit*] Id est furibundus quasi in præcipitum aliquod ex impatientia injuriæ agor. *Omnib.*

*Incendium meum ruina restinguam*] In manuscriptis est, *extinguam*: quomodo et in aliis quibusdam: nec secus legit Felicius Durantinus, hæc verba citans. Verum mihi prior lectio magis arridet: nam et Cicero pro L. Murena, Catilinam ait Catoui iudicium minitanti respondisse, 'si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum.' Sed et Florus eodem modo: nam Sallustii verbis utens, 'Consul,' inquit, 'habito senatu in præsentem parricidam reum Cicero peroravit. Sed non amplius profectum quam ut hostis evaderet, seque palam professo incendium suum restincturum ruina minaretur.' Val. Maximus verbo *extinguere* utitur: 'L. vero Catilina,' inquit, 'in senatu M. Cicerone incendium ab ipso excitatum dicente, Sentio, inquit, et quidem illud, si aqua non potuero, ruina extinguiam.' l. ix. c. de dictis improbis aut factis sceleratis. *Rivius.*

*Incendium meum ruina restinguam*] Veteres quidam libri, *Incendium meum ruina vestra restinguam*. Antiqui mei, uno excepto, cum vulgata, receptaque hodie lectione faciunt; nec aliter Florus, eadem de re loquens, 'Consul,' inquit, 'habito senatu, in præsentem parricidam reum Cicero peroravit, sed non amplius profectum, quam ut hostis evaderet, seque palam

professo incendium suum restincturum ruina minaretur.' Valerius Maximus ix. 11. 'L. vero Catilina M. Cicerone incendio ab ipso excitatum dicente: sentio, inquit, et quidem illud, si aqua non potero, ruina restinguam.' Et Cicero pro Murena; 'Catilinam ait Catoni iudicium minitanti respondisse, si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum.' *Popma.*

*Restinguam*] Alii codices, et nominatim Gothi habent: *Ruina vestra extinguiam*. Quod quibusdam nimis audax dictum apud Senatum Romanum videri volunt. Verum quid pudit desperatum hominem? Ideoque nihil definitio. *Glar.*

CAP. 32 *Deinde se ex curia domum proripuit*] In quibusdam est, *ex templo proripuit*. priorem lectionem in Aldino quoque reperias et in manuscripto. Sed est idem sensus, utrumcumque modo legas. Cicero in Catilinam obiter ostendit senatum ab se fuisse in ædem Jovis Statoris vocatum, remque omnem ibi ad P. C. delatam, eodemque Catilinam venisse, sui, ut hic Sallustius ait, purgandi causa. Sed et Plutarchus in vita Ciceronis vocatum ab eo senatum ait *ἐν τῷ τοῦ Ἰησοῖου Διὸς ἱερῷ, ὃν Ἰνδρόρα Ῥωμαῖοι καλοῦσιν*, ut ipse inquit. E quibus liquet, non inepte legi posse, *ex templo*. Sed hoc in medio relinquemus. *Rivius.*

*Multa secum ipse volvens*] *Ipsæ vacat* in meo libro. *Ciacc.*

*Et ab incendio intelligebat urbem vigiliis esse munitam*] *Tò esse* non habet codex Merseburgensis neque manuscriptus ille, cujus plerumque fidem sequor, nisi quod in spatio ipso quod versus dirimit, idem adjectum est. nec est in impressis paullo emendatioribus. *Rivius.*

*Legiones*] Ex decem cohortibus fit legio, sic dicta, quod leguntur milites in delecta. Instituta a Romulo hominum 3000. Regibus ejec-

tis fuit 4000. Bello Annibalis ad 6000 ventum est: a Scipione denique in Africam trajecturo facta est 6000. Lips.

[*Multa antecapere*] Vacare opinor vocem *multa*; et legendum, *antecapere*, quæ bello usui forent. Ciacc. Perperam Gymnicus, *multa loca antecapere*. Rivius.

[*In Manliana castra profectus est*] Hanc lectionem probo: non dissimulabo tamen, qui me scrupulis malo habeat. Merseburg. codex, unus ex omnibus habet, *Manliana*, simplici *I*, sed et *Malius* ibidem fere semper, contra quam in aliis, reperitur: eodem modo apud Plutarchum in vita Ciceronia, *Mάλιος*. Interpretem miror, cur *Manilium* verterit; ubi Plutarchus, *οἱτοι γὰρ ἡγεμόνα Μάλιον ἔχοντες*. Sed et post, *πρὸς τὸν Μάλιον*, semel atque iterum ad *Manilium* vertit interpretes, is qui vitam Ciceronis ex Græco in Latinum sermonem transtulit; nisi aliter fortasse, ac nos hodie, suo is in codice habuit: nam potest esse locus mendosus, quod ad hanc vocem attinet. *Idem*.

[*Quorum cognoverat*] Mens lib. *quorum noverat*. Ciacccon.

[*Mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirmat*] In quibusdam est ut *confirmat*: sed prior mihi lectio magis arridet, quam et codices manuscripti habent. Rivius.

[*Allaque belli facinora parent*] Sic infra: 'cum convicti confessique sint eadem, incendia, allaque fœda atque crudelia facinora in cives patriamque paravisse:' et infra: 'In urbe parata quæ jussisset.' Verum nihilominus legendum existimo, *patrent*: nam multo antea paraverant, reliquum erat ut patrent. Sic infra: 'Roma socii incœpta patravissent:' et supra: 'Pessimum facinus patratum foret.' Ciacc.

[*Ad urbem accessurum*] Infra: 'In urbe parata esse quæ jussisset; ne cunctetur ipse propius accedere: et, eoque magis properaret ad urbem

accedere.' *Idem*.

[*Cum magno exercitu ad urbem accessurum*] Sic fere Mas. et editi, præter unum in quo, *accessurum*: quod tamen hæud temere probem, quamvis prima specie blandiatur oculis. Gruterus.

[*CAP. 28 Imperator*] Scil. exercitus. [*Violentia atque crudelitate feneratorum*] Sic Pall. omnes; itaque vix est ut accedamus codici antiquo, quem contulit Reip. nostræ literariæ gemma Bongarsius, *per violentiam Prætorum atque crudelitatem feneratorum*. Natum enim, ex his, quæ mox sequuntur: 'tanta sævitia feneratorum atque Prætoris fuit.' Gruterus.

[*Crudelitate feneratorum*] Fœnas non omnino improbandum alibi et recte docet Salmasius. Sed sanguisugæ et pauperum flagella merito improbantur; quales erant trapesitæ et mensarii Romæ; ita dicti quod mensæ in foro positæ insident, et fœnerationi maxime operam darent. Atque hinc etiam scriptura mensæ nihil aliud erat, quam numeratio pecuniæ per mensarium facta. Et quia hi sæpe inhonesto lucro inhiabant, etiam in maximo plebis erant odio et invidia, quæ causa in seditionem sæpe erupit: atque ita eam in rem, ut pauperes levarentur, aliquando Quinqueviri constituti: et Livius auctor est se scriptum apud quosdam reperisse L. Genutium tribunum plebis tulisse ad populum, ne fœnerari liceret. De illis fœneratoribus intelligendum, cum fœnerari idem esse volunt atque occidere, atque majori pœna plectendam quam furem, sicuti ex LL. XII. tabularum refert Cato. Vide *Salmas.* et *Hottom.* de usur.

[*Plerique patria, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus*] Naz. ac Com. fuit initio, *Patriæ*: nec abhorraerim a variatione hujusmodi casuum, jam supra etiam usitata nostro. posset etiam nullo sensus detrimento tolli *sed*. Gruterus.

[*Fama atque fortunis expertes*] Sic Cicer. de univers. 'Expertem belli

quis quinque motibus eum orbem voluit esse.' *Ciaccon.*

*Majores vestrum*] *Vestrum*, reposui, pro, *nostri*, quod ita Gellium legisse cognovissem: is enim sic xx. 5. 'Importunissime fecerunt, qui in plerisque Sallustii exemplaribus scripturam istam sincerissimam corruperunt. nam cum ita in Catilina scriptum esset, Sæpe majores vestrum, miseriti plebis R. vestrum aboleverunt; et, vestri perscripserunt: ex quo in plures libros mendæ istius indoles inolevit.' *Manutius.*

*Sæpe majores vestrum miseriti plebis*] Sic quidem Gellius xx. 5. Sed in multis exemplaribus *majores* nostris scriptum est, quod magis probo. Nam quem magistratus ad populum verba habebant, *majores vestri*, dicere solebant, aut *vestrum*, 'Majores vestri parandi juris,' &c. In orat. Macri: 'Majores vestri paravere.' In Senata vero, *majores nostri*: ut post in orat. Cæsaris. Hic vero cum ad Imperatorem mandata sint, *nostri*, potius scribendum. *Ciac.*

*Sæpe majores nostri miseriti plebis*] Sic vet. edd. sic Pall. sic Bong. sic Urs. sic Com. noster. Itaque valeat aliorum, *majores vestrum*; quod hic, mea sententia, locum commode habere non potest. *Gruterus.*

*Miseriti plebis*] Primo Decemviri anno Urb. cccli. Rempubliam tenuerunt, hi duodecim tabulas proposuerunt, in quibus habebatur, UNCIARI FŒNORE. AMPLIUS. NE. QUIS. EXERCERO. Fœnus autem pro libitu non semel agitatum auctumque fuisse, constat ex libris Annal. Taciti. Anno cccxcvi. C. Marcio et Cn. Manlio Coss. hæc lex de Unciario fœnore a M. Duellio et L. Menenio tribuni plebis rogatio perlata est, et plebs aliquanto eam cupidius acivit acceptique, ut inquit Liv. l. vii. Histor. Et rursus anno cccvi. Tite Manlio Torquato et C. Plautio Coss. semunciarium tantum ex unciario fœnus factum est, inquit ibidem Livi.

Tandem anno cccxi. C. Marcio Rutilio et C. Servilio Ahala Coss. L. Genutius tribunus plebis legem tulit, ne fœnerari liceret. *Ben.*

*Argentum ære solutum est*] Patet sententia: et ita recitat Nonius in verbo, *Solvo*: præterea sic est in perantiquo Fulvii nostri libro. Nonnulli tamen ex ingenio legendum putarunt, *Argentum ære communi solutum est*, mutatione non necessaria. *Manut.*

*Argentum ære solutum est*] Sunt, qui *Argentum ære communi solutum est*, scribendum existimant. Sed hi aperte Nonii Marcelli auctoritate refelluntur, qui in verbo *Solvens* omnia dictione communi hæc profert. *Popma.*

*Argentum ære solutum est*] Etiam nostri Pall. voce auctiores, *ære communi solutum est*; sed non illi quibus auctoritatem aliquam circumdedit antiquitas remotior: iis quippe vocis ejus nec vola, nec vestigium. *Gruter.*

*Argentum ære solutum est*] Hoc factum anno U. C. 667. quo septimum Consuli C. Mario, paucis diebus post honorem initum mortuo, suffectus L. Valerius Flaccus turpissima legis auctor fuit, qua creditoribus quadrantem solvi jussit, ut loquitur Vellejus l. ii. Sallustius *argentum* ait *ære solutum*, id est, sestertium asse, quia sestertius argenteus erat, as æreus. Vellejus dicit, *quadrantem solutum creditoribus*: nam quarta pars sive quadrans sestertii erat as, unde pro portione qui pro sestertio assem, idem pro asse quadrantem, pro pondio semissem, pro victoriato dipondium, pro denario sestertium, pro mille nummis ducentos quinquaginta, denique pro omni debito quartam ejus partem solvit, ita ut tres perirent creditori. Vide l. i. de pec. vet. c. 5. *Gronov.*

*Nisi cum anima simul amittit*] Sic in Jugurth. 'Ærumnas cum anima simul amisisti.' *Ciac.*

*Neve nobis eam necessitudinem imponatis*] Merseburgense volumen habet *necessitatem*, sed perperam. Nam

fere et Sallustius et alii vetustiores necessitudinem pro necessitate posuerunt: quæ est, ut ille ait, vis quæpiam premens et urgens. Quamquam alias necessitudo est jus quoddam vinculumque religiosæ conjunctionis. *Rivius.*

CAP. 34 *Senatum populumque Rom.*] Voces, *populum Romanum*, abundare existimo: dixit enim, *Si quid ab Senatu petere cellent.* *Ciacc.*

*Senatum et populum Romanum semper fuisse*] Legendum ex vetustis, *senatum populumque R.* quod et illa vetus scribendi ratio, quam quodam in exemplari, reperi, declarat. S. P. Q. R. Ita enim hoc loco Fabricianum volumen ac vetustissimum quodque ex impressis; licet codex Beroaldinus *senatum populi Romani* habeat. Dno e manuscriptis, *senatum P. R.* ut videlicet conjunctio illa *ἑγκλητικῆ* desit. *Rivius.*

*Ut nemo unquam ab eo frustra auxilium petiverit*] De duobus nempe Senatu ac Populo Romano locutus subjungit, *Et*: fortassis, quia omnis penes populum potestas esset quando a Senatu ad Populum provocare licebat. *Glareanus.*

*Criminibus*] Meus liber, *criminationibus.* Sed ea vox expositoris esse videtur. *Ciacc.*

*Fortuna cedere*] Sic Tacitus Histor. III. 'Vitellianorum animi, et ut quisque ordine anteibat, cedere Fortunæ.' *Idem.*

*Earum exemplum infra scriptum est*] Illud, *infra scriptum*, spurium quid redolet: certe minime requiras, si absit. *Gruterus.*

CAP. 35 *L. Catilina Q. Catulo salutem*] Mss. nostri vetustiores, *L. Catilina salutem Q. Catulo.* Vaticanus vero codex in quo soli visuntur orationes, adhuc amplius *Salutem dicit Q. Catulo*: ut fere suspicer fuisse tantam *L. Catilina, Q. Catulo*, omissis ceteris; quæ frustra requiras in Pal. nono et undecimo. *Idem.*

*Re cognita, grata mihi*] Meus liber:

*Re cognita mihi magnis in meis periculis*; forte scriptum fuit, *re gnara mihi.* Tacit. xv. 'Idque nulli magis gnarum, quam Neroni.' et XII. 'At nobis ea pars militiæ maxime gnara est:' ut vox, *cognita* expositio sit vocis *gnara.* *Ciacconius.*

*Quam mediis fidius licet veram cognoscas*] Est hoc modo in cunctis fere quæ ipse viderim exemplaribus: nec male, ut opinor. Ceterum Servius in IV. *Æneid.* *recognoscas* legit, nisi sint mendosi codices. Sed memoriano lapsus, an quod sic legendum putarit, haud equidem scio. Porro si sic legas, innuit hoc verbo Catilina, Catulum quoque aliquid ea de re scrivisse, de qua ipse sese purgat. Nam *recognoscimus* ea fere quæ scimus. Cicero, 'Non videtur hæc multitudo cognoscere ex me causam voluisse, sed ea quæ scit, mecum recognoscere.'—*Idem*, 'Declarat se non tum illa didicisse, sed reminiscendo recognoscere:' sic alias sæpe. Utra lectio verior, judicent alii; ego vulgatam hodie magis probo: quamquam Felicius Durantinus, *agnoscas* legisse videtur. *Rivius.*

*Quam mediis fidius veram licet cognoscas*] Ita omnes mss. præter Pal. nonum, in quo, *quam mediis fidius licet ut verum agnoscas*: haud ignoro quidem citari a Servio I. IIII. *Æneid.* 'Quæ mediis fidius vera licet mecum cognoscas;' sed nec hoc ignoro Grammaticos sæpe recedere ab ipsis auctorum verbis. Certe cognoscere idem notare quod *recognoscere*, patet ex capite XLVII. 'Cum prius omnes signa sua cognovissent.' Interim et in his dictionibus, et in superioribus aliquot triginta latere ulcera, plura, plane mihi persuadeo: quæ cum non etiam eruamus ope manuscriptorum, per nos sic perpetuo maneant, licet. *Gruterus.*

*Non quin æs alienum meis sumptum nominibus*] Tò *sumptum* non est in ullo manuscripto, quod sciam; nec id sententia magno opere exposcit. Nam *meis*

nominiſibus ad verbum *ſolvere* pertinet; pro, quibus ipſe debeo, non ſatisfacere. *Rivius*.

*Non quod aſ alienum meis ſumptum nomiſibus]* Pro quod, alii quin legunt, et negationem ſequente verſu ante verbum *poſſunt*, ſuſtulerunt: *quin* enim eniſ ſubjunctivo, pro *ut non* efferri ſolet, ut in hoc *Æneidos* 1ſt. ‘Hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti, Quin adeas vatem, precibusque oracula poſcas.’ Annotavit hoc Valla quoque. Ceterum illud *ſumptum*, non habent omnia exemplaria. Vetuſtus codex ita habet: *Non quia aſ alienum meis nomiſibus ſumptum ex poſſeſſionibus ſolvere non poſſim*. Glar.

*Non quia aſ alienum, meis nomiſibus ex poſſeſſionibus ſolvere non poſſem]* Magna eſt lectionum hujus loci diverſitas. Quidam libri: *Non quia aſ alienum meis nomiſibus ex poſſeſſionibus ſolvere poſſem*. Quidam: *non quin aſ alienum meis nomiſibus ſolvere poſſem*. Quidam etiam: *non quia aſ alienum meis ſumptum nomiſibus*. Ego hanc codicum veterum ſcripturam reſpicio, noſtramque quam hoc loco reſpoſui, multo elegantioreſ ac verioreſ puto. *Popma*.

*Non quin aſ alienum meis nomiſibus ex poſſeſſionibus, &c.]* Ita editio Aldi Romani; neque aliter Pal. quintus. Nam tert. et duodecimus, *non quin aſ alienum meis nomiſibus, ex poſſeſſionibus*: at reliqui mſs. ætate priorē, accedunt editionibus primis, habentque; *non quia aſ alienum meis nomiſibus, ex poſſeſſionibus*: poſteriorē vero; *non quia aſ alienum meis ſumptum nomiſibus, ex poſſeſſionibus*. Commelinianus meus hic follo deſtituitur. *Gruterus*.

*Meis nomiſibus]* Sciendum nomina proprie dicta de hujuscemodi debitis dici, quæ ſine uſuris contraherentur. Ideo et pararii proxenetæque interpoſiti, qui pecuniam mutuam quærentibus, quam ſine uſura acciperent, creditores conciliarent, qui ſic dare vellent. Tabulæ igitur illæ, per quas

nomina fiebant, et in quæ referēbant nomina debitorum creditores, quibus ſine uſura crediderant, diverſæ a Kalendario. Nam Kalendarium liber quoque rationum ſive tabulæ, in quibus perſcribi ſolita nomina debitorum, ſed ſub uſura pecuniam debentium: quia enim Kalendis pecuniam ſœnore occupare conſueverant ſœnatores, et uſuræ penſiones erant menſtræ, inde Kalendarium nomen. In Kalendarium autem regerebantur ipſa etiam instrumenta debitorum; qui non tantum de ſorte reddenda, ſed etiam de uſuris ſolvendis cavebant, vide l. uxor. de Legat. 111. et l. 1. ff. de Ann. Legat. Ceterum inde *καταχρηστικῶς* apud auctores probatos nomen pro quolibet debito etiam uſurario poſitum paſſim legitur. *Salmus*.

*Cum et alienis nomiſibus liberalitas Oreſtilla, &c.]* Sic quidem editio priſca, et Pal. quart. oct. non. ſed præter auctoritatem membranarum vetuſtiorum. Naz. enim; *ſed et alienis nomiſibus liberalitas Oreſtilla*. Pal. vero ſec. et und. et duod. *et cum alienis nomiſibus*: tert. *et alienis*, ſine illo *cum*: ſextus refert; *ſed cum alienis*: quintus, et decimus; *cum etiam et alienis*: ſept. *cum alienis*, ſine *et*. At enim Polonicus ille perſcripſerat; *cum et alienis liberalitas Oreſtilla*, abſque voce *nomiſibus*. Miræ diſcrepantiæ! unde adducor ſuſpicari; *non quin aſ meis nomiſibus, ex poſſeſſionibus ſolvere poſſem*; *alienis, liberalitas Oreſtilla, ſuis filiaque copiis*; exterminata voce *perſolveret*: repetitoque *ἀπὸ τοῦ κοινῶ, ſolvere poſſet*. Ut velit; tantum ſibi ſuperſe in bonis, ut propria nomina iis exſolvat: tantum in Oreſtillæ et filia ejus; ut nomina aliena, pro quibus ſidejuſſerat. *Gruterus*.

*Honore honeſtatos videbam]* Forte Salluſtius, *honore videbam* ſcripſit. Sic enim hoc nomen a Tuciſto uſurpatur, a Salluſtio ut pleraque ſumptum, quantum exiſtimo. Plinius *inhonorus* dixit. ‘Inhonorus, neque in templo ullo Hercules.’ *Ciaac*.



*Honore honestos videbam*] Ita fere in recentioribus, et in Merseburgensi, quibuscum facit Felicius Durantinus. Sed Fabricii codex habet, consentientibus manuscriptis duobus, *honore honestatos*, pro *decoratos et amplificatos*, nec est in impressis quibusdam secus: verum hoc lectoris iudicio, ut et alia fere permittimus. *Rivius*.

*Honore honestos*] Est in cunctis fere quæ ipse viderim exemplaribus: *Honore honestatos*. Nos, *honore honestos*, scripsimus: idque antiquo more dictum. Plant. in Captivis: 'Qui me honore honestiorem semper fecit et facit.' Confirmat et hanc lectionem Felicius Durantinus. Quamvis non negem *honore honestatos*, eleganter ac Latine dici. Cicero in oratione pro domo sua: 'Tamen ne,' inquit, 'eum tua voce violabis, quem post nefarium scelus consulum superiorum tot vides iudicii Senatus P. R. totius Italie honestatum.' *Popma*.

*Honore honestos videbam*] Mss. omnes editique, *honore honestatos*. Itaque id forsitan revocandum; quamvis stet pro alio, Rivii Merseburgensis notæ minime protritæ. *Gruterus*.

*Spes dignitatis conservandæ*] Oppido obscurus hic est sensus: Commentatoribus autem facilis. Ciceronem hercle vehementer notat Catilina de falsa criminatione ad Populum, per quam videri vult repulsam passus, non conscientia de culpa, ut paulo ante ipse loquitur. Ergo innocenti sibi id ab inimico factum Catulo conqueritur, ea spe, si quando populus resciscet ea innocenti facta, restitutus sit eum in integrum. Hoc igitur nomine honestas spes secutus sum, inquit, reliquæ dignitatis conservandæ. *Glar*.

*Haveto*] Omnes antiqui, et impressi codices, *Areto* habent. Ego invitis libris, omnibus, *Haveto* scripsi: atque ejus scripturæ, cum multa et manifesta vetera monumenta adferre possim, pauca, quæ sunt eminentissima proponam, et primum illud Ciceronis, quod in Zacintho extare dicitur:

MARCE. TULLI. CICERO. ET. TV. TER-TIA. ANTONIA. HAVE. et: JULIAE. S. P. F. THAIDI. HAVE. THAIS. DII. TIBI. BENE. FACIANT. Est et alia quædam inscriptio vetus, id liquido demonstrans his verbis: IPSE. TECUM. NUNC. LOQUOR. HAVE. IGITUR. MRA. HADRIANA. *Popma*.

CAP. 36 Apud C. Flaminium Flammam in agro, &c.] Ausus sum facinus mali exempli, unius solius Nazariani codicis fide introducta voce nova: sed enim cum is sit antiquitatis ultimæ, et omnibus literis id tueatur, nec solum, sed adpictum habeat margini, *alias Flaccum*, nefas putavi derogare ævo tam prisco: præsertim cum necessario requiratur hic nomen tertium, si distinctam voluerit hunc Flaminium a mille aliis. *Flammam* inter cognomina, satis notum ex Inscriptionibus, et Historiis. *Gruterus*.

*In agro Reatino*] In nonnullis legitur: *In agro Aretino*; quam scripturam et Vincentius Castiloneus se in suis aliquot antiquis codicibus reperisse testatur. Nos interim vulgatam lectionem retinemus. *Popma*.

*Dum civitatem antea solicitatam armis exornat*] Codices in pergamena descripti, *dum vicinitatem*: illud, *ab eo*, quod Gymnicus habet, non reperitur in manuscriptoribus, ac ne in codice quidem Beroaldino. *Rivius*.

*Cum aliis imperii insignibus*] Insignia præcipue Consulium fuere veteri Rep. fasces duodecim cum lictoribus, sella curulis, prætexta toga, eaque domi sumpta primo magistratus die ante Deos Penates (Livius l. xxii. in fin.) scipio eburneus in manu sive sceptrum. De quo scipione mihi quidem vulgata res, magnis tamen auctoribus mihi certa. De quo loquitur Dionysius Halicarnassæus l. iii. De Papyrii quoque scipione eburneo loquitur Livius l. iii. et Valerius Max. de priacis Coss. l. iv. c. 4. inquit, 'nec eis fuit rubori, eburneo scipione deposito, agrestem stivam aratri repetere.' *Lips*.

*Præter rerum capitalium condemnatis]* Emendatum quidem calamo recenti in Naz. *condematos*, sed alterum item conspicias in reliquis membranis omnibus, excepto Pal. quarto. *Gruterus*.

*Delectum]* Modus delectus fuit talis, Consules positus sellis curulibus sedebant, et summæ rei præsidebant: tribuni administrabant et exsequebantur per partes. Ipse delectus fiebat in Capitolio augustissimo loco. In campo delectum habitum tanquam novum notat Dionysius: sed eo factum, quo tribunitiæ intercessionem vitarentur, quibus ibi non erat locus. Eligebantur ex tribubus et classibus, ducta sorte: vel ut æmulatio tolleretur, ne hæc illi posthabita videretur, vel querela de onere oriretur, si forte delectus non iret per omnes. Præsidentibus itaque Consulibus, sedentibus tribunis, tribus vocata in centurias suas ivit, exceptis senioribus. Ex singulis tum centuriis, et pro censu ac classe, milites citati nominatim. Itaque, tabulæ ad manum, in quibus nomina, ætates, et opes scripta. Aliquando etiam sorte capti, raro tamen, nec nisi in re tumultus. Quin et hoste vicino aut repentino aliquo periculo imminente, militem confuse ac raptim, capiebant et educebant. Contumaces vel in vincula conjiciebantur vel damno affecti, bona eorum direpta et vendita, nonnunquam in servitutem rapiebantur, imo ad mortem. *Lips.*

*Ea tempestate mihi imperium pop. Rom. &c.]* Hæc est vulgata lectio, multorum mss. cod. fide comprobata. Non dissimulabo tamen pervetustis ejusdem libri scripturam: *Ea tempestate imperium P. R. multo maxime miserabile mihi visum est, cui cum ab occasu ad ortum vix omnia armis domita parerent, &c.* *Popma.*

*Namque ex duobus senatus decretis]* In mss. atque aliis vetustis est illa præpositio ex omnia. id quod rectius

esse puto. Sed et *senati* habet volumen ipsum Fabricianum, qui est genitivus antiquus. Est inscriptio quædam in agro Veronensi, qua in inscriptione genitivus hic reperitur: *SEX. ATTILII. M. F. SARANUS. PROCOS. EX. SENATI. CONSULTO. INTER. ATTESTINOS. ET. VEICETINOS. FINIS. TERMINOSQUE. STATUI. JUSSIT. pro, ex senatusconsulto. Sisenna item apud Nonium, 'ex senati consulto' dixit historiarum III. Rivinus.*

*Neque castris Catilina quisquam omnium excesserat]* Omnes impressi codices: *Neque ex castris Catilina quisquam omnium discesserat.* Nos unius codicis fidem et auctoritatem secuti, *neque castris Catilinae quisquam omnium excesserat*, scripsimus. Sic et Cæsar l. IV. de bello Gall. 'Nam cum omnibus suis domo excesserant, Rhenumque transierant.' *Popma.*

*Ex castris discesserat]* Ita etiam autographi, et vet. edd. nihilo pejus eo, quod nobis ex unico libro oggerat *Popma, castris excesserat.* *Gruterus.*

*Tanta vis morbi, atque uti tabes plerumque civium animos invaserat]* Sic fere in vetustis: *rd atque non est in eo quod Gymnicus excudit. Rivinus.*

*Tanta vis morbi atque uti tabes]* Pal. octav. et nonus, non habent illud, *atque*; quod tamen constanter in codd. primæ notæ. Si non significat idem quod apud Virgilium illo versu Georg. I. 'Atque illum in præceps pronò rapit alveus amni;' videtur turbandæ potius sententiæ, quam constitundæ. Forsan tres illæ voces *atque uti tabes*, sunt a glossa, accessita huc aliunde, ut probaret, *morbum*, hoc loco, quod alio *tabem* nominarat. *Grut.*

CAP. 37 *Neque solum illis aliena mens erat]* *Meus liber, alia mens erat:* ut infra: 'Longe mihi alia mens est P. C.:' et infra: 'hand sane alio modo belli eventum exspectabant.' *Ciac.*  
*Quoniam ægestas facile habetur sine*

*damno*] Et hanc sententiam facilem omnes putant: mihi haud quaquam intellecta, nisi distinguamus post *habetur*, ac postea inferamus *donderas sine damno*; qualia multa sunt, præcipue apud hunc auctorem. *Gla-reanus*.

*Sicuti in sentinam confuxerant*] Quemadmodum usu venire solet, ut quicquid humoris corrupti in corpore sit, id totum ulcus ad se contrahat, quicquid aquæ in navi est, id ad sentinam confluat: ita in civitate quotquot improbi sunt, ad aliquem unum improbitate insignem concurrunt. *Zanch*.

*Sentinam*] Sentina est fundus navis, sive ima interior pars, nam ut carina est ima pars exterior, et quasi venter, sic sentina interior alvus, quæ, quia mali odoris esse solet, quod in eam sordes omnes confluant, idcirco pro loco sceleribus contaminato, vel etiam pro ipsis perditis hominibus sumitur, sicuti et pro sordibus sumpsit *Valer. Maximus*, II. 7. cum dicit: 'hac turpi et erubescenda carina vacuefactus exercitus noster.' A Sentina dicti Sentinatores, quibus cura sentinæ delegata in navi. *Paulinus* ad *Macatium* de naufragio: 'unum ex omni numero nautarum senem sentinando deputant: hinc et sentinare, id est, satagere ad sentinam, periculum vitare, ut *Festus* docet, et *Gellius* XIX. 1. 'Tum postea complorantibus nostris omnibus, atque sentinantibus, dies tandem illuxit, sed nihil de periculo atque sævitia remissum.' At in vulgatis Codicibus contaminatissimus fuit ille locus; ut notat *Scaliger*. Vide et *Lil. Gyrald.* de *Navig.* c. XI. et *Polluc.* in *Onomast.*

*Ex gregariis militibus*] *Gregarii milites* nonnullis dicuntur tumultuarie collecti, verum *gregarii milites* dicuntur, qui nullum ordinem ducunt, et nullum gradum dignitatis habent: quod ex subjectis exemplis maxime intelligimus. *Sallustius* in *Jugurth.* 'Namque edicto primo adjumenta

ignaviæ sustulisse dicitur, ne quisquam in castris panem, aut quem alium coctum cibum venderet: ne lixæ exercitum sequerentur: ne miles gregarius in castris, neve in agmine servum, aut jumentum haberet.' *Valerius Maximus* I. II. c. 7. §. 2. hanc eandem rem narrans, sic inquit: 'Protinus namque lixas a castris summovit, cibumque coctum venalem proponi vetuit; in agmine neminem militum ministerio servorum jumentorumque (ut arma sua et alimenta ipsi ferrent) uti passus est: quod si gregarii milites ii essent (ut illi volunt) qui tumultuarie collecti sunt, non dixisset *Valerius*, 'Neminem militum,' &c. *Zanch*.

*Ætatem agerent*] Tres mss. libb. *Vitam agerent*, ut in oratione *Catonis*: 'qui demisi in obscuro vitam agunt.' Sed frequentius apud *Sallustium*, 'ætatem agerent,' legimus: ut, 'Sine metu ætatem agerent.' 'In excelso ætatem agunt.' 'In exsilio ætatem agere.' 'Per luxum, atque ignaviam ætatem agunt.' 'Procul a republ. ætatem agere:' et ideo nihil muto. *Popma*.

*Regio cultu ætatem agerent*] Ita nostri *Pall.* omnes; ut mirer quosnam excusserit libros *Popma*, quorum tres asseveret præferre, *vitam agerent*: nam respicere glossam vel pueri sentiunt. *Gruterus*.

*Sibi quisque, si victoria in armis foret, talia sperabat*] Quanto in manuscriptis rectius, *sibi quisque, si in armis foret, ex victoria talia sperabat*: ita nimirum sensus ipse postulat. Valde mehercule miror oscitantiam impressorum, quia talia non advertant. Ego hic fidem antiquorum codicum, contra consensum recentiorum, sequendam nobis puto. *Rivius*.

*Sibi quisque, si victoria in armis foret, talia sperabat*] Vetustiores codices, et nominatim *Gothi* habebant: *sibi quisque, si in armis foret, ex victoria talia sperabat*: quæ lectio reprehendi non potest: quamquam ego neutram rejici-

elo. *Glareanus.*

*Si in armis foret ex victoria talia sperabat*] Recte: atque ita in libro meo. Alii: *Si victoria in armis foret.* Ciacconius.

*Reipublicæ juxta ac sibi consultasse*] Sic infra: 'Ita cuncti suæ hostiumque salutis juxta pepercerant.' *Idem.*

*Conturbari rempubl. quam minus ipsi valere mal.*] Quidam pro minus legit nimis, diversa sane sententia: quod haud scio quam probem. *Glareanus.*

*Ideo malum id adeo multos post annos in civitatem reverterat*] Legendum *Id adeo malum*, ex vetustis. Ita Livius II. ab U. C. 'Id adeo malum ex provocatione natum.' *Rivius.*

*Id adeo malum multos, &c.*] Sic solum Pall. sept. et oct. reliqui; vel, *id eo malum multas*, quomodo expressum item in edd. priscis; vel, *ideo id malum.* Gruterus.

*Reverterat*] Hanc scripturam perantiquus quidam liber agnoscit. In aliis *redierat* scriptum offendi; quæ an purior et elegantior sit lectio, alii erunt iudices. *Popma.*

CAP. 38 *Nam postquam Cn. Pompejo, et M. Crasso Coss. Tribunitia potestas restituta est*] Pædianus in Divinatione: 'Primus Sicius trib. pl. nec multo post Quinctius, et postremo Palikanus perfecerunt, ut Tribunitiam potestatem populo darent Consules Cn. Pompejus Magnus, et M. Licinius Crassus,' &c. Ad quam rem indicandam in denariis Palikani Rostra Libertati sacra impressa sunt. *Ursinus.*

*Tribunitia potestas restituta est*] Scribit Appianus in II. belli Civil. Pompejum, cum a Curione tribuno plebis Senatus fuisset dissolutus, vehementer pœnituisse, quod tribunitiam potestatem a Sulla immutatam atque disjectam, denu ipse in pristinum statum redeginset. *Zanch.*

*Homines adolescentes*] Tribuni enim plebis adolescentes creabantur, quod et Vellejus Patreculus testatur. *Zanch.*

*Adolescentes*] Ut fuit C. Cornelius, qui postea reus majestatis a Cicerone defensus est: item Rullus, qui Cicerone consule Agrariam legem ferre conatus est, quo tempore etiam Labienus rempublicam perturbavit. Cicerone, Asconius, Dion. postea Curio et Antonius omnium seditiosissimi sceleratissimique fuerunt. *Cast.*

*Homines adolescentes summam potestatem nacti, quibus ætas animusque ferox erat, capere, &c.*] Primum videtur vox postrema rescanda: deinde, transpositis vocibus, restituendum, *homines adolescentes, quibus ætas animusque ferrox, summam potestatem nacti, capere, &c.* vel sane interpolata sunt postrema, scripsitque auctor initio, *ætatè animoque feroces, capere.* Potest quidem etiam defendi vulgata; ut nimirum non omnibus eandem ætatem, eandem attribuat ferociam: sed subtilius videtur quam verius. Si quis illa, *homines adolescentes* abjicienda putaret, non nimis ab eo dissentirem. *Gruterus.*

*Summam potestatem nacti*] Decimosexto anno post reges exactos, plebe a patribus in montem secedente, quinque tribunos, ut nonnulli tradunt, sibi plebs creavit: ut vero Cic. et Liv. duos, tresque ab illis duobus collegas cooptatos fuisse: hos neque juri dicundo, nec querelis civium noscendis, sed auxilio ferendo adversus consules, et illos qui insolenter in plebem insurgerent, utque præsidis libertatis, custodesque essent, creatos accepimus. Liv. 'Brutus concionem congregans plebi consuluit, uti sacrum, inviolabilemque sancirent eum magistratum, lexque in hunc modum lata est: TRIBUNUM. INVITUM. TANQUAM. UNUM. E. MULTIS. NEMO. ILLUM. COGITO. AGERE. NEQUE. VERBERATO. NEQUE. ALTERI. UT. VERBERET. IMPERATO. NEQUE. OCCIDITO. NEQUE. OCCIDI. IUBETO. SI. QUIS. AUTEM. PROHIBITORUM. HORUM. ALQUID. FECERIT. IMPIUM.

EXECRABILISQUE. ESTO. DONA. EIUS. PUBLICANTO. AD. SACRA. CERRERIS. ET. QUI. ALIQUEM. HARC. AGENTIUM. OCCIDERIT. CAEDIS. EXPIATUS. ESTO.' Et infra: 'Tricesimo deinde anno a primis tribuniis plebis, decem creati sunt, bini ex singulis classibus: itaque, cautum est, ut postea crearentur.' Plutarch. in Problem. contendit, hunc non esse magistratum: primum, quia parpurati non incedunt ut ceteri magistratus: et quia nec lictores habent, nec in sella curuli sedentes jus dicunt, nec initio anni, sicut ceteri magistratum ineunt, sed quarto ante idus Decembris, nec creato dictatore potestatem deponunt, sed quum omnis potestas et imperium ad Dictatorem redeat, soli omnium magistratum retinent, quasi imperium nudum gerentes, et alium quandam locum in republ. obtinentes, hique inter ceteros magistratus vocationem non habent, sed tantum prehensionem, ut Gellius scribit XIII. 12. Prehendere enim Tribuno pleb. licet, et in carcerem ducere consulem, prætorum, censoremque, C. Curiatium exemplo, qui tribunus pleb. D. Brutum et P. Scipionem Cos. viros honestissimos in vincula conjecit, ut in III. de Legibus Cicero tradit: et M. Drusi, qui Philippum Consulem, quia se concionantem interpellare ausus fuerat, in carcerem præcipitem egit, ita ut multus sanguis e naribus profunderetur, ut Valerius Max. IX. 5. scribit. Ipsique injuriam, quæ coram fieret, coercere, et multam irrogare Dictatori, Consuli, ceterisque magistratibus poterant, ut ex Livio patet, et Tribunorum maxima erat in prohibendo potestas: uno enim prohibente, nihil alii, et si complures sint, efficere possunt. Id quoque animadvertendum est, quod tribuniis pleb. intrare curiam non licebat, sed ante valvas positæ subselliis decreta patrum attentissima cura examinabant, ut aliqua ex eis improbassent, rata esse non sine-

rent: itaque veteribus Senatusconsultis T litera subscribi solebat: eaque nota significabatur, illa Tribunos censuisse, Valer. Max. I. II. tametsi posteriori tempore, tribunalum frequenti senatu de rebus ad populum pertinentibus Senatui consuliisse, ibique subsellia habuisse, apud Livium, Ciceronem, Dionem legimus. Hique plebem consulere, et rogationes ad populum, ac super his leges promulgare, quæ plebiscita appellantur, poterant, ut Gellius I. XV. scribit. Zanch.

*Contra eos summa ope nitebatur plebique nobilitas, senatus sub specie pro sua magnitudine]* In Florentino Venetoque est, *sub senatus specie*: pro eo quod est, quasi dignitatem senatus tueretur, quam esse quam amplissimam et rep. foret. In manuscriptis non est *sub*: id forsitan in spatio quispian, quod versus dirimit, annotarat super hac dictione *specie*: dein irrepit, ut fit, in contextum: atque inde forsitan est legi ceptum, *senatus sub specie, pro sua magnitudine*, id est, *pro sua potentia*. Aur. Augustinus in III. de civitate Dei, quædam e Sallustio citat, quæ hunc locum mirifice declarant: 'Plurimæ,' inquit, 'turbæ, seditiones, et ad postremum bella civilia orta sunt, dum pauci potentia, quorum in gratiam plerique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine dominationem affectabant, bonique et mali cives appellati, non ob merita in remp. omnibus pariter corruptis; sed uti quisque locupletissimus et injuria validior, quia præsentia defendebat, pro bono ducebatur.' Rivinus.

*Senatus sub specie, pro sua magnitudine]* Alibi erat, *sub senatus specie*. et distinguendum post *specie*. Deinde inferendum *pro sua magnitudine*. Porro utriusque expositio post sequitur: 'Pars,' inquit, 'quo Senatus auctoritas maxima foret, bonum publicum simulante, pro sua quique potentia

*certabant.* *Glareanus.*

*Nitebatur plerumque nobilitas, Senati specie, pro sua magnitudine.]* Ita nulla litera plus minusve editio vetus, et plerique Pall. utique ætate priores: nam sequioris notæ, *Senati sub specie;* uti antehac passim vulgabatur, sed minus recte. *Gruterus.*

*Senatus sub specie.]* Simulantes se defendere Senatus auctoritatem: verum id agebant suæ potentiæ causa, sicuti de Sulla legitur. *Zanch.*

*- Neque illis modestia, neque modus contentionis erat.]* Vox postrema ad Gemonias scalas trahenda, forsân etiam pronomen *illis.* *Gruterus.*

**CAP. 39 Bellum maritimum.]** Mithridates initio belli cum populo Romano suscepti, aliquot homines in naves imposuit, ne tam libera esset Roma Asiæ navigatio: cum vero bellum exarsisset, hi aucto numero, prædonum more, ut mare, ita insulas et urbes maritimas, ipsam denique Italiam infestabant, qui annonæ commercia intercluserunt. Hi Cilices appellati sunt: vel quia primi Cilices fuerant, vel quia se in Ciliciam receperant. In horum societatem recepti sunt prædones, exules, fugitivi, servi. Eorum numerus ita crevit, ut naves amplius mille haberent, tam multa præda locupletati sunt, ut insaratis rudentibus, purpureis velis, remis subargentatis uterentur. Cum igitur socios et provincias populi Romani, atque Italiam impotenter vexarent, omnibusque mercatoribus mare clausum esset, adversus eos Cn. Pompejus lege Gabinia factus Imperator bellum incredibili celeritate confecit. De hoc bello scripserunt amplius Florus, Appianus, Plutarch. in vita Pompeji. Livius l. ix. 'Cn. Pompejus lege ad populum lata, persequi piratas jussus, qui commercium annonæ intercluserant, intra 40 dies toto mari eos expulit: belloque cum his in Cilicia confecto, acceptis in deditonem piratis, agros, et urbes dedit.' *Zanch.*

*Delph. et Var. Clas.*

*Atque Mithridaticum minus est.]* Auctore Livio libro c. 'C. Manlius Tribunus plebis indignatione maxima nobilitatis legem tulit, ut Pompejus bellum Mithridaticum mandaretur.' Ibidem: 'Cn. Pompejus ad gerendum bellum adversus Mithridatem vicit:' et lib. cr. 'Cn. Pompejus Mithridatem nocturno prælio coëgit Bosphoron profugere. Tigranem in deditonem accepit, eique ademptis Syria, Phœnicia et Cilicia, regnum Armeniæ restituit.' Bellum autem Mithridaticum spacio annorum 40 confectum fuisse, Appianus et Florus scribunt. *Idem.*

*Ipsi innocui, florentes, sine metu alatem agere.]* Pal. Naz. *ipsi nocui,* quod suam etiam admitteret interpretationem nisi vellet auctor, ipsos innocuos fuisse, hoc est, neminem his ausum nocere. *Gruterus.*

*Quo plebem in magistratu.]* Id est, terrebant judicis Tribunus plebis, ne plebem in potentes exagitarent, atque in Senatum criminando accenderent. *Ciaccon.*

*Dubitis rebus novandis spes oblata est.]* Vocem *dubitis* vacare existimo. *Ciaccon.* sic et *Ursinus.*

*- Novandis.]* Non inepte ora editionis mediæ, *Novandi;* id enim malim, quam ut inducatur vox, *dubitis,* ut visum Ciacconio et Fulvio Ursino. *Gruterus.*

*Æqua manus.]* Pari: ut dubia adhuc esset fortuna, incertusque exitus belli. *Cass.* Sic Tacitus l. i. 'Inde hostibus terror, fiducia militi, et manibus æquis abcessum.' *Ciaccon.*

*Neque illis, qui victoriam adepti forent.]* Plus quam alienigena vox est, *forent,* posset etiam brevius scribi, *neque victoriam adeptis;* relegatis verbis ceteris. *Gruterus.*

*Qui ad Catilinam initio profecti sunt.]* Dictio finalis æque ac princeps, otiosa mihi est, imo odiosa. *Idem.*

*In his erat Fulvius.]* Nihil juvat sensum dictio *erat.* *Idem.*

*In his erat A. Fulvius.]* Prænomen

*Sallust.*

2 F

Fulvii hoc loco restitimus, adjuncti ab antiquis exemplaribus. *Popms.*

*Paras necari jussit*] Quidam libri, *parans necari præcepit*: quo verbo in eadem significatione et in Jugurthino utitur. *Idem.*

*Necari jussit*] Antiquioribus temporibus esse rigor patriæ potestatis se extendebat, ut indicta causa filium morti tradere licitum esset. Quod abolitum l. ult. C. de Patr. Potest. Ita enim eredeabant prudentissimi mortales, legis hujus duritiem pietate plerunque paterna exstingui. Nam, ut ille loquitur, pro magno peccato paulum supplicii satis est patri. Ex antiquo autem jure et hoc remansit, quod filium contumacem pater judici offerre possit, qui ex præscripto patriæ pœnam infligeret, l. III. C. de Patr. Pot. Fuit et illud usitatum, domestica patres in filios habere judicia. Solebant tamen vel Senatam, vel Principem, vel necessarios et propinquos consulere. Moris autem erat eos, quos in consilium advocaverant, domi expectare. T. Arrius, vel, ut nonnulli legunt, Tarrius, filio parricidii intentati reo, Augustum consilii judicii que participem fecit. Venit Princeps, neque erubuit intra privatos penetrare penates, quia patriæ non Principis erat cognitio. Sedit pater tanquam accusator simul et iudex, assedit quoque Princeps, rogavitque ceteros propinquos, ut sententiam tabulæ committerent, ne Principis auctoritas reliquorum vota ad se traheret, atque dissensum impediret. Filius Massiliam relegatus est. Cum itaque dicit Sallustius, *necari jussit*; patriam ostendit potestatem, quam in filium patriæ hostem animadverti præcepit. Hæc etsi dura, tamen et iusta sunt. Quippe *magnis sceleribus*, ut alibi scribit Seneca, *jura natura pereunt*. *Thys.*

*Sed cujusque modi genus hominum*] *Miss. Pall.* etiam *Bong.* ac *Com.* Prætalit tamen *Carrio*, *conjunctione modi*;

quomodo antiquitus editi. *Græverus*

*Quod modo bello usi foret*] Abundat iterum vox, *modo*; quia etiam, *foret*: et vero glossarchi esse commentum, detegit positura incerta. *Miss.* optimam eam expresserant quam exhibuimus: in ceteris est, aut, *quod modo usi bello foret*; aut, *quod modo usi foret bello*. *Idem.*

*CAP. 40 Allobrogum*] Sunt Galliarum Narbonensis populi juxta Rhodanum. Hinc Ptolemæus: 'postea a parte Orientali Rhodani fluvii septentrionales sunt Allobroges, quorum mediterranea civitas Vienna.' hæc ille, Romano autem imperio tum parebant, ut testatur Strabo l. iv. Geogr.

*Allobrogum*] Stephanns: 'Ἀλλόβρογες ἔθνος ἐνατάτοτον Γαλλοτικόν, ὡς Ἀπυλλόβρογες. Interpres vetus Juvenalis: 'Allobrogæ,' inquit, 'Galli sunt. Ideo autem dicti Allobrogæ, quoniam bregæ Galli agram dicunt. Alla autem aliud.' Quod sane verum esse nostra vernacula lingua prodidit: nam et nos novalla (broeck) hodieque vocamus. Alla autem sive (al) Gallicam, sive Germanicam esse vocem testatur vox *Alemannus*. Et Ausonius alibi dixit: 'in his al Celtarum posuit.' *Coler.* Vetus commentator Horatii: 'Allobrogæ sunt Galli rufi et Sequanici dicti, ineolentes illum tractam Alpium, qui est a Vesontio in Germaniam, qui vehementer res novas affectant, unde et ducibus suis raro fidem servant, habentque flavum præcipue capillum.' Vide Strab. l. iv. Cimbri autem hodie *Albrigii* rufos et in totum versicolores appellant; sed melior est prior sententia: neque hic dicitur a rufo colore nomen accepisse. Allobrox quasi Albroeck locum totum paludosum denotat. dict. vet. Belg. Broeck; Venne, ollant, goir, palas. Vid. Gloss. Pontan.

*Præterea quod natura Gallica gens bellicosa esset*] Codices in membranis descripti *gens Gallica*: ut adjectivum postponatur: et sic exemplar quoque

Bercaldianum. *Rictus.*

*Natura Gallica gens bellicosa*] M. Cato Orig. 2. apud Charisium l. ii. 'Pleraque Gallia duas res industriosissime persequitur, rem militarem, et argute loqui.' Just. ex Trogo l. xxv. 'Neque reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu ulla bella gesserunt, neque pulsati regno, ad alios quam ad Gallos confugerunt: tantus terror Gallici nominis, sive armorum invicta felicitas erat, ut aliter neque majestatem suam tutam, neque amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarentur. itaque in auxilium a Bithyniæ rege invocati, regnum cum eo, parva victoria, diviserunt; eamque Gallogræciam cognominarunt.' Cicero de harusp. responsis: Artibus Græci, Galli robore, Hispani numero, Pœni calliditate valent. *Manuf.*

*Præterea quod natura gens Gallos bellicosa esset, facile*] Scripsissem potius, *præterea natura bellicosos, facile*: ita, inquam ego scripsissem, qui Sallustias non sum, cui tamen nihil præscribo. *Gruterus.*

*Gallica gens bellicosa esset*] Gallos inter ferrum et arma natos feroces cum suo apte ingenio, tum adversus Romanum populum, Livius testatur l. x. Idem in 1. Decad. 3. de Annibale loquens: 'Trahere secum tot excitos Hispanorum populos, concitatorum avidas semper armorum Gallicas gentes.' Idem alibi: 'Gens ferrox, et ingenti avidi ad pugnam, cum procul visis Romanarum signis, ut exemplo prælium intura, explicuisset aciem.' D. Brutus in quadam epistola ad Ciceronem, 'Gallos' dicit 'omnium bellicosissimos.' Justinus l. xxiv. 'Ex his portio in Italia con-sedit, quæ et urbem Romanam captam incendit, et portio Illyricos sinus ducibus avibus (nam augurandi studio Galli præter ceteros callent) per strages Barbarorum penetravit, et in Pannonia con-sedit. Gens aspera, audax,

bellicosa.' Idem libro xxv. 'Denique neque reges orientis sine mercenario Gallorum exercitu ulla bella gesserunt, neque pulsati regno, ad alios; quam ad Gallos confugerunt: tantus terror Gallici nominis, sive armorum invicta felicitas erat, ut aliter neque majestatem suam tutam, neque amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarentur.' Gallorum quidem etiam corpora intolerantissima laboris, atque æstus fuere, primaque eorum prælia, plus quam virorum, postrema minus quam fœminarum esse, Livius et Florus scribunt. Apud Romanos nulli bello Gallico immunitas erat, ut ait Cicero pro M. Fontejo, et auctores Appiano l. ii. In sacerdotum et senulorum lege, quæ de immunitate lata est, exceptum fuit, nisi Celticum bellum instaret: eo enim instante sacerdotes, senioresque in armis esse oportebat: nam Gallica gente nulla Romanis formidabilior. *Zanch.*

*Negotiatus*] Umbrenus fuit libertinæ conditionis. Nobilibus enim sive patriciis apud Romanos interdicta erat mercatura. Testatur et Philo-sophus l. iii. Polit. c. 3. legem fuisse apud Thebanos, ut nemo Reipub. ad-moveretur, nisi per decem annos mercatura destitisset. Et Plato alibi vilibus ministeriis annumerat mercaturam. Sed recte multum interesse inter vilem et magnificam negotiatio-nem respondit M. Tullius Cicero. Romanis certe Senatoribus quocun-que modo indecora habita est omnis negotiatio. Legem aliquando Clau-diam adversus Senatam latam legimus, ne Senator, quive Senatoris pater est, maritimam navim plusquam trecentarum amphorarum haberet; eam enim sufficere ad vectandos fructus ex agris. Quid ibi Livius florentissimus auctor? hoc ita constitutum tradit, quia omnis quæstus patribus visus est indecorus. Extat et in eam rem Imp. rescriptum in l. vi. C. de



Dignitat. sed utique etsi hæc ita constituta a Romanis, honesta procul dubio negotiatio etiam laudem meretur: fulcit Remp. dum opes variorum populorum in gremium patriæ veluti effundit, dum sæpe immensa maria metitur, ut votis et desideriis nostris satisfaciatur, et tam dissitas gentes commercii fœdere jungit. Ita ligatur sibi invicem totus orbis. *Thys.*

*Principibus civitatum*] Ita a manu prima Pall. Naz. *Grut.*

*Foro*] Forum Romanum incipit a Capitolii radicibus, ubi nunc Septimii arcus est, et secundum longitudinem ad S. Mariam novam, ubi Titi arcus protenditur: secundum latitudinem a Palatini radicibus ad viam sacram, et Saturni ædem. Variis nominibus appellatum fuit. Ut enim Poëtæ nomine apud Græcos Homerus, ita fori, in Urbe, Romanum accipitur. Ovid. de Ponto: 'Te modo Campus habet, densa modo Porticus umbra, Nunc, in quo ponis tempora rara, Forum.' Per campum, Martius: per porticum umbrosam, Pompeja: per forum, Romanum his versibus intelligitur. Romanum dictum a dignitate Urbis, quod præ ceteris esset ornatissimum propter ædificia, et frequentissimum propter judicia. Etiam forum Latium et forum Magnum a Victore et Ovid. III. Fastorum dicitur. Ad extremum dicitur forum Vetus in vita M. Antonini apud Herodianum. Hoc in tres partes dividit et varia in eo hominum studia describit Plantus in Curculione: 'In foro infimo boni homines, atque dites ambulant, In medio propter Canalem, ibi ostentatores meri, Confidentes, garrulique et malevoli. Supra lacum, Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam, Et qui ipsi sat habent, quod ipsis possit vere dici.' Per lacum significat Curtium, quem describit Fastor. Ovid. vi. Prope eum fuerunt rostra et statua Marsyæ coronati, ad quam

homines litigantes conveniebant. Horat. 'Deinde eo dormitum, non sollicitus mihi quod cras Surgendum sit mane, obeundus Marsya.' De qua re itidem Plin. XXI. 3. E regione Marsyæ alius locus erat, ad quem conveniebant feneratores, quem Libonis puteal nominabant, inter porticum Juliam et arcum Fabianum, ut Persii interpres scribit. Persius: 'Si puteal multa cautus vibice flagellas.' G. Fabric.

*Miseriis suis remedium morte expectare*] In Fabriciano est, mortem sperare: in ceteris, mortem expectare. Riv.

*Miseriis suis remedium mortem expectare*] Mire hic variant exemplaria vetusta. Quædam habent, *miseriis suis remedium morte expectare*: quibus consentiant impressa nonnulla. Alia: *miseriis suis mortem sperare*. Alia: *miseriis suis mortem, et non remedium spectare*: quæ melior sit scriptura iudicabunt alii: nos interim nihil mutamus. *Popma.*

*Miseriis suis mortem expectare*] Monet Naz. alias legi, *sperare*, et ita habet noster Commelinianus et Pal. quintus ac sextus, neque displicet. *Gruterus.*

*Hæc ubi dixit, Allobroges in spem maxumam adducti*] Me non nolente, triga verborum princeps, rescindi posset a reliquis; tanquam invecata a Scholiaste. *Idem.*

*Nihil tam asperum, neque tam difficile esse, quod non cupidissime facturi essent*] Legendum e Veneto, *quia cupidissime, &c. pro, quod non.* Irrepsit ex glossa addita, ni fallor. *Rivius.*

*Ab Roma aberat*] In manuscriptis est, *Roma aberat*, ommissa præpositione. Sed prior lectio verior, id quod e Prisciano colligi l. xv. potest. 'Inveniuntur tamen' (inquit) 'et cum præpositionibus nomina civitatum sæpe prolata, et maxime apud historicos.' Livius in 8. U. C. 'Venerant et ab Lanuvio Antioque Auxilia.' Sallust. in Catilin. 'Nam tum Brutus ab Ro-

una aberat.' Cicero modo omittit propositionem, ut in Epistolis. 'Quod video omnes bonos abesse Roma.' Addit, ut in Verrinis: 'Abesse a domo paulisper maluit.' *Rivius.*

[*Brutus Romæ aberat*] Ita Mss. nostri omnes, ita Bongarsii; sine propositione, qua frustra onerarentur editiones alie. *Gruterus.*

[*Præterea Gabinium accersit*] In vestatis accessit: sed eodem sensu. nam est utrumque in veterum scriptis frequens. *Rivius.*

[*Quo major auctoritas sermoni inesset*] V. l. *adesset.* Sed Tacit. Annal. 18. 'Quo plus auctoritatis inesset consiliis.' *Ciacconius.*

[*CAP. 41. Divinæ incertum habere*] Sic solum Pal. tert. ceteri omnes *incerto*, etiam Comm. mens et Bongarsiani. ideoque sequendi. *Gruterus.*

[*Pro incerta spe, certa præmia*] Nam Senatusconsultum factum fuerat, ut si quis indicavisset de conjuratione, quæ contra Rempubl. facta erat, præmium servo libertatem, et sestertia centum darent: libero impunitatem ejus rei, et sestertiorum ducenta millia. *Zach.*

[*Illis volentibus*] Id est, animo hæc reputantibus.

[*Tandem vicit fortuna Reipublicæ*] Tacitus Annal. ix. 'Affuit ut sæpe alias fortuna P. R.' Ex quo legendum existimo hic *fortuna P. R. non Reipub.* Cic. Philipp. ii. 'Sustulit illum diem fortuna P. R.' licet in antiquo libro sit, *fortuna reipub.* ut Gab. Faërnus testatur. *Fortuna P. R.* in nummis aliquando. *Ciac.*

[*Tandem vicit fortuna Reipubl.*] Fere reposuisssem, *fortuna populi Romani*; quod invenissem in editionum prima, *fortuna P. R.* sed ei nullæ adhibebant membranae; et habet rationes inculentas quibus se tueatur vulgata lectio. legatur modo Tacitus l. xiv. *Annalium.* *Gruterus.*

[*Fortuna Reip.*] Legitur et *Fortuna P. R.* atque ita aliquando in nummis

invenitur argenteis: *Fovr. P. R. Urvis.*

[*Fortuna*] Veteres cuique suam *Fortunam* assignarunt, quæ cursum vitæ moderaretur: quin et *Fatum* et *Fortunam* sæpe confudit antiquitas. Nam quod *fatum* est respectu Dei, respectu hominum non male *Fortuna* dicitur. Ita *Fortunam* senum et puerorum dixit *Manilius* l. ii. *Astronom.* Quid autem sit *sors fortunæ* explicat *Scaliger* in *Manilium.* Neque aliter hæc interpretatur ipse *Augustinus*, cum dicit: '*Fortuna* intelligenda est, pro his rebus, quæ fortuito videntur accidere, cum hæc ipsa tamen, quæque fortuito videntur, causis occultis divinitus dentur.' Hinc orientales aliquando *Fortunam* cum ipso Deo confuderunt. *Gad* enim et *Fortunam* et ipsum *Jovem* denotat, sive *ἡ θεὸς ἄγαθῶν καὶ κακῶν.* *Rabbini*, [גד] sive *Geda* dixere, *Persæ* *Godæ*, quod et nostro Germanico *Godt* simile est. *Fortunam* autem singulis rebus ingenitam crediderunt gentiles. Unde et *Fortuna Primogenita* dicta est. *Genius* enim et *Fortuna* eadem, sicuti docet *Sosipater* *Charisius.* Et sicuti *Fortuna* et *Genius* singulis attribuebantur mortalibus, ita muris, civitatibus, *Reipub.* eadem erat superstitio. In Romana Urbe publice cultus fuit *Genius* sive *Fortuna Urbis*, ut *Seneca* tradit. Vide et *Dionem* *Cassium* l. xlvi. et l. Regni *Genius* laudatur a *Claudiano*, *Genius Publicus* ab *Ammiano* commemoratur, qui veluti anima erat imperii Romani. Atque *Fortunam* *Reip.* vel ut alii habent *P. R.* si ita hic intelligamus, absurdum nequam erit. [*Thys.*]

[*Q. Fabio Sangæ*] *Appianus*: '*Legati* ob id ipsum ambigentes, rem *Fabio Sangæ* annunciant (erat autem is *Allobrogum* patronus in urbe, ut ceteris populis olim Romæ adesse mos fuit) ab hoc *Cicero* certior factus, legatos ab Urbe discedentes et cum illis *Volturnicum* intercepti, eosque in

Senatum subito inducit.' Zanch.

*Cujus patrocinis*] Mos fuit prisce-  
rum, ut singula nationes, civitatis  
patrones Romæ peculiares haberent,  
in quorum essent clientela, ut Sicili  
patrones Marcellos et Ciceronem ha-  
bebant, Lacedæmonii in tutela Clau-  
diorum extiterunt: ita Fabius Sanga-  
petromus fuit Allobrogum. *Idem.*

*Civitas*] Allobrogum regnum tem-  
pore secundi Punici belli fuisse, Li-  
vius scribit l. XXI. Quorum multas  
civitates fuisse auctores tradunt; sed  
una erat præcipua, unde appellaban-  
tur. Cloero quoque in §. Invect. Al-  
lobrogum civitatem dicit: 'quid ve-  
rò, ut homines Galli ex civitate male  
peccata, quæ gens una restat, quæ  
popul. Rom. bellum facere posse, et  
non nolle videatur, spem imperii, et  
rerum amplissimarum ultro sibi a pa-  
triciis hominibus oblatam negligenter,  
vestram salutem suis opibus antepo-  
nerent, id nonne divinitus factum esse  
putatis?' Zanch.

*Rem omnem, uti cognoverant, aperiant*]  
Minime video, cur non supervacua  
videri queant, *uti cognoverant.* Grut.

*Aperiant*] Hujus Allobrogum pro-  
ditionis, sciendum est, strictim me-  
minisse Horatium Epod. oda 15.  
'Æmula nec virtus Capuæ, nec Spar-  
tacus acer, Novisque rebus infidelis  
Allobrox.' Ubi hoc ad illud tempus  
refertur, inquit Porphyrio, quo Cati-  
linæ factio conjuravit, et pene legati  
Allobrogum illi consenserant. Sed  
Juvenalis quoque versus illi mire huc  
faciunt: 'Quid Catilina tuis natalibus,  
atque Cethegi, Inveniet quisquam  
sublimis? arma tamen vos Nooturna,  
et flammæ domibus templisque pa-  
ratis, Ut braccatorum pueri Seno-  
nymque minores, Anni quod licet  
tanjca punire molesta. Sed vigilat  
consul: vexillaque vestra coercet.  
Hic novus Arpinas, ignobilis et modo  
Romæ Municipalis eques, galeatum  
pont ubique Prædidium attonitis, et  
in emai ponte laborat.' Cic. lib. 1.

epist. 1. ad Atticum adtestatur, quæ  
novam orationem (quas Consulares  
vocat) habuisse ad populum, quo die  
Allobroges involgarunt. Cic. l. II. de  
suo Consulatu: 'At clades patriæ,  
flamma ferroque parata, Vocibus Al-  
lobrogum, patribus populoque pate-  
bat.' Coler.

CAP. 42. *Gallia citioris atque ultio-  
riore*] Gallia vel est Cisalpina, vel Tran-  
salpina. Cisalpina togata dicta, finitur-  
que Alpihus et amne Rubicone, Ita-  
liæ antiquo limite: ita dicta quod  
more Romanorum toga uteretur.  
Transalpina vel est Comata, vel Brac-  
cata. Comata, ut volunt, a comam  
nutriendi studio dicta est. Hæc rur-  
sus in tres partes distinguitur: Bel-  
gicam, Celticam, Aquitanicam, sub  
qua et Aremorica. A Scalde ad Se-  
quanam Belgica, ab eo ad Garumnam  
Celtica, inde ad Pyrenæi excursum  
Aquitanica. Ptolemæus tamen in qua-  
tuor partes distribuit, Aquitaniam,  
Lugdunensem, Belgicam, et Narbo-  
nensem. Quarum Aquitania a Pyre-  
næis montibus ad Ligerim usque jux-  
ta eundem extenditur. Narbonensis  
tamen Gallia a ceteris Braccata dicitur,  
Plinio iudice, Italia verius quam  
provincia. Narbonensis autem pro-  
vincia continebat, ut arbitror, totam  
Occitaniam, Provinciam, Delphinatum,  
et Sabandiam, denique et Sep-  
timaniam. Magnitudinem situmque  
ita delineavit in urbibus Ausonius:  
'Insinuant qua se Sequanis Allobro-  
ges oris, Excludunt Italos Alpina cacu-  
mina fines, Qua Pyrenæicis nivibus  
dirimuntur Iberi, Qua rapitur præ-  
ceps Rhodanus genitore Lemanno,  
Interiusque premunt Aquitanica rura  
Cebennæ, Usque in Tectosegas, pri-  
mævo nomine \ olcas, Totus Narbo  
fuit.' Pontan.

*In agro Piceno, Bruttio*] V. e. ha-  
bet *Brettio*; quæ vera scriptura est,  
nam Græca numismata habent, ΒΡΕΤ-  
ΤΙΟΝ. Ursinus.

*Bruttio*] Bruttium Græcis *Βρυττιον*.

et apud Athenæum l. v. apud Diodo-  
rum Siculum in Eclogis, aliosque auc-  
tores *Aperrunta* dicitur. Dionysio Afro  
Brentii quoque appellantur. De his  
ita Justinus XXXIII. 1. ubi de Agathocle  
rege agit: 'Primi igitur hostes illi  
Brutii fuere, et qui fortissimi tum et  
opulentissimi videbantur, simul et ad  
injurias vicinorum prompti; nam  
multas civitates Græci nominis Italia  
expulerant: anctores quoque suos  
Lucanos bello vicerant;' et mox,  
'Horum igitur (Lucanorum scil.) ex  
numero quinquaginta primo ex agris  
finitimorum prædari soliti, conflente  
deinde multitudine, sollicitati præda,  
cum plures facti essent, infestas re-  
giones reddebant. Itaque fatigatus  
querelis sociorum Dionysius, Siciliæ  
tyrannus, sexcentos Afros ad com-  
pescendos eos miserat. Quorum cas-  
tellum proditum sibi per Bruttiam  
mulierem expugnauerunt: ibique ci-  
vitatem, concurrentibus ad opinionem  
novæ urbis pastoribus statuerunt,  
Bruttiosque se ex nomine mulieris  
vocaverunt. Primum illis cum Lu-  
canis originis suæ auctoribus bellum  
fuit. Qua victoria erecti, quam pa-  
cem æquo jure fecissent, ceteros fini-  
timos armis subegerunt, tantasque  
opes brevi consecuti sunt, ut perni-  
ciosi etiam regibus haberentur. De-  
nique Alexander rex Eptri, quum in  
auxilium Græcarum civitatum cum  
magno exercitu in Italiam venisset,  
cum omnibus copiis ab his deletus  
est.' Vide et Diodorum l. XVI. qui  
et ideo Brettios appellatos scribit,  
quod servi essent et fugitivi Lucano-  
rum. De hisdem scribit Strabo l.  
XVI. qui et peninsulam appellat Bru-  
tiam agrum. Limites autem ejus  
fuere ad Hetruscum mare Laris an-  
nis; ad Siculum mare et Tarentinum  
sinum Sybaris fluvius. *Clæser*. Leo-  
pard. l. v. Emend. c. 18.

*Apulia*] Mari Adriatico contemina  
inter Dauniam et Calabria, quæ et  
Japygia appellata fuit.

*Et eo numero comprehens Q. Metellus  
Celer prætor, ex Senatusconsulto, cog-  
nita causa, in vincula conjecerat]* Sic  
Gymnicus, ac recte. Ceterum est in  
quibusdam, ut et Mersebursensi, et  
Florentino, *ex sociis causa cognita*:  
quæ res misere interpretem torvit.  
Compendiaria illa per notas scribendi  
ratio antea errori præbuit. *Rivinus*.

*Q. Metellus Celer Prætor, ex Sena-  
tusconsulto, causa cognita, in vincula  
conjecerat]* Ita Mss. nostri, omnibus  
quidem literis Pal. sec. duabus tan-  
tum, S. C. Naz. ac Com. quod et in  
suis invenerat religiosam industriam  
Bongarsius noster. Pal. tertio tan-  
tum visitur inter lineas: at reliqui  
objecere nobis, *ex sociis Catilinae cau-  
sa cognita*: stulte. Æque stulte,  
Carrionis editio, *ex sociis causa cog-  
nita*. Gruterus.

*Item in citeriore Gallia C. Muræna,  
qui et provinciam legatus præerat]* Fel-  
licius Durantinus putat librariorum  
culpa hic mendose legi, C. Murænam  
citeriori Galliæ legatum præfuisse,  
quod ea tempestate Galliæ transal-  
pinæ Cicero Murænam præfuisse  
tradat. Fuit autem C. Muræna le-  
gatus, frater L. Muræne consulis de-  
signati. *Rivinus*.

*CAP. 43. Paratis, uti videbatur, mag-  
nis copiis, constituerat]* Commentarius,  
qui Valli adscribitur, supplet, *para-  
tis a Catilina*. Sed ego ambigue ta-  
men id dictum existimo. Lector ju-  
dicet. *Glareanus*.

*Paratis, ut videbatur, magnis copiis]*  
Naz. ac Com. ut videbantur, lectione  
non ita infecta. *Gruterus*.

*Constituerat, uti cum, &c.]* Idem  
Mss. constituerant. Idem.

*Magnis copiis constituerat]* In Naz.  
et Com. apud Gruterum legi notatur,  
*constituerant*: quod haud dubie veri-  
us, *Lentulus cum ceteris constituerant*.  
Ut apud Livium XXI. 66. 'Ipse dux  
cum aliquot principibus captiuntur.'  
Ubi plura hujusmodi congeimus.  
*Growo*.

[*Belli gravissimi invidiam*]. Meus liber, *gravissimam invidiam*: sic infra, 'Magnam illi invidiam conflaverant.' *Cicconius*.

[*Bellique gravissimi invidia optimo Consuli imponeret*] Alii codices, et nominatim Gothi, habent *invidiam*, in accusandi casu: quasi diceret, in ejus humeros imponeret belli gravissimi invidiam. Sane non video, quomodo *impono* pro *decipio* hic locum habeat. *Glareanus*.

[*Eo signo dato, proxima nocte, &c.*] *dato*, non est in Mss. nec in impressis vetustioribus. Sed nec Felicius Durantius addit: addit tamen Aretinus. *Rivius*.

[*Cetera multitudo conjurationis, suum quisque negotium exsequeretur*] Est quidem in Mss. duobus, *suum quoque negotium*; sed in meo *quisque* legitur. Refertur enim ad sensum, non ad vocem; estque id apud historicos frequens. *Idem*.

[*Sed ea dirisa hoc modo dicebantur*] Turbat hic potius, *sed*, quam ut adjuvet sententiam, imo ceteris vocibus omnibus, si quis moverit status controversiam, en et me paratum subscribere nomen. posset tamen tolerari, *ea dirisa hoc modo: Stalilius, &c.* *Grut.*

[*Stalilius et Gabinus uti cum magna manu duodecim simul opportuna loca urbis incenderent*] Cicero in III. invectiva in L. Catilinam, testatur L. Cassium, quem Sallustius infra in Galliam profectum scribit, sibi procurationem incendendæ urbis depoposcisse: et in IV. trucidandi senatus partes a Lentulo datas Cethego, ceteros cives interficiendi Gabinio, quem incendiis præponit Sallustius, urbis inflammandæ Cassio, totius Italiæ vastandæ diripiendæque Catilinæ. Itaque non per omnia consentiunt Cicero ac Sallustius. Sed et pro Sulla Cicero, 'Cum Catilina,' inquit, 'egrederetur ad exercitum, Lentulus in urbe relinqueretur, Cassius incendiis, Cethegus cædi præponeretur, Autronio ut

occuparet Etruriam præscriberetur: et reliqua. *Rivius*.

[*Filii familiarum*] Particulam *Sed*, quæ in cunctis impressis libris reperitur, delevimus, sententiam nostram confirmante antiquo Prisciani codice, quem habet Sixtus a Popma. *Popma*, [*Dies prolatando*] V. c. *Protelando*, quod mendum est. Nam *prolatando* habet Tacitus libro V. cum ait: 'Sed ubi diem ex die prolatabant:' et paulo post, v. c. habet: 'Quod signatum ad cives suos perferunt:' nisi forte illud *suos* additum sit. *Ursinus*.

[*Dubitando, et dies prolatando*] Fulvii liber, *Protelando*, et in Jugurtha, c. 73. *Protelandis consultationibus*, non, ut in vulgatis libris, *Protelandis*. *Manutius*.

[*Et dies prolatando*] Sic omn. Mss. quod perplacet Ursino. at mihi potius, quod offendit in suo codice, *protelando*. *Gruterus*.

[*Natura ferox, vehemens animo*] Illud *animo*, omissum fuerat quibusdam in codicibus: sed cum alia adjectiva suos habeant ablativos, videtur hic quoque ponendus. *Glareanus*.

CAP. 44. *Quod signatum ad cives perferant*] Meus liber addit, *ad suos cives*. *Ciac.*

[*Cum his P. Volturcium*] Lege ex Mss. *cum his Titum Volturcium, &c.* Ita vocatur alibi: 'Dum hæc in Senatu aguntur, et dum legatis Allobrogum, et Tito Volturcio,' &c. *Putschius*.

[*Titum Volturcium*] Ita, ex vero, omnibus perscriptum literis, in edd. primoribus, in Mss. cunctis, ut mirer sinistram illius audaciam, qui hic substituerit *Publium*. *Gruterus*.

[*Quarum exemplum infra scriptum est*] Exemplum litterarum ad Catilinam Lentuli, sic est in vetustis quibusdam, ut apud Ciceronem Oratione III. in Catilinam: 'Qui sim, ex eo quem ad te misi cognosces. Cura, ut vir sis, et cogita, quem in locum sis progressus, et vide, quid jam tibi necesse.

Cura, uti omnium tibi auxilia adjungas, etiam infirmorum.' In manuscriptis tamen idem reperitur litterarum exemplum, quod in hisce recentioribus, nimirum hoc: 'Qui sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces. Fac cogites in quanta calamitate sis, et memineris te virum esse. Considera, quid tæ rationes postulent; auxilium petas ab omnibus, etiam ab infirmis.' *Ricinus*.

[*Qui sim, ex eo quem ad te misi cognosces*] Mirum in omnibus codicibus hæc verba alia atque alia inveniri. Aldinus codex, et Gothi nostri habent, ut vulgo legitur. At in aliis quibusdam vetustioribus, ita leguntur: 'Qui sim scies ex eo, quem ad te misi: cura ut vir sis, et cogita quem in locum sis progressus: et vide quid jam tibi sit necesse: cura, ut omnium tibi auxilia adjungas, etiam infirmorum.' Qui hæc in Aldino codice emendarunt, in tertia Ciceronis Invectiva non mutarunt, ubi ea verba hæc aliter atque hic præscripsi (excepta prima periodo, *Qui sim, ex eo quem ad te misi, cognosces*) leguntur; verum ita nostra ætate emaculantur codices. Ceterum hæc ultima verba: *Cura ut omnium tibi auxilia adjungas, etiam infirmorum*: plane ostendunt proxime dein sequentia, hæc verba, *quo consilio servitium repudiet?* interrogative legenda, non enuntiative, quod tamen fere in codicibus neglectum videmus. *Glareanus*.

[*Quo consilio servitium repudiet*] Videntur interrogationis notula insignienda, uti placuit *Glareano*. *Gruterus*.

CAP. 45 C. *Pomptinus* est apud Ciceronem, et Dionem *Πομπίνος*, ac alios. Male vulgo *Pomptinus*. In Epitome Liviana Ca. *Petitius* vitiose. *Ciaccon*.

[*C. Pomptinus*] Ita Cicero, et Dio, qui *Πομπίνος* edit. Sed rectius habet v. c. *Pomptinus*: nam ita dicunt existare in veteribus nomismatibus. Et in Epitome Liviana cur. manu-

scripta, C. *Pomptinus* est, pro eo quod mendose in vulgatis libris habetur, C. *Pollitius*. *Ursin*.

[*Rem omnem aperit, cujus rei gratia mittebantur*] Codices in membrana descripti, *cujus gratia mittebantur*: et eodem modo *Badianus*. Sed in aliis ita fere est, ut hodie legitur. Quamvis autem *Hieronimus* hoc in *Rufino* carpat, tamen pace viri dicam, sæpenumero apud optimos nosque ac primæ notæ scriptores reperitur antecedens, jungiturque cum relativo ipso. *Terent* in *Heaut*. 'Habet bonorum exemplum, quo exemplo sibi licere id facere quod illi fecerunt, putat.' *Cæsar*, 'Ultra eum locum, quo in loco Germani conederant:' et, 'Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent:' et 'Diem dicunt, qua die ad ripam *Rhodani* omnes conveniant:' et, 'Diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret.' Ita sexcenties fere apud eundem reperias. Sed et *Cicero* in *Verrem*, 'Advenit dies, quo die ex instituto,' &c. *Ricinus*.

[*Rem omnem aperit, cujus gratia mittebantur*] Sic membranacei omnes. *Carrionis* editio ejecit voculam *gratia*; qua tamen sublata, locus obscuratur. *Gruterus*.

[*Permittit illis homines militares, sine tumultu præsidii colloc.*] Illud, *sine tumultu*, ambigue distinctionis est, ad priora ne referas, an ad posteriora. Vetustiores paulo codices ad priora referunt, et a *præsidii collocatis*, novam ordiuntur lectionem. Alii malunt ad posteriora referre. *Judicet Lector*, mihi ambiguum relinquatur. *Glareanus*.

[*Ita agent. Permittit illis homines militares sine tumultu, &c.*] Sio-putavi distinguendum, auctoritate meliorum codicum, et typis, et calamo exaratorum. Nimis licenter *Carrio*, nimis incuriose posteriores eum secuti, a quibus exclusum est, *permittit illis*. Neque enim quicquid supervacuum

nobis videtur: statim etiam propria auctoritate resecandum est; non: Iredices sumus, non vindices. *Gruterus.*

*Homines militares]* Sic infra: 'Homo militaris, quod amplius annos xxx. tribunus.' *Ciac.*

*Occulte pontem obsident]* In Manuscriptis obsidunt, conjugatione tertia. *Rivius.*

*Postquam ad id loci legati cum Volturnio venerunt]* In codice Fabriciano est, *venerit.* Idem.

*Galli, cito cognito consilio sine mora]* *Lege, Galli cognito consilio, &c.* Nam superabat vox illa *cito.* *Putschinus.*

*Galli, cito cognito consilio]* Quam magis verso præcedentia ac sequentia, tam magis spurium quid latere videtur in tribus vocibus postremis. Nam quid hic attinet addere, *cito cognoscite consilium Gallos;* quos scimus, noctem qua proficiscerentur ideo indicasse Consuli, ut deprenderentur? quin jam illis tale quid constabat antequam exirent Roma: itaque si quis trigæ illius jugulum petendum putaverit, ei ego libens sicam. *Gruterus.*

CAP. 46 *Quibus rebus confectis, omnia prospere]* M. l. *Quibus rebus ita confectis eam prospere:* forte *ea.* *Ciac.*

*Penam illorum sibi oneri, immunitatem perdendam reip. causam fore credebat]* In impressis vetustioribus non reperi *causam;* nec in ipsis manuscriptis, quorum plerumque fidem sequor: sed nec magnopere sensus requirit. quare tollendum censeo. *Rivius.*

*Impunitatem perdendam reipubl. fore credebat]* Quidam codices, *perdendam reipubl.* habebant. Sane *prodere temp.* tam in usu est atque *perdere* apud disertos: nihil tamen definitio. *Glaucus.*

*Perdendam reipubl. fore credebat]* Postrema dictio rursus mihi supervacua. Non est mihi dubium vix continere linguam suam Magistellos, ne ea me votis interficiat; tanquam qui cor et

cerebrum auctoris eviscerem. Sed quid? feriant ut libet, dum in alia omnia vota descendant Scaligeri, Thuanii, Bongarsii, Casauboni, Rigaltii, Dousæ, Velseri, Lipsii, Ceteri, Vulcanii, aliorumque quibus cor sapit. *Gruterus.*

*Itaque quendam Cæparium Terracinensem]* Aldinus codex mutavit in *Q. Cæparium,* cum in Ciceronis Oratione tertia omnes codices atque adeo ipsius Aldi *M. Cæparium* habeant. Verum in propriis nominibus hæc omnia prosequi, in Livianis Decadibus expertus sum, quam sit præpe impossibile; maxime in Romana historia. *Glaucus.*

*Cæparium Terracinensem]* V. c. habet: *Cæparium quendam Terracinensem,* &c. ut supra: *P. Volturcium quendam Crotoniansem:* sed scribendum, *Terracinensem,* ex antiquo marmore. *Ursinus.*

*Terracinensem]* Scribe, *Terracinensem.* Tarracina enim, non Terracina dicitur a Cicerone, Plinio, Mela, Paterculo, Ptolemaeo, et aliis. Livius autem Tarracinas vocat Decadis prima l. iv. *Cast.*

*Terracinensem]* Tarracina urbs Volscorum, quam antea ab asperitate loci *Trachinam* appellatam fuisse, Strabo l. v. auctor est. Ovidio Trachas dicitur, ita enim loquitur: 'Minturnæque graves, et quæ tumulavit alumnus, Atiphataque domus, Trachasque obsessa palude.' Ita et Livius urbem pronam in paludes dixit. Plinius Tarracinas lingua Volscorum *Anxur* appellatum esse tradidit, quo vocabulo Poëta maxime utuntur: ubi et Japiter ejusdem nominis colebatur. Virgilius: 'Qui saltus, Tiberine, tuos sacrumque Namici Litus arant, Rutilosque exercent vomere colles Circæamque jugum; quæ Juppiter Anxurus arvis Præsedit, et viridi gaudens Feronia luco.' Coloniam quoque illic deduxisse Romanos Livius auctor est. *Chæver.*

*Consp. Lentulum, quod prater erat, ipse manus tenens perducit]* Sic in quibusdam, ubi Gymnicus, consentientibus manuscriptis, in *senatus perducit*: quamvis autem nec Aretius hoc addit, mihi tamen relinquendam esse videtur. *Rivius.*

*Concordia]* Templam Concordiam Camillum vovisse, Ovidii carmina quæ sequuntur, ostendunt; 'Farius antiquus populi superator Hetrusci Voverat, et voti solverat ille fidem. Causa quod a Patribus sumptis cesserat armis Vulgus, et ipsa suas Roma timebat opes.' Hoc templum in foro fuisse, refert Plutarchus. Varro autem inter Capitolium et forum, cui adtipulatur S. Pompejus. Erat enim aut in foro, aut foro proximum; nam et Valerius Max. commemorat Sempronium Asellionem pro æde Concordiæ sacrificium facientem ab ipsis altaribus a creditoribus fugere extra forum coactum. Octo ingentes columnæ hodieque extant in radice Capitolini montis. In pronao ejusdem templi fuit Victoria. Ejusdem templi etiam Cic. meminit Philip. 5. Habebantur præterea in hoc templo Senatus et orationes, ut idem pro Sextio et Lampridius testantur. Ita enim Lampridius inquit: 'Cum Senatus frequens in curiam, hoc est, in ædem Concordiæ, templum auguratum convenisset.' Varii alloqui fuisse conventus in curia Hostilia, in Capitolio, alibi pro ratione temporum. S. Pompejus ex Nicostrato memoriæ prodidit, 'senacula Romæ tria fuisse: unum,' inquit, 'ubi nunc ædes Concordiæ, inter Capitolium et forum, in quo solebant magistratus cum senioribus deliberare: alterum ad portam Capenam: tertium intra ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere volebant, senatus dabatur.' Martian. 11. 10.

*CAP. 47 Volturcius interrogatus de itinere, et de litteris]* In Manuscriptis et aliis antiquioribus est illa copula

et omissa, majore cum gratia et venustate, quam si addatur. *Rivius.*

*Quid aut qua de causa consilii habuisset]* Ordinem puto, quid consilii, aut qua de causa habuisset: vetus codex Gothi habebat: *Postremo quid consilii, aut qua de causa abuisset.* Est tamen dicendi hoc genus notandum. Et *Adæ publica*, hoc est, *impunitate promissa Volturcio*, recte expositum est; quippe cui paulo post præmia decernuntur. Cum vero inquit: *nihil amplius scire quam legatos; tantummodo audire solitum, &c.* Hic quamquam distingui potest, illud tamen ex *Gabinia*, etiam ex legatis auditum intelligi vult. Idem vetus codex distinguit post *legatos*. Sed vide, ut oppido eleganter volnerit Sallustius impostoris tergiversationem Lectori ob oculos ponere. Nam ita facere solent, qui omnia et simulant et dissimulant. *Glarean.*

*Primo fugere alia omnia, dissimulare de conjuratione]* In hunc modum est hic distinguendus locus, contra quam in recentioribus habetur: nam, *alia omnia*, prioribus addes, non sequentibus. *Rivius.*

*Alia omnia]* Ex antiqua formula Sallustius posuit, pro contraria et diversa. 'Nam,' ut Festus ait, 'cum Consules sententiam senatoros rogaurent, omnis gratia, ne dicerent, qui non censetis, præibant, his verbis: qui alia omnia, in hanc partem; cum prius dixissent, qui hoc censetis, illic transite.' *Ursin.*

*At Lentulum dissimulantem coarguant]* Rectius in v. c. *At Lentulum, &c.* et paulo post: *Abdicatus magistratu, &c.* cum in vulgatis libris sit: *Abdicato magistratu.* Quod non ita respicit veterem formulam Romanam. *Ursin.*

*Sibyllinis]* Nugæ sunt et deliria Grammaticorum, qui Sibyllam quasi *συν βουλην* dictam existimant. Neque enim, ut volunt, *συν* Deos appellat *Eoles*, sed *Lacones*, ut Hesychius docet. Præterea nulla Sibylla



**Æolica**, ut hoc nomen ex **Æolicis** vocibus componi debuerit. Postremo **βύλλα** pro **βουλή** neque **Æolicum**, neque **Græcum** est. Plures **Sibyllæ**: unam tamen innuit **Plinius**, per quam **Cumanam** intelligit, quam cum **Erythræa** confundit, cujus **Strabo** meminit l. xiv. **Cumana** autem fuit, quæ **libros tres Tarquinio** obtulit. **Hallucinatur** autem **Solinus**, qui **Cumanam** diversam ab **Erythræa** fecerit, quod **Plinil** quem sequitur, menti est contrarium, qui unicam tantum **Sibyllam** agnovit. **Erythræa** fuit origine, **Cumana** postea habitatione. **Sibylla** autem tantæ fuit apud **Romanos** auctoritatis, ut tres **Sibyllæ** statuas fuisse prope **rostra** scribat **Plinius**, illiusque **libris** maxima habita auctoritas. **Sueton.** in **Augusto**: ‘quicquid fatidicorum librorum **Græci** **Latinque** generis, nullis vel parum idoneis auctoribus ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit, ac solos retinuit **Sibyllinos**, hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub **Palatini Apollinis** basi.’ *Salmas.*

**Sibyllinis]** Porro uti in **Sibyllinis** oraculis, quæ hodie extant, pleraque **Sibyllam** non redolent, et a **Christianis** contexta sunt, ita quædam tamen, quæ ex iis citant antiqui **Patres**, **Justinus Martyr**, **Clemens Alexandrinus**, **Athenagoras**, **Tertullianus**, in **hodiernis** quoque inveniuntur, quæ tamen ipsa an **γῆσινα** sint **Sibyllæ**, dubitare licet: hoc utique apparet habita fuisse pro **Sibyllinis** veris, quandoquidem **Patres** iis utuntur ad refutandas gentes. Unde vero **Sibyllarum** nomen promanaverit **Græci** admodum nugantur. Ego certe vocem esse **Oriantem**, non dubito, et **deflexam** esse a **Πο**, id est, *portare*. Ita et **Heliogabalus** quasi *portator Dei* dictus. **Habebant** autem **incolam Pythium**, unde et **Græcis** ideo *ἐγγαστριμυθοι* vocantur. **Talis** erat quoque species **vatum**, qui **Euryclytæ** appellati fuerunt, in quibus **fatidicus spiritus** inerat, ita

dicti ab **Eurycle**, cujus meminit **Aristophanes** in **Comœdia**, cui titulus **Σφήκες**, et **Plato** in **Sophista**. **Apparet** autem **Orientalem** vocem esse; quod antiquissima **Sambethe** appellata fuerit, a **Saba**, unde **Bacchus** quoque oriundus fuit, et plures *ἐθουσιασμένοι*. Hinc etiam **Bacchantium** clamor, *εβοῖ σαβαί, θης ἐπιτης, καὶ ἐπιτης θης*, ut testatur **Strabo**: adde quod **Pausaulas** in **Phocicis** dicat, *ὅτι τῶν Λιβύων λέγουσιν ὀνομασθῆναι*: et **Justinus Martyr** **Babyloniam** esse docet; quæ postea **Cumæa** appellata est: et postea, ut testatur **Hermeas Philosophus** in **scholiis** in **Phædrum**, omnes mulieres *τὸν μαντικὸν ἐλοῦσαι βίον* dicte fuere **Sibyllæ**. **Sibyllam** igitur *ἐγγαστριμυθὸν* fuisse credidit antiquitas, et inde nomen accepit. Quamvis pauciores tales fuerint, quam vulgo creditum est. **Plurimas** enim **melancholicas** vel **furere correptas** fuisse existimo. **Pleraque** etiam quæ de **vatibus** et **oraculis** dicuntur, **melancholiæ** adscribimus. **Impostura** quoque hic maxime locum habuit. **Ideo** que cum **minus creduli** esse homines inciperent, **oracula** et **vates** defecerunt. De **Ethnicis** **vatibus** loquor. **Divinos** enim ex **instinctu Dei** **Prophetas** certissima **oracula** effudisse ex eorum scriptis apparet. **Reliqua** **vaticinia** aut **imposturæ**, ut dixi, aut **melancholiæ** adscribo. **Imposturæ** autem **quæstus** occasionem dedit. **Non** nego tamen **dæmonem** aliquando se immiscuisse. **Sed** dicat quis, **maximi** **scriptores** **Cicero** et **Plutarchus** **refragantur**. **Cicero** hanc vim quandam, ut ipse inquit, **diffundere Deos** **longe lateque** voluit, quam cum **terræ cavernis** incladant, **tm** **hominum naturæ** implicent. ‘**Nam** **terræ**,’ inquit, ‘**Pythiam** **Delphis** **incitabat**, **natura** **Sibyllam**.’ **Prius** **Plutarchus** quoque docet, quando **oracula** **telluris** **vaporibus** **adscribitur**. **Sed** **velim** **mibi ostendant**, **quo pacto** **res** **inanimæ** **et** **rationis** **expers**, **qualis** **est** **terra**, **præsentium** **aut** **futurorum** **cognitionem**

habere possit. Introduxerunt igitur gentiles tales præcipue mulierculas, quæ favorem arte simulare norant, vel quæ atra bile laborarent. Quæ quidem intemperies quantos sæpe motus agitet, alibi ostendimus. *Thy- sius.*

[*Fatum*] De fato vide Gell. vi. 9. et XIII. 1. et Macrob. de som. Scipionis. *Zench.*

[*Præterea ab incenso Capitolio*] L. Scipione et Norbano Coss. ante Sullæ dominationem, Capitolium, quod a Regibus plus quadringentos annos manserat, exustum est, cujus incendii causa omnes latuit. Scribit Appian. l. i. et paulo post: 'Eisdem diebus Capitolium igne conflagravit, quod opus nonnulli Carbonis fuisse dicebant, alii, consulum, aut Sulla mittente patratum: veruntamen incerta, nec ipse de ea re, a quo confecta fuerit, satis habeo quod dicam. Ter enim Capitolium eversum est, et ter instauratum.' Plutarch. in Publicolæ vita: 'Primum,' inquit, 'ut diximus, a Tarquinio exædificatum dedicavit Horatius, bellis autem civilibus igni consumptum est: at secundum instauravit Sulla. Dedicatoni autem Catulus inscriptus est, Sulla morte intercepto: hoc autem rursus in Vitellii seditionibus eversum ac dirutum. Tertio Vespasianus ea, qua in ceteris felicitate usus, de integro reficere aggressus opus perfecit: sed instructi deinde a se templi eversionem non vidit: sed tanto Sullæ fortuna præstitit, quod illum mors ante consecrationem eripnit, hinc ante desolationem decessit. Una enim cum Vespasiani interitu inflammatum Capitolium, incensumque est. Hoc autem quartum a Domitio perfectum et consecratum est. Dicitur autem Tarquinus in fundamentis templi quadraginta millia argenti librarum impendisse, et in ultima instauratone 12. millia talentorum impensa excessit.' Idem in vita Sull. 'in Sylvio servum Pontii

numine afflatum, sibi obviam venturum scribit, qui diceret se a Bellona missum, ut belli potentiam atque victoriam nunciaret. Quod si non maturaret, Capitolium incendio peritisse; quod ipsum, et qua die prædictam ab homine fuerat, obvenit: ea vero fuit pridie nonas Quintilis, quas nunc Julias vocamus.' Vide et Corn. Tacit. l. ix. vide et supra B. Cat. c. 18. *Idem.*

[*Haruspices*] Haruspex dicitur, qui ex harugis, id est, hostiis inspectis futura prædicat. Terent. in Phormione: 'Haruspex vetuit ante brumam aliquid novi negotii incipere.' Hunc locum exponens Donatus, inquit, 'Haruspex ab haruga derivatur, quæ est hostia: et hara, in qua concluditur et servatur.' Haruspices, auctore Augustino, lib. de Civitate Del, sunt, qui exta pecudum inspiciunt, et ex eis futura prædicunt: et haruspices quoque illi nuncupantur, qui haras in agendis negotiis operibusque custodiunt. Haruspicium primus invenit Delphus, ut ait Plinius VIII. 56. Haruspiciam irridet Cicero in II. de Divinatione, ubi dicit alios alio modo exta interpretari, nec esse omnium unam disciplinam. Cato mirari se ajebat, quod non ridebat haruspex, haruspicem cum vidisset. *Zench.*

[*Haruspices*] Apud Romanos si quid insueti accidisset, nunciatumve esset, ad haruspices mox veteri more institutoque referebatur, qui docerent, quid Dii præmonstrarent, quidve poscerent: veteri autem lege sancitum erat, ut priusquam augurandi scientia Romanis innotuisset, hæc ad Hetruscos deferrentur. Verba legis sunt: **PRŌDIGIA. ET. PORTENTÆ. AD. HETRUSCOS. HARUSPICES. SI. SENATUS. JUSSERIT. DEFFERUNTO. HETRURIAE. QUE. PRINCIPES. DISCIPLINAM. DISCUNTO. QUIBUS. DIVIS. DECREVERINT. PROCURANTO. IIDEM. FULGURA. ET. OSTENTA. PIANTO. AUSPICIA. SERVANTO. AUGURI. PARENTO.** Ex hac lege

decreto senatus sex optimatum filios Hetruscis in disciplinam tradi solitos, ut augurandi artem addicerent, proditum est. Quæ quidem arte Fesulæ claruerant, ubi et domicilium et collegium augurum fuit. Et initio ita a Romulo constitutum fuisse legimus, ut in tribus centuriis Ramnensi, Tatienſi, et Lucernæ singuli essent augures, qui sacris cæremoniis prædictionibusque, et explanationibus eorum, quæ Dii monuissent, præessent: postea duobus adjectis, collegii numerus in quinarium excrevit (imparem enim esse debere numerum arbitrati sunt) donec tandem ne ultra novem augurarentur, Senatusconsulto cautum fuit. Sulla demum collegium, quindecim adjectis, ad viginti quatuor usque propagavit. Semel collatus auguratus, viventi non adimebatur, etiam gravissimis intercedentibus causis. In mortuorum loca legabantur alii comitiis Curiatis, quæ Pontificis maximi dicebantur, non a populo universo, sed minore parte, et iis, quibus sacerdotia conferre et demandare curæ erat. Nonnunquam a duobus unus nominari, et a toto deinde collegio acciri et coëptari poterat. Munus erat augurum et haruspicum præcipuum, auspicia captare et contemplari, id est, signa rerum futurarum Deorumque monita: et lætane essent illa, an piacularia, quidve apportarent, prosperane, an calamitosa expiandaque sacrificiis, et lactu publico, scrutari ac præmonere. Dignitas eorum tanta fuit ut velut internuncios et interpretes Deorum eos coluerit antiquitas. Quippe et Romulum haruspicinam fecisse, et ne quid, quod decretum esset, haberetur ratum, sine auguriorum consensu et suffragatione, constituisse annotatum: neque comitia haberi sine iis poterant. *Pencer.* de divinat. Vide et Camerar. de Divinat. et Boisardum.

*Signa sua*] Id est, sigilla ipsius Lentuli, ut nunc vulgo dicitur: in

annulis virorum clarissimorum capita insculpebantur, hisque literas obsignabant. Valer. Max. III. 5. scribit, e manu Scipionis detractum esse annulum, in quo caput Africani patris insculptum erat. Tranquillus in Augusto: 'In diplomatibus libellisque et epistolis signanda sphyngæ usus est: mox imagine Magni Alexandri, novissime sua, Dioscuri manu sculpta, quæ signare insecuti quoque principes perseveraverunt.' *Zauch.*

*Signa*] Signa multum differunt a sigillis: Signa quæ epistolis, quæ contractibus, quam publicis quam privatis, olim imponebantur, annulo fiebant signatorio. Sicuti et nunc epistolas claudimus. Sigilla vero posterioris ævi appenduntur funiculis, non ab annulis signatoris imprimuntur, sed ab impressis grandioribus et ad hoc factis. Tympana vocat Robertus Montensis in supplemento Sigeberti. Græci extremo imperio *τυποθήριον* et *βουλοθήριον* appellarunt, antiquiores *σφραγιστήριον*. Latini signaculum, quin et ipsa instrumenta *βοίλλας* sive bullas dixere. Ita enim vocavit infima Latinitas huiusmodi dependentia sigilla bullarum nomine, quia et bullæ formam haberent, et eodem modo dependerent ex chartis, ut illæ apud Romanos ex pectore prætextatorum. *Salmas.*

*Ut abdicato magistratu Lentulus*] Meus liber, *abdicatus magistratu.* Clacconium.

*Liberis custodiis*] Liberas vocat sine vinculis. Ambros. in epist. Pauli: 'Habebantur in libera custodia.' Tradebantur autem viri illustriores magistratui, ut ex hoc loco videre licet, et Dione l. II. *Coler.*

*Itaque Lentulus*] Hinc deprehenditur error Plutarchi et Appiani, qui dicunt, deprehensos conjuratos Prætoribus in custodiam datos esse: nam nemo ex iis qui infra ab Sallustio nominantur, tunc (quod sciam) Prætor erat: hos autem eo anno Præ-

terna fuisse comperimus, Q. Metellum Celzrem, Q. Pompejum Rufum, L. Valerium Flaccum, C. Pomptiniam, Lentulum Suram, C. Sulpitiam, de quo supra, cum de Cethego loqueremur, mentionem fecimus, C. Cosconium, de quo Cicero in Orat. pro Sulla. Appianus addit Cethegum; sed (ut supra diximus) decipitur. *Cast.*

*P. Lentulo Spintheri]* Valer. Max. IX. 15. 'Generosissimus consulatus collegio Lentuli et Metelli fuit; qui ambo in scena propter similitudinem histrionum propomodum spectati sunt. Sed alter ex quodam assecularum cognomen Spintheris traxit: alter nisi Nepotis a moribus accepisset, Pamphili retarii, cui simillimus esse ferebatur, habuisset.' *Zanch.*

*P. Lentulo Spintheri]* Id est, P. Corn. Lent. qui postea Spinther in consulatu, quod Spintheri histrioni simillimus erat, cognominatus est, ut referunt Valer. IX. 15. et Plinius VII. 12. Consul autem fuit cum Metello Nepote, anno post Urbem conditam 696. in quo magistratu maximam gloriam adeptus est, quod Ciceronem redaxit. Cicero et Dion I. IX. in Civilibus bellis Pompejanas partes secutus est, ut discimus cum ex illis, tum maxime ex Cæsare. *Cast.*

*Qui tum ædilis erat]* Seu curulis. Plin. IX. 39. 'hic P. Lentulus Spinther ædilis curulis, primus in prætexta usus dibapha improbat: qua purpura quis non jam,' inquit, 'triciliaria facit?' Spinther ædilis fuit, Urbis conditæ anno septingentesimo, Cicero. Consule.

*Qui tum ædilis erat]* Postquam tribuni plebis creati fuerunt, plebs petiit a Senatu, ut permetteret sibi binos viros quotannis plebejos creare, qui omnia tribunis subministrarent, quæ eis opus essent: et ut iudicaret eas causas, quas ipsi eis permetterent, ac sacrorum publicorumque locorum, et affluentis forensis curam

haberent: quod cum a Senatu concessum foret, viros duos creavere, quos ministros tribunorum, et collegas iudicesque vocaverant, hi quæ ædiles plebi dicti sunt: deinde cum iterum plebs contentione maxima cum patribus certavisset, ac tandem ut alter ex consulibus plebejus fieret, obtinisset, patres pro communicato plebi consolato, ædilitatem simul et præturam vindicarunt. Primum ædiles curules Cn. Quintum Capitolinum et P. Corneliu Scipionem, ex patribus creaverant: postea cum Julius Cæsar rerum potiretur, tunc primum sex ædiles creati sunt: duo patricii, qui Cereales dicti, quia curam gererent annonæ forensis, coplæque cibariorum: quatuor vero ex plebe, ut Dion I. XLII. his verbis meminit: καὶ ἐς μὲν τὸ πρῶτον ἄνθρωποι, πρότερον καὶ ἀγοράνομοι, τότε πρῶτον, δύο μὲν καὶ ἐξ ἀπατριδῶν, τέσσαρες δὲ ἐκ τοῦ πλῆθους. ἂν οἱ δύο τὴν ἀπὸ τῆς ἀμύγδαλος ἐπιμελίαν φέρουσιν. Horum præcipuum munus erat, urbis, ædium sacrarum, publicarum, curam agere, ad eosque absentibus vel impeditis consulibus summa rerum, et majestas consularis imperii sæpe delata est: hi præcipue curabant, ut ædificia publica privataque fierent, ut templa, theatra, fora, porticus, curiæ et basilicæ, atque mœnia magnificis operibus reficerentur et ornarentur, quod Cic. in III. de Legibus ostendit: 'Sunt ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumque, illisque ad honoris amplioris gradum primus accessus esto.' Idem in 7. Verr.: 'Nunc sum designatus ædilis, scio mihi ludos sanctissimos maxima cum cæremonia, Cereri, Libero, Liberæque faciendos: mihi Floram matrem populi plebique Romanæ ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæque esse faciendos: mihi totam urbem tuendam esse con-

missam.' Hicque eis, qui plus quam lege definitum erat, agri possiderent, diem dicere, matronas adulterii accusare, fœneratores coërcere, et obsonia inhibere, atque in exilium mittere poterant; itemque ad ipsos Senatus-consulta in ædem Cereris deferebantur. *Zanch.*

*Q. Cornificio]* Hic est, qui petiit consulatum cum Cicerone et repulsam tulit. Cicero epistolarum ad Atticum l. i. et Asconius in expositione Orationis in Toga candida. *Cast.*

*Q. Cornificio]* Hic, ut opinor, in veteri denario dicitur, *Q. CORNIFICIVS. AVG. IMP.* Imperator scilicet ex Africa Provincia, in Consulatu Ciceronis competitor, et in anguratu collega, ut in Epistolis Ciceronis ad eum scriptis intelligimus. *Ursinus.*

*CAP. 48 Gaudium atque lætitiā]* Lætitia, ut ait Festus, demonstratur gestu corporis: gaudium est in animo sine gestu aliquo exteriore. Cic. l. iv. Tusculanar. quæst. inquit: 'Nam cum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur: cum autem et inaniter et effuse animus exultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest: quam ita definiunt, sine ratione animi elationem.' Et paulo ante: 'ut sit lætitia præsentium bonorum, libido futurorum.' *Zanch.*

*Namque alia belli facinora]* Sic supra, 'cædem, incendia, aliaque belli facinora.' *Ciacc.*

*Quidam L. Tarquinius]* Post expulsos reges, *Tarquiniolorum* nomen adeo Romanis inuisum fuit, ut eo nomine nemo, quod apud scriptores exstet, fuerit appellatus: nam quod ex Sallustii Historiarum l. iiii. a Servio, Nonioque adducitur, 'medius inter Tarquinium et dominum Perpennam,' in antiquo lib. Farnesiano legitur, *Medius inter Tarquitiū et dominum Perpennam.* Hic ergo, *Tarquitiū*, legendum videtur. Apud Tacit. etiam

*Annal. xii.* ubi in vulg. est, '*Statiliū Taurum opibus illustrem, hortis ejus inhians, pervertit, accusante Tarquinio Prisco,*' legitur in scripto libro *Tarquitiū*. *Ciacc.* Nec item aliter in argenteis denariis quam *C. TARQUITIVS* nominatur *Ursin.*

*Quidam L. Tarquinius]* Frustra nobis obtrudetur *Tarquinius*, nisi id etiam confirmarint auctoritate sua libri scripti. Nostri omnes pugnant pro *Tarquino*: et vero, *Lector*, vise inscriptionum nostrarum volumen; invenies id nominis, pagina XLIV. II. CCCCLXXI. 7. DCCCXXII. 1. DCCCXCVI. 6. *Grut.*

*Aliique de conjuratione deprehensi]* Exemplaria calamo descripta ex conjuratione: sed est idem utrobique sensus, et utrumque Latine dicitur. *Riv.*

*Properaret ad urbem accedere]* *Pull. Naz. ant. Com.* non habent dictiunculam *ad*, et abesse potest: quamvis magis suspicer haud eam modo supervacuam, sed et sequens *accedere*. *Gruter.*

*Quo et ceterorum animos reflexerit, et illi facilius periculo eriperentur]* Sic est e codice Fabriciano legendum. Quibus in verbis hæc a vulgata lectione discrepent, facile est videre. Primum addendum est *et, quo et ceterorum*, dein e periculo legendum. *Rivius.*

*Tametsi verum existimabant]* *Meus* liber *vera* habet. *Ciacc.*

*Tanta vis hominis]* Id est, tanta potentia. Nam præterquam, quod dives erat, gratissimus quoque populo legabatur, propterea quod facilis ad opem ferendam indigentibus erat: nam summa in appellandis civibus ac salutandis humanitas gravissimum illum populo faciebat; nemini enim tam sordido tamque humili Romanorum occurrebat, cui salutatus ipse salutem non redderet, ac proprio nomine compellaret. *Plutarch.*

*Magis leniunda]* Sic in manuscriptis. *Vulgo leniunda.* *Rivius.*

*Plerique Crasso ex privatis negotiis obnoxiis] Legendum, ex negotiis privatis, ut adjectivum sequatur. Sic enim est in manuscriptis, et in impressis vetustioribus. Idem.*

*Frequens senatus decrevit] In Manuscriptis isdem, decernit. Idem.*

*Neque amplius potestatem faciendam] Alii libri addunt, cui: cui potestatem faciendam. Ciacc.*

*Esset mentitus] Gellius xi. 11. ex verbis P. Nigidii inter mendacium dicere et mentiri differentiam ponit: 'Qui mentitur,' inquit, 'ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur.' Item hoc addit: 'Qui mentitur, fallit quantum in se est: et qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est.' Zanch.*

*Erant eo tempore] Libri Augustani: Fuere eo tempore. Magis Sallustian. Supra: 'Fuere itam, ea tempestate, qui,' &c. Putschius.*

*Tantum illam contumeliam] Alii lib. non habent illam. Sed infra: 'tanta mala ista effugiatis.' Ciacc.*

*Tantum illam contumeliam sibi a Cicerone paratam] Sic et Aldus. In antiquis rectius, ab Cicerone impositam: sic enim codices in membrana descripti. Jam contumeliam imponere est alicubi apud Ciceronem. 'Quibus tu,' inquit, 'privatim injurias plurimas contumeliasque imposuisti.' Eodem modo Florentinum. Rivius.*

CAP. 49 Q. Catulus] Q. Lutatius Catalus omnium confessione Senatus princeps, qui consul fuerat cum M. Emilio Lepido anno ab Urbe condita 675. hic (ut narrat Paternulus) cum dissuadens Gabinii legem, qua maritimum bellum Pompejo mandabatur, in concione dixisset, esse quidem præclarum virum Cn. Pompejum, sed nimium jam libere imperare reipublicæ: neque omnia esse in uno rependa, adjecissetque: 'Si quid huic acciderit, quem in ejus locum substituetis?' succlamavit univèrsa concio:

*Delph. et Var. Clas.*

'Te, Quinte Catule.' Cicero in Pisone sic de hoc Catulo locutus est: 'M. Q. Catulus princeps hujus ordinis, et auctor publici consilii frequentissimo Senatu parentem patriæ me nominavit: quæ verba adscripsi, quoniam Plutarchus et Appianus dicunt, Catonem, non Catulum, parentem patriæ Ciceronem appellasse: verum cum Cicero, Livius, Sallustius, Plinius, Tranquillus, Paternulus, Florus, Valerius, Entropius, et alii hunc Q. Catulum vocent, unus (ut puto) Appianus C. appellat. Cast.

*Q. Catulus, et C. Piso neque gratia] Refert Tranquillus Cæsarem inter conjuratos in Senatu nominatum fuisse, sed credo id factum horum subornatione. 'Recidit,' inquit, 'rursus in discrimen aliud inter socios Catilina nominatus, et apud Novium Nigrum Quæstorem a L. Vettio indice, et in Senatu, a Q. Curio, cui quod primus consilia conjuratorum detexerat, constituta erant publice præmia, Curius et Catilina se cognovisse dicebat. Vettius etiam chirographum ejus Catilinæ datum pollicebatur: id vero Cæsar nullo modo tolerandum existimans, cum impetrato Cicer. testimonio, quædam se de conjuratione ultro ad eum detulisse docuisset, ne Curio præmia darentur, effecit.' Zanch.*

*C. Piso] Etai eo tempore quidam Cn. Pisones Romæ fuerunt, ut ex Hireio et Valerio cognoscimus: tamen non dubito, quin hic legendum sit C. Pto: is enim consul fuerat cum Acilio Glabrione, et postea Galliam administravit, ut ex Cicerone ad Atticum l. i. et Dione l. xxxvi. notum est. Inde reus factus, a Cicerone tum consule defensus est, et quoniam consul fortis constansque fuerat, incolumis est reipublicæ conservatus, ut ipse refert Cicero in oratione pro Flacco: quæ omnia conveniunt cum iis, quæ infra Sallustius ait: 'Piso oppugnatus in judicio pecuniarum*

*Sallust.*

2 G

repetundarum propter cuiusdam supplicium injustum? accedit præterea auctoritas vetusti codicis, in quo C. Piso legitur. *Cast.*

*Neque precibus, neque gratia, neque pretio Ciceronem impellere quiverunt*] Manuscriptum, *neque gratia, neque precibus, neque pretio.* Rivius.

*Neque gratia, neque precibus, neque pretio, &c.*] Extant isthæc omnia in Pallat. sed alio positu. Nazarian. enim ac Pall. secun. quint. septim. oct. decim. duodecim. *neque precibus, neque gratia, neque pretio.* At Pallat. tert. sext. non. *neque precibus, neque pretio, neque gratia:* solum undec. retinet, *neque precibus, neque gratia:* nam est in quarto; *neque precibus, neque gratia, neque pretio:* posset illud *neque precibus* videri supervacuum; non est: nam et tria hæc etiam invenias junctim apud Auctorem ad Herenn. lib. tertio. *Gruterus.*

*Impellere quiverunt*] Ita reposuimus adnitente Prisciano, cum ante vitiose legeretur, *potuerunt.* Infra: 'neque inde maxima vi depelli quiverunt:' et mox: 'Neque diutius Numidæ resistere quivissent.' Verba illa, *neque precibus,* absunt a tribus libris. *Putschius.*

*Uti per Allobroges aut per alium indicem*] In Mss. non est illa repetitio præpositionis *per:* nisi quod in Fabriciano eadem est in spatio addita, quod versus dirimit. *Rivius.*

*Nam uterque cum illo graves inimicitias exercebant*] Hic ordo verborum et hæc collocatio est in manuscriptis. Porro, *uterque exercebant,* peculiaris est loquendi ratio historicorum. *Id.*

*Piso oppugnatus in judicio pecuniarum repetundarum*] Quamvis et descripti calamo libri sic habeant, non est in plerisque tamen, *pecuniarum:* et melius atque elegantius subauditur; irrepsit autem ex glossa. Ascōn. 'Fuit,' inquit, 'Catilina patricius, et eodem illo tempore erat reus repetundarum.' Idem, 'Nam iudicium quo-

que secutum repetundarum.' Non negaverim tamen apud Ciceronem addi solere: ut, 'Clamares te lego pecuniarum repetundarum non teneri.' et, 'Piso Frugi legem de pecuniis repetundis talit.' *Idem.*

*Pontificatus*] Suetonius Julio c. 13. Ovid. l. III. Fastorum: 'Cæsaris innumeris quos maluit ille mereri Accessit numeris Pontificalis honor. Ignibus æternis æterni nomina præsent Cæsaris, imperii pignora juncta vides.' Quo strenue defunctus Pontificales libros scripsit, qui citantur alibi a Festo, Varronemque bibliothecæ præfecit, qui ei libros suos rerum Divinarum inscripsit. Lactantius i. 6. 'Marcus Varro, quo nemo unquam doctior, ne apud Græcos quidem, nedum apud Latinos, in libris rerum divinarum, quos ad C. Cæsarem Pontificem Max. scripsit.' *Putschius.*

*Pontificatus*] Romæ fuit collegium Pontificum honoratissimum, quod Numa Pompilius primus instituit, qui Pontificem Marcium, Marci filium, ex patribus elegit, eique sacra omnia exscripta, exsignataque attribuit: quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent, atque unde sumptus, pecunia erogaretur, ceteraque omnia publica privataque sacra Pontificis scitis subiecit, ut esset, quo consultum plebs veniret, ne quid divini juris negligendo patrios ritus, peregrinosque asciscendo turbaretur: nec cælestes modo cærimonias, sed justa quoque funebria, placandosque Manes, ut is Pontifex edoceret. Liv. l. i. Pontifices auctore Dionyio, l. ii. sunt rerum maximarum domini, multatæque consueverunt, quos viderint jussis suis minime obsequentes: ipsi vero neque Senatui, neque pop. Rom. rationem reddere coguntur. defuncto autem eorum aliquo, alius in demortui locum substituitur, non a populo electus, sed ab eis ipsis, quicumque maxime idoneus ex civibus videtur: isque ita sacerdotium proba-

tus accipit, si bonorum eidem civium anguria eveniant. *Zanch.*

*Extrema aetate*] In fragmentis: 'Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingressus, matre sua veneno interfecta.' *Putachius.*

*Adolescentulo Cæsare*] Anno ætatis 36. Pontifex enim maximus nominatus, et post ædilitatem creatus est: quæ cum biennio distet a quæstura, et quæsturam Cæsar gesserit anno ætatis 33. quod Suetonius declarat, Pontificatum consequi non potuit ante annum 36. Sic Cicero Curionem l. II. Famil. Ep. 1. *adolescens*, et Ep. 12. l. II. ad Attic. *juvenem* nominat, cum ea epistola septem annis ante illam ad Curionem scripta sit. Nam in ea, Clodii tribunatum petentis mentio fit, eæ vero ad Curionem omnes, præter ultimam gratulationis officio fungentem, Calvino et Messalla Coss. scriptæ sunt: quo certe anno videtur Curio major annis 30. fuisse, cum biennio post trib. pleb. fuerat, Sulpitio et Marcello Coss. ut patet ex Ep. 12. l. II. Fam. In oratione etiam pro Mornæna vocatur *adolescens Ser. Sulpitius*, cum minor annis 30. certe non esset. Habita enim oratio illa a Cicerone Consule: Sulpitius autem post annos 11. consulatum gessit. Et l. II. de Orat. cum dixisset Cicero de L. Crasso, non multa eum, quæ quidem exstarent, et ea ipsa adolescentem, scripta reliquisse, postea in lib. de Claris Orat. ejus orationem quam habuit pro Servilia lege, annos natus 34. exstare significat. *Manut.*

*Magnam illi incidiam conflaverat, usque adeo ut illi equites Rom.*] Manuscripta usque eo; sed eodem sensu; quod ipsum frequens apud Ciceronem est. *Riccius.*

*Qui præsidii causa cum telis erant circum ædem Concordiæ*] In Merseburgensi est, *circum Concordiæ*, ut subandias *ædem*, quomodo in similibus: velut 'ad Juturnæ' apud Ciceronem: 'ante Castoris,' apud eundem. Sic

Plantus 'in Veneris' inquit, pro *fa sanum Veneris*. Testatur autem Porphyrio alicubi, libenter facere auctores, ut hac ellipsi utantur, cum de locis sacris loquuntur. In ceteris manuscriptis est vulgata lectio. *Id.*

*Circum ædem Concordiæ*] Perperam Carrionis editio expunxit *ædem*, et si enim sæpius subaudiatur, haud tamen eam perpetuo subtercent auctores. hic certe comparet in Mss. omnibus, etiam Bongarsianis. *Gruterus.*

*Seu animi nobilitate impulei*] Dictio ultima fere vacat. Ceterum ambigamus, magis ne hic quadret *mobilitate*, (quod editionibus jam omnibus invexit auctoritas Carrionis, et se sustentat alioquin fide codicum antiquiorum) an vero *nobilitate*, quod in membranis ceteris. Placuit mihi ultimum, ob causas positas a me in Suspicionibus. *Idem.*

CAP. 50 *Liberti et pauci ex clientibus Lentuli*] Sic Mss. Pall. non *libertini*; quomodo antea editi. Snb *libertis* alii isti comprehenduntur: et verosimilius est plus satieisse recentiore affectos beneficio. *Idem.*

*Viciis*] De vicis vide Onuphrium. Ex multiplicatis domibus fit vicus. Ex vicis urbs. Urbani autem vici a via dicuntur, teste Varrone, quod ex utraque parte viæ sunt ædificia. Vicus extra urbem pluribus connexis ædificiis pagus dicitur l. 198. de V. S.

*Atque liberos suos, lectos, et exercitatos in audaciam, orabat uti, &c.*] Hæc positura in nullis visitur Mss. in nullis patrum memoria cusis: omnes enim, *exercitatos, orabat in audaciam, uti*: quod velim excutiant quibus otium est. Nam mihi fere duæ illæ voces suspectæ fiunt, tanquam ab interprete; et heic non comparent in Palatino codice, quem signavi nota undecimi. *Gruterus.*

*Grege facti*] Id est, multitudine facta. *Vall.* Sic Jugurth. 'Romani grege facti locum capere.' *Ciac.*





κἄτι δένυσθαι θεωρεῖν ἰκανῶς τὸ ἀληθές, ἀλλ' ἐπισκοπεῖν τῇ κρίσει τὸ βίον ἡδὲ καὶ λυπηρόν. Et Demosthenes: ἐν τῇ περὶ ἐν Χαλκιδόνων "Ἐδει μὲν τοὺς λόγοντας ἕκαστας ἐν ὁμίῳ μῆτε πρὸς ἑχθροὺς ποιῆσθαι λόγον μὴδένα, μῆτε πρὸς χάριν, &c. Item Thucydides l. III. in concione Diodoti: Νομίξω δὲ ὅσο τὰ ἐνωτάτα εὐβουλία εἶναι, τάχος τε καὶ ὀργῆν ἐν τὸ μὲν μετὰ ἀπορίας φιλεῖ γίνεσθαι, τὸ δὲ μετὰ ἀπαυδουσίας, καὶ βραχύπτος γνάμψ. *Maenius.*

*Neque quisquam omnium libidini simul et usui paruit*] Alibi ita legitur: *neque hominum quisquam libidini simul et usui parit*: quæ lectio mihi non displicet: nec scire possum, quid variare voluerit, quisquis hæc nobis nuper emendavit. Idem paulo post conjunctivum *consuluerint*, mutavit in *consulerunt*, præteritum indicativi. *Glareanus.*

*Ubi intenderis ingenium, valet*] Tacit. 'Languescet alioquin industria; intendetur scordia.' et Jugurth. 'Intendere officia,' dixit. *Ciacconius.*

*Animus nihil valet*] Hæc omnino inducenda esse me monnit amplissimus Jacobus Bongarsius, quod a Sallustiana brevitate aliena sit hæc infaceta repetitio, quam suspicionem auget *Ms.* in quo sic legitur: *animus: nihil valet, in faciendo reotum.* *Putschius.*

*Magna mihi copia est memorandi*] Sic Jugurth. 'quod per amicitiam maxima copia fallendi erat;' et, 'habere eam magnam copiam societatis.' *Ciacconius.*

*Qui reges, aut qui populi, ira aut misericordia impulsit, male consuluerunt*] *Manuscripta consuluerint*: quomodo et Latinitatis ratio postulat; nisi si quis *ἐρέψωσιν* esse modi velit. Sed et codex Badianns eodem modo habet, et ceteri vetustiores. *Rivius.*

*Memorandi qui reges atque populi*] Sic fere manu exarati, tempore antiquiores, nisi quod nonnulli eorum, qui *populi atque reges.* Antea vulgabatur *asperfluitate nimia, memorandi, Patres*

*conscripti, qui reges, aut qui populi.* Mallem adhuc, qui *reges, qui populi,* ut est in Pal. quarto: sed nec reticeo extare in Nas. a manu prima: *memorandi, quas reges atque populi ira aut misericordia impulsit consuluerint*: sine vocula *male.* *Gruterus.*

*Sed postquam bello confecto de Rhodis consultum est*] *Fabricianum, consultatum est*: sed dissentientibus fere ceteris. *Rivius.*

*Bellis Punicis omnibus*] Tria enim Romani cum Carthaginiensibus bella gesserunt. Primum bellum susceptum fuit, quia Messana, Siciliae civitas pop. Rom. socia quereretur de impotentia Pœnorum: quare popul. Rom. Appio Claudio Cos. primam fretum ingressus est, fabulosis infame monstris, æstuque violentum: sed adeo non exterritus est, ut ipsam ruentis æstus violentiam pro munere amplecteretur: statimque ac sine mora Hieronem Syracusanum regem tanta celeritate vicit, ut ipse ille se prius victum, quam hostem videre fateretur: et deinde Dullius consul in Sicilia adversus classem Pœnorum pugnavit, primusque Romanorum ducum navalis victoriæ duxit triumphum. Ob hanc causam ei perpetuus honos habitus, ut revertenti cœna tibicines canerent, et funale præferretur. Polyb. l. i. scribit, L. Lutatium consulem in Sicilia quoque pugnasse contra Carthaginienses, duce Amilcare, Carthaginiensiumque naves quinquaginta fractas vel submersas: septuaginta plenas captas fuisse, reliquis fugisse serunt: e Carthaginiensibus vivi capti, præter eos qui inter certandum perierant, ultra decem millia hominum. Inde ab Lutatio cum Amilcare fœdus percussum est. de quo late Polybius eod. l. Duravit id bellum annos quatuor et viginti, quod et Livius l. ix. primæ Decadis testatur. Secundi vero belli Punici causa Annibalis Pœnorum ducis contra fœdus per Iberum transitus fuit,

a quo Saguntus sociorum popul. Rom. civitas, octavo mense capta est: de quibus injuriis missi legati ad Carthaginienses, qui quererentur, cum satisfacere nollent, bellum eis indicatum est. Annibal superato Pyrenæo saltu per Gallias, fuis, qui obsistere ei conati erant, ad Alpes venit: et laborioso per eos transitu, cum montanos quoque Gallos obvios aliquot præliis repulisset, descendit, ibique sexdecim annos contra Romanos prospere pugnavit: tandem a Scipione Africano, qui primus victæ a se gentis cognomen invenit, bello finis impositus est: de quo multa Livius, Plutarch. et Florus tradant. Tertii Punici belli initium altero et sexcentesimo anno ab Urbe condita, intra quintum annum, quam erat cœptum, consummatum omnino est: inter M. Porcium Catonem, et Scipionem Nasicam, quorum alterum sapientissimum virum in civitate habebant, alter vir optimus a Senatu judicatus erat, diversis certatum est sententiis, Catone suadente bellum, et ut omnino deleteretur Carthago, Nasica dissuadente: placuit nihilominus, eo quod contra fœdus naves haberent, et extra fines exercitum duxissent, quodque socio populi Romani et amico Massinissæ arma intulissent, et quod filium ejus Gulussam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum minime recepissent, bellum eis indici, priusquam ullæ copiæ in naves imponerentur. Uticensis legati Romam venerunt, se suaque dedites: ea legatio veluti maximum belli omen grata patribus, acerba Carthaginiensibus fuit. Legati triginta Romam venerunt, per quos Carthaginienses se dedebant. Catonis sententia periclitum, ut decreto perstaretur, et ut Consules quamprimum proficiscerentur ad bellum. Macrino igitur consule, terra marique fervebat obsidio: operis portus nudatus: et primus sequens jam murus, tantum Byrsa, quod

nomen arci fuit, quasi altera civitas resistebat, quamvis profligato urbis excidio, tamen fatale Africæ nomen Scipionum videbatur. Igitur in alium Scipionem conversa respubl. finem belli reposcebat. Hunc Paulo Macedonico procreatum, Africani illius magni filium, in decus gentis assumpserat, hoc scilicet fato, ut quam urbem concusserat avus, nepos everteret. Zanch.

*Cum sæpe Carthaginienses et in pace et per inducias] Perperam est in recentioribus alterum et omissum, non quidem ullo cum detrimento sensus, sed elegantiam orationis tamen. Rivius.*

*Multa nefaria facinora fecissent] In Mørseburgensi est, nefanda: sed eodem sensu. Est et apud Ciceronem 'nefandum scelus.' Idem alicubi 'scelus nefarium facere' dixit. Item, 'scelestum et nefarium facinus.' Id.*

*Nam si digna pena pro factis eorum reperiretur, novum consilium approlo] Manuscripta, reperitur, indicandi modo, tempore præsentis: quo quidem et tempore et modo in statim subsequentibus cumque his coherentibus utitur, Sin magnitudo sceleris omnium ingenia exsuperat, &c. Idem.*

*Victis acciderent] Occidere victos passim jus belli appellatur. Alcon ad Saguntinos apud Livium: 'Sed hæc patiendâ censeo potius, quam trucidari corpora vestra, rapi trahique ante ora vestra conjuges, ac liberos belli jure sinatis.' Et eleganter Cyprianus: 'Homicidium, cum admittunt singuli, crimen est; virtus vocatur, cum publice geritur; impunitatem sceleribus acquirit, non innocentiam ratio, sed sævitiam magnitudo.' Plus dicit Seneca: 'Quodcumque libuit facere, victori licet.' Quin et sacra, et profana eripere militare jus erat: Belli legem appellavit Cic. pro Servilio, et Plautus in Amphitr. 'Deduntque se, divina humanaque omnia.' Et de sacris profana facere posse JC.*

inuit in l. inter stipul. §. sacrum. et l. continna. §. cum quis. ff. de. V. O. In quantum cetera licita sint, id est, impunitatem habeant, vid. Grot. l. III. 4. et 5. de jur. bell.

*Rapi virginæ, pueros; divellî liberæ a parentum complexu: matres familiarum pati quæ victoribus collibuisseant]* Sic Cicero Fam. l. v. Ep. 10. 'Tot ingenuos, matresfamilias.' Et oratione III. in Antonium: 'Matresfamilias, virginæ, pueri ingenui abripiuntur.' In Verrem quoque: 'Mitto adhibitam vim ingenuis, matresfamilias violatas.' *Manutius.*

*Matresfamiliarum]* Auctore Boëtio libro Commentariorum in Topica Ciceronis secundo, tribus modis uxor habebatur: usu, farre, cœmptione: sed confarreatio solis Pontificibus conveniebat. Quæ autem in viri manum cœmptione convenerant, hæc matresfamilias vocabantur: quæ vero usu vel farre, minime: cœmptio vero certis solemnitatibus peragebatur: ut sese in communicando invicem interrogarent. Vir ita, An sibi mulier materfamilias esse vellet? respondebat, velle. Itaque mulier in viri manum conveniebat, et vocabantur hæc nuptiæ per cœmptionem: et erat mulier materfamil. viro loco filiæ. Quam solemnitatem in suis institutis Ulpianus ponit: ex sententia vero Gellii, materfamilias appellata est ea, quæ in mariti manu mancipioque esset, quando non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, et in sui heredis locum venisset. Materfamilias non ante dicebatur, quam vir ejus paterfamilias hoc nomine dictus esset: nec possunt plures hoc nomine in una familia præter unam appellari: sed nec vidua, nec quæ sine filiis appellari potest. Fest. Matrônæ vero, ut obiter et id dicamus, dicta est, quæ in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiamsi sibi liberi nondum nati forent: dictaque est

non a matris nomine adepto jam, sed cum spe et omine mox adipiscendo: unde et ipsum matrimonium dicitur. Gellius. Festus ait: 'Matrônæ appellabant eas fere, quibus habendi stolas jus erat: et matrônæ a magistratibus non submovebantur, ne pulsari, contrectarique viderentur, neve gravidæ concenterentur. Sed nec viri earum, sedentes cum uxoris in vehiculo, descendere cogebantur.' *Zanchius.*

*Compleri]* Variant hic veteres libri, cum sic nonnulli, alii *impleri* habeant: et quanquam idem est utrobique sensus, prior tamen lectio verior: nam in Jugurthino: 'Luctu atque cæde omnia complentur.' D. quoque Augustinus, libro primo de Civitate Dei ad Marcellum, *Compleri*, non *Impleri* legit. *Popma.*

*Scilicet quem res tanta atque tam atrox non permovet, cum oratio accenderet]* In vetustis, *accendet*. quomodo et Badianum exemplar. Quoddam e manuscriptis, *accendat*, ut *diverrens* ponatur, seu modo potentiali, ut voveant, pro *accendere possit*. Rivius.

*D. Silanum virum fortem atque strenuum, certe scio, quæ dixerit, studio resp. dixisse]* Volumen Fabricianum, certo scio, quomodo et Cicero ipse loquitur. nam is *resp. certo* fere utitur, quoties quid sine dubio scire se significat. *Idem.*

*Verum sententia ejus non videtur mihi crudelis (quid enim in tales homines crudele fieri potest?) sed aliena a rep. nostra videtur]* Manuscripta, *Verum sententia ejus mihi non crudelis*, omisso verbo illo *videtur*: id quod brevitati Sallustianæ magis convenit: nam postea *resp. videtur* sequitur. *Idem.*

*Alicna a Rep.]* Crimina nonnunquam impunita manere ipsius Reip. interest; majus aliquando periculum in pœna, quam in crimine. Suprema salutis publicæ lex esse debet. Nemo membra urit, secat, ut perniciem toti corpori inferat. Multi morbi qui-

ete sanantur, agitatione recrudescunt. Sæpe humores non movere purgando, via ad sanitatem est. Præcipue aliquando reos non punire Politicum est, si principem locum in Rep. teneant, magnas et validas clientelas habeant, inde metuenda sit præsens seditio. Heracleenses, ut Aristot. Polit. lib. v. tradidit, cum de crimine quodam pronunciassent, seditione ingenti tota concussa est Resp. Aliquando unius effusus sanguis sanguine totam regionem involvit. Satius itaque sæpe est crimina declinare, quam vindicare. Hippias, Themistocles apud Græcos, Coriolanus, Marius, Cinna, Cæsar, Antonius hostes appellati, vere hostes effecti sunt, maximumque postea Reip. intulere detrimentam. Ita autem absolvere, ut postea quis dolo perimatur, Politicæ considerationis est. *Thys.*

*Te, Silane, Consulem designatum*] Non video aut emphasin aut gratiam, in vocibus duabus postremis; si quis expungendas putaverit, ei accessero suffragator. *Gruterus.*

*De timore, &c.]* Cum duo proposuisset, metum et injuriam, et de metu dicere supervacaneum esse dixerit; aliam partem de injuria omisit, nisi librarii vicio deest, ut existimo. *Cicero.*

*Cum præsentis consilio*] Ita emendavimus ex v. c. cum vix aliter constet sensus. Ita dictum ut Ciceroni: 'Hercules tantus ac tam præsens Deus.' Præsens est propitius. Varro rerum divinarum apud Servium: 'Juturna inter proprios Deos, nymphasque ponitur;' legendum, *inter propitios Deos.* Propitios idem quod præsentis; nam proprios apud Varronem nullum sensum habet, quod superiora Servii declarant. Dicta Juturna a juvando, ut idem Varro. 'Juturna nympha,' inquit, 'quæ juvaret; itaque multi ægroti, propter nomen, hinc aquam petere solent.' *Putach.*

*De pæna equidem possum dicere, id*

*quod res habet*] Ejice verbum *dicere*, quod nimis turbat elegantiam Sallustianam: præcessit enim, 'de timore supervacaneum est disserere.' *Putach.*

*De pæna, possumus equidem dicere, quod res habet*] Præstat istud longe lectioni nupere vulgatæ, *possum equidem dicere*; quæ et plus invidiæ habet, et minus auctoritatis: et vero, primam illam custodiunt Mss. pene omnes, editique ante Pomponium. *Gruterus.*

*In luctu atque miseriis mortem ærumnarum requiem, non cruciatum esse: eam cuncta mortalium mala dissolvere: ultra neque curæ, neque gaudio locum esse*] Idem supra: 'Miseriis suis remedium mortem expectare.' Et in Jugurtha: 'Morte graviorem vitam exigere.' Cicero quoque l. iv. Ep. 13. 'Sæpius mihi veniebat in mentem, queri, quod ita viverem, quam gaudere quod viverem.' Et v. 15. 'In ea tempora nostra ætas incidit, ut cum maxime florere nos oportet, tum vivere etiam puderet.' Et vi. 3. 'Ita vivere, ut non sit vivendum, miserimum est: mori autem nemo sapiens miserum duxit, ne beato quidem.' Et vii. 3. 'Ubi non sis qui fueris, non esse cur velis vivere.' Idem quoque oratione 4. in Catilina: 'Mortem sapientes nunquam inviti, fortes etiam libentes appetiverunt.' Et Livius l. ii. Dec. iii. 'Qui se bene mori, quam turpiter vivere maluit.' De Græcis autem Euripides in Theseo: Ταχὺς γὰρ ἔστιν βῆστος ἀνδρὶ δυστυχίῃ. Et idem: τὸ γὰρ θανεῖν κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζονται. Et Xenophon in Rep. Lacedæmoniorum: Ἄξιον δὲ τοῦ Λυκοῦργου καὶ τῶδε, ἀγαθὴν αἶψα κατεργάσασθαι ἐν τῇ πόλει, αἰρετέτερον εἶναι καλὸν θάνατον ἀπὸ τοῦ αἰσχροῦ βίου. Et Æschylus: Κρεῖσσον γὰρ εἰς ἀναξ θανεῖν ἢ τὰς ἀνάσας ἡμέρας πασχεῖν κακῶν. Contra autem in Jugurtha: 'Quævis,' inquit, 'turpis vita integra fama potior fuit.' *Manutius.*

*An quis lex Porcia vetat, aut aliam*

*leges? Item condemnatis civibus non animam eripi, &c.]* Legendum ex antiquis, *An quia lex Porcia vetat? At alia leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exsilium permitti jubent.* Sic et manuscripta habent, et sensus ipse postulat, modo et sequentia spectes, et locum accurate totum excutias. *Rivius.*

*Aut alias leges: item condemnatis civibus non animam]* Hoc loco et incerta distinctio est, et quid hæc verba sibi veliat, minus certum: tum quid ad hanc argumentationem faciant, haud equidem scio. Lector ipse judicet. Quidam putant, *aut alia leges*, interrogative legendum: ac deinde inferendum, *item condemnatis civibus, &c.* quod rursus de lege Porcia intelligi volunt, et de aliis item legibus. Statim post: 'Quid autem acerbum, aut nimis grave est in homines tanti facinoris convictos?' Aldinus codex bis *aut legit; aut acerbum, aut nimis grave: et conjunctos*, pro *convictos*: quorum neutrum mihi placet. certe Gothi nostri codex habet, *convictos; non conjunctos.* Glareanus.

*An quis lex Porcia vetat]* Porciam legem designat, quæ ut ait Lælius l. x. 'pro tergo civium Romanorum lata est.' De qua ita Cicero pro C. Rabirio: 'Porcia lex,' inquit, 'libertatem civium lictori eripuit.' In denariis autem argenteis Porciæ familiæ, quos P. Porcius Læca signavit, hujus legis symbola expressa sunt hæc. Vir togatus, sive ut in aliis, magistratus in sella sedens curull, qui medius inter lictorem, et eum qui provocat, civis Romani libertatem lictori, ut inquit Cicero, eripit; cum hac inscriptione, *PROVOCO.* *Ursinus.*

*At alia leges item, condemnatis civibus non animam eripi, sed exsilium permitti jubent]* Liber ille Polonicus, *sed in exsilium permitti jubent;* quomodo etiam Pal. quart. sext. nam tert. et nonus exhibent; hic quidem, *at alia leges item de condemnatis civibus vitam*

*eripi, sed in exsilium mitti jubent;* illo vero, *at alia leges in condemnatis civibus non animam eripi sed in exsilium mitti jubent.* Vix fit mihi dubium quin revocandum sit, *non animam eripi, sed in exsilium permitti jubent:* ut dudum prodidi in Suspicionum libellis. Adeantur Notæ nostræ ad Senecæ Epist. 113. ad Mart. l. x. Epigramma 12, tantum ambigo, an non præterea, ob varietatem membranarum, tolli possint illa *condemnatis civibus* ceu commentum interpretis; ut subintelligantur *conjurati.* Gruterus.

*Sin quia levis est]* Vox quia abundare videtur. *Cicconius.*

*Qui convenit in minori negotio legem timere, cum eam in majori neglexerit]* In Mss. ceterisque vetustioribus est, *minore, majore:* id rectius esse puto. Quod in Merseburgensi *obseruare* legitur, ubi nos *timere*, librarii mendum esse suspicor. *Rivius.*

*At enim quis reprehendat, id quod in parricidas reip. decretum erit]* In nonnullis est, *reprehendat:* idque melius, ut mihi videtur pro, *reprehendere possit.* Perperam in Badiano, *At tu dicet, quis reprehendat, &c. rō dicet* in spatio forsitan quod versus dirimit, adscripserat quispiam: id postea irrepit in contextum, incuria, ni fallor, libraril. Legendum igitur ita uti hodie fere est in exemplaribus; ut ait hypophora, cui mox idem per anthyphoram: 'Tempus, dies: fortuna, cujus libido gentibus moderatur.' *Idem.*

*At enim quis reprehendat]* Ita Mss. auctoritatis certæ: non *reprehendat;* ut editio Læti. Nam prima *reprehendit id.* Gruterus.

*Cujus libido gentibus moderatur]* Sic in orat. de repub. ordinand. 'Per superbiam cunctis gentibus moderantur.' *Cicconius.*

*Quid in alios statuatis]* Forte, *quid in illos.*

*Omnia mala exempla ex rebus domesticis orta sunt]* Representavi lectio-

nem Com. mei nec non Pal. pr. sec. senectutis omnes non contemnendæ: alii quippe, *omniu mala exempla ex bonis rebus orta sunt*, quod etiam retinent edd. antiquæ usque ad Aldinam; in qua *ex bonis initiis orta sunt*. Non male, si liceret præter libros quidvis inducere scriptoribus. Mihi hic musandum est, nisi velim prælatos antiquissimis tres ævi infimi Pallat. inquam octavum, nonum, et dec. in quib. dierte: *omnia mala exempla ex bonis orta sunt*: et vero si attendamus menti auctoris, lectio istorum verissima est. *Gruterus*.

*Sed ubi imperium ad ignaros cives, aut minus bonos pervenit*] *Cives*, non reperi in vetustis. In Fabriciano est, *ad ignaros ejus*, id est, imperii: nam hoc supra scriptum erat in spatio ipso quod versus dirimit. *Rivius*.

*Sed ubi imperium ad ignaros*] *V. c.* habet, *ignavos*. Et paulo post videtur legendum: *tabulas, vestes*, pro eo quod vulgo legitur, *tabulas vestras*. Nam paulo supra dixit: 'Nam uti quisque aut domum, aut villam, postremo vas, aut vestimentum alicujus concupiverat.' *Ursin*.

*Ad ignaros aut minus bonos pervenit*] Probe factum a Carrione, quod egerit vocem *cives*, quæ antea adhaerebat illi, *ignaros*, in ed. Aldina et seqq. non etiam prioribus; in quibus non magis visitur quam in membranis nostris. *Gruterus*.

*Lacedæmonii devictis Atheniens.*] Vide Justinum libro quinto, cap. octavo, nono, et sequent. Seneca de Tranquillitate, 'triginta tyrannos' vocat. 'Poteratne' (inquit ibidem) 'illa civitas conquiescere, in qua tot Tyranni, tot Satellites erant, nec spes quidem ulla recipiendæ libertatis animis poterat offerri;' et in sequent. eosdem *d-minos* indigetat. Agellius libro decimoseptimo, capite vicesimo primo: 'Ad annum conditæ urbis trecentimum quadragesimum septimum, triginta illi tyranni præpositi sunt a

Lacedæmonii Atheniensibus.' *Putach*.

*Triginta viros*] Id factum esse ad annum fere Urbis 347. Gellius tradit XVII. 21. *Ciacconius*.

*Triginta viros*] Quomodo eversa fuerit Democratia Atheniensium prolixè Lysias orat. contra Agoratum. Lacedæmonii victores pacem volebant, nisi ad decem stadia muri Atheniensium diruerentur. Theramenes Lacedæmonia missus fraudibus eo rem perduxit, ut universi muri longi subverterentur, naves traderentur Lacedæmonii, Piræei quoque muri subruendi erant, Triginta viri instituti. Constitutis autem Triginta, statim de iis qui illorum machinationibus restiterant, sententia in senatu lata est: quamvis ex populo etiam bis mille sum tribunal, judicandique auctoritatem haberent. Judicii modus hic fuit: Triginta sedebant subselliis. Duæ autem mensæ ante ipsos erant collocatæ: non enim in urnas calculum, sed in mensam omnium conspectui mittere oportebat. Ita ex meta nemo habuit liberum judicium. Ut autem uno verbo dicam, quotquot ad senatum judicii causa vocati sunt, quo tempore qui Triginta imperabant, capitis omnes condemnati sunt præter unum Agoratum. Ipsis itaque initiis, secus atque Sallustius existimat, Triginta illi Remp. male administrarunt. Quam enormia postea eorundem crimina fuerint, ut ne majora fingi potuerint, vel oratione comprehendi, docet Lysias contra Eratothenem. Privata similtas pro crimine erat. Locupletes cives occidebantur, ut opes eorum sibi vindicarent tyranni, pauperes duos com divitibus prehenderunt, ne divitiarum causa fecisse viderentur; tota Resp. innocentium sanguine, tumultu, factionibus turbatur. *Thys*.

*Qui remp. eorum tractarent*] Sic et manuscriptum volumen. In impressis vetustioribus, non est *eorum*, ac omitti citra detrimentum sensus po-

test. *Rivius.*

*Hi primo capere pessimum quumque]* P. Victorinus ex Xenophontis lib. de rebus Græciæ, sumtum docet, *ἔκταρα πρῶτον μὲν, &c. Ciacc.*

*Ea populus letari, et merito dicere fieri]* Merseburgense, ea re populus letari: sed perperam; nam nec aliter Priscianus citat quam habet vulgata lectio: quamvis non ignorem, hoc verbum perelegantur cum ablativo jungi. *Rivius.*

*Juxta bonos et malos libidinose interfecere]* Quid si legas, juxta bonos ac malos? Ego tamen, dissentiente manuscripto nihil mutare ausim. *Idem.*

*Stulte lætitiæ graves pœnas dedit]* Manuscriptum *græcis.* *Idem.*

*Homines scelestos et factiosos]* In impressis vetustioribus est illa et copula omisa; idque Sallustianum magis. *Idem.*

*Postremo vas, aut vestimentum alicujus concupiverat]* Manuscripta, *postremo est vas, aut vestimentum;* geminata videlicet conjunctione disjunctiva. *Idem.*

*Dabat operam, ut is in proscriptorum numero esset]* Manuscriptum, *uti is,* quomodo et alias fere. *Idem.*

*Tradebantur]* Tranquillus et alii *ducebantur* dicerent; nempe ad supplicium. *Ciacc.*

*Quam Sulla omnes suos divitiis explevit]* Legendum, *omnes suos,* ex vetustis. *Rivius.*

*Arma atque tela militaria a Samnitibus]* Hoc notatu dignum: nam non temere apud alios reperias auctores: nisi quis hunc locum corruptum putet, et pro *Samnitibus, Sabinis* legendum, aut alium quempiam populum, ab Roma non nimium distantem. *Gla-reanus.*

*Tela militaria ab Samnitibus, &c.]* Athenæns lib. vi. καὶ περὶ Σαμνίων ἐν ἑκτῷ θυπέσθ' ἤρῃσιν. Vide et Livium l. i. de Magistratuum insignibus. *Mannius.*

*A Samnitibus]* Samnites sunt popu-

li Italiæ, qui inter Picenum, Campaniam et Apuliam jacent. Sabinos cum Samnitibus forte confundit; nam e Sabinis originem trahunt Samnites. Hinc Strabo l. v. *ἔστι δὲ καλαϊάνατον γένος οἱ Σαβίνοι, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν δ' ἄρτοι οἱ Σαμνῖται:* id est, *Sabinorum antiquissima est gens et indigena; ab his originem duxere Samnites.* Varro de Lingua Latina l. vi. 'hoc enim a Sabinis orti Samnites tenuerunt.' Eidem et Sabelli Virgilio, Horatio, Livio, Plinioque dicuntur. *Thys.* Neque mirum est arma et tela militaria a Samnitibus sumpsisse, cum totius Italiæ fuerit bellicosissima natio. De qua Florus l. 16. 'Populus Romanus Samnites invasit, gentem, si opulentiam quæris, aureis atque argenteis ornatam armis, et discolori veste usque ad ambitum: si insidiarum fallaciam, saltibus fere et montium fraude grassantem: si rabiem et furorem, sacratis legibus humanisque hostilis in exitium urbis agitatum: si pertinaciam, sexies rupto fœdere, cladibusque ipsa animosiorum. Hos tamen l. annis per Fabios et Papyrios patres eorumque liberos ita subegit Populus Romanus, ac domuit, ita ruinas ipsarum urbium diruit, ut hodie Samnium in ipso Samnio requiratur.' Posterioribus quoque temporibus, bello sociali et in civili Mariano ingens eorum apparuit in arma ardor. Quod Strabo l. v. ostendit. Vide *Cæc.* Ital. III. 8. Quin et ipsi Samnites ab hasta nomen accepere: Festus, 'Populis Samnitibus nomen impositam ait Verrius propter genus hastarum, quæ Saunia appellant Græci.' Paulus autem Diaconus II. 20. Samia non Saunia hastas fuisse dictas scribit: 'quarta decima,' inquit, 'Samnium intra Campaniam et mare Adriaticum, Apuliam, a Piscaria incipiens habetur. In hac sunt urbes Theate, Aufidena, Hiscernia, et antiquitate consumpta Samnium, et ipsa harum provinciarum caput ditissima Beneven-



tus.' Porro Samnites nomen accipere olim ab hastis, quas ferre solebant, quasque Græci Samia appellant. Ubi vides diversum sentire a Festo. Sane Samia magis Latina vox quam Græca videtur. Hinc *Samiare* antiquum verbum aciere, et *Samius* acutus. Tutius igitur est ex Festo restituerè Diacrono *Sannia*. Hesychius: *συνίω, ἀξιότιον βαρβαρικόν*, quam lectionem Plinius confirmat III. 12. Samnitium, quos Sabellos et Græci Sannitas dixerunt. Coronidem faciat Llvii locus de armis Samnitum: 'Samnites præter ceteros apparatus, ut acies sua fulgeret, novis armorum insignibus fecerunt. Duo exercitus erant, acuta alterius auro, alterius argento cælaverunt. Forma erat scuti, summum latius, qua pectus atque humeri teguntur fastigio æquali: ad imum cuneatur, mobilitatis causa. Spongia pectori tegumentum, et sinistrum crus ocrea tectum, galeæ cristatæ.' Col. Hanc armaturam postmodum mutasse, Græcanicam autem assumpsisse magnus auctor Polyb. I. VI. testatur.

*Tuscis*] Codices in membrana descripti, ab *Tuscis*. Ciacc.

*Tunc lex Porcia, aliæque leges paratæ sunt, quibus legibus exsilium damnatis permissum est*] Tò *legibus* in quibusdam non est; sed quia id codex habet Fabricianus, nihil immuto. Sæpe enim veteres antecedens repetunt, ipsique relativo adjungunt; id quod alias quoque est a nobis annotatum. Sed et *tum lex Porcia*, pro *tunc*, manuscriptum habet. Rivius.

*Tum lex Porcia, aliæque leges paratæ sunt, quibus legibus exsilium, &c.*] Nihil defuerit ad sensum, si inducerentur aliquot voces, feretque, *tum lex Porcia, aliæque paratæ, quibus exsilium, &c.* Gruter.

*Per municipia*] Observa morem Populi Romani in reorum custodia. Nam quos in carcerem non conjiciebant, eos vel militibus vel fidejussori-

bis, vel etiam sibi committebant, ut ait I. I. ff. de Custod. reor. vel eos magistratibus custodiendos tradebant: vel per oppida Italiæ dividebant: cujus moris nobile exemplum in illis mille Achæis quos bello Persei confecto Romani in Italian acciverunt. Quemadmodum autem ad magistratus, sive privatos fidejussores aut vades periculum ex evasione custodiarum spectavit, sic ad urbes sive municipia, quibus rei fuerant traditi, ita ut oppidani pro hostibus et perduellibus haberentur, sicuti a Dione observatum est. Casaub.

CAP. 52 *Ceteri verbo, alius alii varie assentiebantur*] In quibusdam antiquioribus est *assentiebant*, sed eodem sensu. Nam quamvis hodie fere *assentior* dicimus, veteres tamen et *assentio* dicebant, ut est a Gellio annotatum; sed et Cicero sæpe est hac terminatione usus. Diomedes tamen *assentiebantur* hic legit lib. I. quo loco testatur non *assentio* solum, sed et *assentior* dici. Rivius.

*Alius alii varie assentiebantur*] Viri docti mendosum hunc locum putant. Ego in tanta codicum convenientia, insuper accedente Diomedis accuratissimi scriptoris auctoritate nihil quicquam mutandum duxerim. Plures dixisse sententiam, quam hic a Crispo commemorantur, docet Tullius lib. duodecimo, Epistola ad Atticum XXII. et Flavius Vopiscus in Aureliano. Itaque vult Sallustius propter varias sententias, varium variorum fuisse assensum. Putsch.

*Longe mihi alia mens est, P. C. cum, &c. et cum, &c.*] Demosthenes Olynthiaca tertia: *ὄχι ταυτὰ παριστάται μοι γινώσκων, ὃ ἄνθρωποι Ἀθηναῖοι, ἔσαν τε εἰς τὰ πρόγματα ἀποβλέψαι, καὶ ἔσαν εἰς τοὺς λόγους, οὐδὲ ἀκούειν, τοὺς μὲν γὰρ, &c.*

*Et cum sententias nonnullorum ipse mecum repetit*] Duo e manuscriptis, *meum ipse repeto*: nec aliter Florentinum. Rivius.

*Atque focus suis]* Domibus suis: focus enim proprie locus est, ubi ignis serjaretur: et Diis Penatibus sacer erat. Unde Cato in libro de Re Rustica ait: 'Focus pnrum circum verum quotidie, priusquam cubitum eat, habeat: Calendis nonis festus dies cum erit, coronam in focum indat: per eos itaque dies Lari familiari pro copia supplicet: nam Lar eat ipse focus. Zanch.

*Focis]* Larea focus præerant; Lar autem sive Lars est Hetrusca vox et Principem denotat. Ausonius: 'Tertia opima dedit spoliatus Aremericus Lara.' Quia autem antiquissimis temporibus in ædibus defuncti sepeliebantur, hinc et pro Diis familiaribus culti. Hinc et Latrones, Larunes, Arunes, et in pejorem postmodum partem latrones. Vide Gesner. Mythridat.

*Nam cetera malefacta]* Ita libri veritatis minimæ; nam mediæ, malefacta; supremæ, malefacta; quomodo etiam editio prima. Gruter.

*Tabulas vestras]* Supra: 'nam uti quisque ant domum aut villam, postremo vas aut vestimentum alicujus occupaverat.' Ciacop.

*Non nunc agitur de vectigalibus, neque de sociorum injuriis]* Codex Fabricianus, non de sociorum injuriis: id quod et acrius est et lepidius eodem modo ex impressis quidam. Rivius.

*Multoque mortales quod eam causam adversus habes]* In Mss. est, ut et impressis vetustioribus, multoque mortalis ea causa, &c. pro, ob eam causam; quomodo Terent. 'Nec tu ea causa, minneris hæc que facis.' Idem, 'Et ea me hic restitisse gratia; pro ejus rei gratia. Idem.

*Nullius unquam delicti gratiam fecisset]* Sic Jugurth. 'Ceterum Boccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit: et l. iv. Histor. 'Post reditum eorum quibus Senatus belli Lepidiani gratiam fecerat.' Ciaccon.

*Negligentiam tolerabat]* Id est, pa-

tiebatur nos erga Remph. negligentia esse: quia illius opes negligentiam nostram superabant. Zanch.

*Sed hæc, cuiuscuque modi videntur]* In manuscripto quodam est, sed cuius hæc cuiusque modi videntur; ut sit τμήσις, quomodo et exemplar habet Be-roaldinum. Rivius.

*Vera rerum vocabula amittimus]* Thucyd. l, iii. καὶ τὴν εὐθυσίαν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ ἔργα ἀπὸ ἡλλοῶν τῆ δικαιοσύνης, &c. Maan.

*Sint misericordes in furibus erranti: ne illi sanguinem nostrum largiantur]* Etai hæc est vulgata, receptaque lectio, multorum quoque veterum codicum auctoritate comprobata; non celabo tamen perantiqui cuiusdam libri scripturam: *Sint misericordes in furibus erranti; caveant, ne illis sit periculum, dum sanguinem nostrum largiantur, et dum paucis scelestis parcant, bonos omnes perditum eant.* Popma.

*Ne illis sanguinem nostrum largiantur]* Sic vetustior editio, sic Mss. consensus; non illi, quod occupat jam omnes codices, ex quo suum extraxit Aldus senior; haud tamen vere. Gruter.

*Sanguinem nostrum]* Id est, vitam nostram: nam anima hominis in sanguine esse nonnullis creditur. Ita Empedocles et Critias censebant animam esse cordi suffusam sanguinem, quasi animæ essentia sit sanguis ipse, quod falsum. Ita tamen et loquitur nobilissimus Poëta, cum dicit; 'Purpleam vomit ille animam.' Quamquam et illud defendi potest, animam dixisse pro sanguine summum Poëtam; nam ubi corpus sanguinis ministerio destitutum est, anima foras erumpere, suumque involvcrum deserere cogitur. Quod autem nonnulli crediderunt, sanguinem esse ipsam animam, hinc polluere ora cruore illicitum crediderunt, unde Pythagoras apud Ovid. conqueritur: 'At vetus illa ætas, cui fecimus aurea nomen, Fœtibus arboreis et quas humus edu-

cat herbis, Fortunata fuit, nec pollut ora cruore.' Atque eadem inculcant Porphyrius et Plutarch. Ratione mystica quoque esus sanguinis Judæia prohibitus fuit. *Thys.*

*Paulo ante in hoc ordine de vita et morte disseruit]* In hoc ordine, non est in impressis quibusdam, licet in manuscripto sit. *Rivius.*

*Falsa existumans]* Cato rigidæ virtutis exemplar meliorum Philosophorum sententiam amplexus est, animi immortalitatem, et post mortem cælestia gaudia vel inferorum supplicia esse. Egregie Seneca: 'tunc animus noster habebit, quod gratuletur sibi, cum emissus tenebris, quibus volutatur, non tenui visu clara prospexerit, sed totum diem admiserit, et redditus cælo fuerit, cum receperit locum, quem occupavit sorte nascendi: sursum illum vocant initia sua.' In eadem sententia fuere Thales Milesius, qui animum φύσις ἀεκλύνητος ἢ ἀτροκλήνητος, naturam semper aut per se mobilem definiit, et antiquissimus Philosophus Pherecydes, atque ejus discipulus Pythagoras, et divinus ille Plato in Phædone inquit: καὶ τὸ ἀναβιώσκεισθαι, καὶ ἐκ τῶν τεθνεῶτων τοὺς ζῶντας γίγνεσθαι, καὶ τὰς τῶν τεθνεῶτων ψυχὰς εἶναι, καὶ ταῖς μὲν ἀγαθαῖς ἕμεινον εἶναι, ταῖς κακαῖς κείνον. Id est, *Et reviviscere homines, atque ex mortuis cives fieri; mortuorumque animas superesse, atque bonis quidem melius, malis vero deterius esse.* Et antiquissima magorum sententia et revicturos homines et immortales fore adtrinit, ut testatur Diog. Laërt. Immortalitatis patroni plurimi occurrunt apud veteres Ethnicos Historicos, Oratores, et Poëtas. Tacite itaque carpendo Cæsarem, invidiam illi creat Cato. *Thys.*

*Quasi vero mali atque scelesti tantummodo in urbe, et non per totam Italianam sint]* In Fabriciano omissa illa et copula non per totam Italianam, legitur, quamvis secus in aliis. *Rivius.*

*Ubi ad defendendum opes]* Nazaria, prius habuit, *defendendam*, ut referatur ad *audaciam*, nec male; ut *defendere* notet *prohibere*. Gruter.

*Si ita res esset, multo pulcherrimam eam nos haberemus]* Volumen Fabricianum, *Si ita esset*; nec additur ibi *res*. Atque hoc modo etiam Aur. Augustinus in v. de Civitate Dei citat; utrumque autem recte dicitur, *sic est*, et *sic res est*, *ὄφρα ἔχει*, et utroque Terentius in Andria utitur. *Rivius.*

*Industria]* Donatus *industriam* interpretatur scientiam et providentiam. Est autem *industria*, ingenium sive vis, qua ad aliquid struendum sumus idonei. *Zanch.*

*Publice egestatem]* Idem queritur Cicero de Haruspicum responsis: 'ærarium nullum est: vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt: auctoritas Principum cecidit: consensus ordinum divulsus: judicia perierunt: suffragia districta tenentur a paucis.' Publicam egestatem et privatam opulentiam tanquam periculosam Reipub. improbat quoque Thucydides l. xii.

*Inter bonos et malos nullum discrimen est]* In manuscriptis, *discrimen nullum*, omisso verbo substantivo. Nec aliter Augustinus v. de Civitate Dei, c. 12. *Rivius.*

*Separatim]* Ubi non in commune consultitis, sed privatim sibi quisque providet. *Vall.*

*Separatim]* Hoc mali civis indicium statuit Hala Servilius Tribunus militum apud Livium l. iv. Indicia sunt factionis ista, respectusque rerum privatarum, quæ ut apud eundem l. 11. Appius dicit, semper offerere, officientque publicis consiliis. Inde discordia, et porro Rempubl. interitus: et, ut eleganter eodem libro Livius loquitur: 'Id unum venenum, ea lues civitatibus opulentis reperta; ut magna imperia mortalia essent.' *Grass.*

*Nobilissimumi]* Quasi dicat: si homines humilis conditionis hoc fecissent, fortasse veniam dandam esse censeant. *Vell.*

*Nobilissimumi]* Nobilitate crimina augetur, si tale sit crimen, quod extinguit splendorem sanguinis, et maximum Reipub. adfert detrimentum. Unde alibi Cæsares Valentinianus et Theodosius I. un. Cod. de conductor. lib. II. 'Gravior,' inquit, 'pœna constituenda in hos, qui nostri juris sunt, et nostra debent custodire præcepta.' Et alibi Theodosius, multo majore pœna eos esse dignos dixit, quibus plurimum honoris delatum sit. Ordinaria alioqui crimina in nobilibus mitius puniebantur apud Romanos. Quod apparet ex l. IX. §. istæ fere l. XV. l. XXVIII. §. non omnes et §. generaliter l. XXXVIII. §. actores et §. seq. l. ult. §. I. ff. de Pœnis; aliisque multis in locis. Atque in pœnis proportionem Geometricam servari oportere, magnus ille sapientiæ dictator Aristoteles asseruit, atque adeo proportionem harmonicam excogitavit Bodin. lib. VI. de Rep. quanquam et hic simplex et qualis in numero æqualitas dici potest ut loquitur Grotius, meriti ad pœnam, sicuti in contractibus mercis ad nummos, quanquam alibi merx eadem plus, alibi minus valet, itemque nummi. *Thys.*

*Gallorum gentem infestissimam Romano nomini ad bellum accersunt]* Codices in pergamenis descripti, *nomini Romano:* ac sic rectius legitur. Sed et *accersunt* ibidem, non *accersunt*; quamvis eodem sensu. *Riccius.*

*Gallorum gentem infestissimam Romano nomini]* Nam et Livius ait: 'Unam sibi spem reliquam in Hetruscis restare, scire gentem opulentissimam armis, viris, pecunia esse: habere accolæ Gallo, inter ferrum et arma natos, feroces cum snopte ingenio, tum adversus populum Rom., quem captum a se auroque redemp-

tum hand vana jactantes memorant.' Ita ille. Galli enim bellicosissimi erant, et ob id imperatores Romani, eos refutandos potius, quam bello lacescendos censebant, ut scribit Cicero. *Zanch.*

*Supra caput est]* Imminet cervicibus nostris: nam in Hetruria erat. *Idem.*

*Vos cunctamini etiam nunc et dubitatis quid intra mania]* Tres libri melius, *Vos cunctamini etiam nunc quid intra m.* Infra: 'De crudelissimis paricidis, quid statuatis cunctamini.' *Putsch.*

*Vos cunctamini etiam nunc, quid intra mania, deprehensis hostibus, faciatis]* Secutus sum Commel. ac Pal. sec. et tert. quibus nullum vestigium illius, et *dubitatis*, quod nupere natum est. Nam edd. *priscæ*, ut et omn. fere *Mss.* *vos cunctamini etiam nunc dubitatis*, sine copula: ceterum fere etiam recepissem, *apprehensis*, quod erat in Commel. et Naz. loco *deprehensis*. *Gruter.*

*Mania]* Pro muris accipi solent et pro ædificiis ipsius Urbis. *Mania* a mœniendo; id est, ut nunc loquimur, a mœniendo dicta. Ita Plantus dixit in *Captiv. circummœniti*. Et *mœne* singulari numero apud Ennium. Atque *manus* hinc proprie dictum, onus muris reficiendis, ubi primum unum in locum convenissent, ad oppidum.

*Misereamini censeo, deliquere homines adolescentuli per ambitionem]* Sic et manuscriptum et alia fere. Sed *Merseburgense* et *Schurrerianum*, *Misereamini*. Perperam videlicet: *τὸ censeo*, hic ad ironiam facit; neque enim hoc vult Cato, misericordiam esse deprehens intra mœnia hostibus impertiendam, sed graviter in eos animadvertendum et severe vindicandum. Propterea et ironica extenuationem criminis addit, quo nullum atrocitas esse poterat. *Riccius.*

*Næ ista vobis mansuetudo et misericordia, si illi arma ceperint, in misericordiam*

*convertitur*] Hic exemplar Fabricianum in *miseriam vertet*. Idque cum verius multo, tum elegantius, pro, *vertetur* et *commutabitur*. Tacitus, 'Astusque hostium in perniciem ipsi vertebat.' Idem, 'Seu temere lapsa vox in præ sagium vertit.' Livius, 'Verteratque Scipionum invidia in præto rem.' Idem, 'In perniciem adolescenti verterunt.' Sic Cn. Vellejus in annalibus apud Gellium, 'Postquam tempestas sedavit,' inquit pro *sedata est*. Pro passivo enim activum posuit: et Varro apud eundem, 'In priore verbo graves prosodiæ quæ fuere manent: reliquæ mutant,' inquit, pro, *mutantur*. Livius ix. Dec. iv. 'Mores quidem populi R. quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.' Idem viii. belli Punici ii. 'Non septies die, sicuti fama fert, temporibus statutis reciprocatur:' pro, *reciprocatur*. Suetonius, 'Quoties terra in urbe movisset,' pro, *mota fuisset*. Talia apud Virgilium, 'Nox humida cælo præcipitat:' et 'Ingeminant Austri:' pro, *præcipitatur, ingeminantur*. Nisi quis ellipsin malit pronominis *se*, quomodo, ni fallor, in illo, 'Arcingunt omnes operi:' et, 'Tum prora avertit.' Livius ii. ab U. C. 'Sicuti de dita opera passim ad illecebras propulsa pecora, præcipitavere in insidias:' hic *præcipitare* passive positum videtur. Quamvis Hadrianus fere semper veteres ita fuisse locutos adnotavit, maxime quoties de sideribus aut temporibus mentio incideret. Cæsar, 'Hiems jam præcipitaverat,' inquit. Est et apud Ciceronem, 'Sol jam præcipitans.' Sed et aliis de rebus loquentes hoc verbo in hunc modum utimur: ut Cicero, 'Fibrenus ex eo loco præcipitat in Lirem:' et, 'Loca ubi Nilus præcipitat ex altissimis montibus.' Idem, 'Præcipitantem igitur impellamus, et perditum prosternamus.' Sic apud eundem, 'Præcipitantem retinere, præ-

cipitanti reip. subvenire,' &c. Quæ omnia passive intelligenda esse videntur. Sed ad institutum. Est in quibusdam perperam, *Veretur ne ista mansuetudo, &c.* qua in re lapsus est Felicius quoque Durantinus. Nam ut exemplarium consensum omittam, Donatus in Andriam hunc locum ita citat, ut nunc vulgo legitur. Est autem *Næ* diphthongo scribendum, idemque omnino est quod Latinis *profecto*, et illa jurandi particula *Mediusfidius*. Cicero, 'Næ isti vehementer errant.' Idem, 'Næ tu, si id fecisses, melius famæ tuæ consulisses.' Interdum idem conjungit *Næ* et *Mediusfidius*, velut ad Atticum alicubi, et in quæstionibus Tusculanis. *Idem*.

*In maximis sæpe periculis*] Scilicet, quæ ex omnibus bellis Gallicis, Punicis extiterunt maxima. *Zanch*.

*Non votis neque suppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur*] Sic in orat. Lepidi, 'Non prolatandum neque votis paranda auxilia.' Supplicia autem, pro supplicationibus posuit Tacitus. *Ciaccon*.

*Non votis, neque suppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur*] *Supplicia* hic pro *hostiis et sacrificiis*, sive *supplicationibus* Sallustius posuit, ut Tacitus l. iii. cum dixit: 'Sed tunc supplicia Diis, ludique magni a Senatu decernuntur:' et supra ipse Sallustius: 'In suppliciis Deorum magnifici.' Eadem sententia usus est in oratione Lepidi, cum ait: 'Non prolatandum, neque votis paranda auxilia.' Videndus Festus in *Supplicia*. *Ursin*.

*Votis*] Solebant veteres vota jam suscepta scriptis subsignatisque tabulis confirmare, atque ipsas sæpe tabulas Deorum, quibus voverant, genibus cera affigere. Unde Juvenalis Sat. x. 'Ergo supervacua, aut perniciosa petuntur, Propter quæ fas est genus incere Deorum.' Plinius Epistola ad Trajanum: 'Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur, et susceptimus

Domine, et solvimus, precati Deos, ut velint ea semper solvi, semperque signari.' Adde tot veterum Numismatum inscriptiones. VOTA PUBLICA, VOTA SVSCEPTA, VOTA SOLVTA. *Torrent.* Solennia autem Vota Publica in Capitolio concipiebantur. Unde Florens Tertullianus de Corona, 'Annua votorum nuncupatio quid videtur, prima in Principiis, secunda in Capitoliis, accipe post loca et verba, hunc tibi Jupiter bovem cornibus auro decoratis vovemus esse futurum.' Et Saet. in Nerone c. 46. 'votorum nuncupatione magna jam ordinum frequentia vix repertæ Capitolii claves.' Votis quoque caput obligare dixit Horatius, sed ibi pro devotione atque imprecatione magica sumitur. Ita et Virgilius dixit: 'Colchiacis animum defigere votis.'

*Supplicis]* Id est, precibus in Deos immortales. Supplices velatis manibus incedere moris erat. Hinc Plaut. 'Postridie in castra ex urbe ad nos veniunt flentes Principes, velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.' Sicuti et genua tum Deorum, tum mortalium supplices attingere moris erat, ut testatur Plin. II. 45. Vide Hadr. Junium Animadv. II. 11. In cultu autem divino aut ora Deorum osculabantur, ut testatur Cic. in Verrem lib. v. quod tamen rarius contigit, aut eorum dextras. Hinc Lucretius: 'tum portas propter, aëna Signa; manus dextras ostendunt attenuari Sæpe salutantum tactu præterque meantum.' Aut demique ipsos pedes. Apulejus: 'Exosculatis vestigiis Deæ, quæ gradibus hærebat argento formata, ad ansos discedunt Lares. Verum quia verebantur plerumque Deos ipsos profano ore suo tangere, sæpe etiam eminus osculabantur porrecta manu, quam verenter ad os suum referebant et suaviabantur.' Hieronymus in Rufinum: 'qui adorant, solent deosculari manum, et capita submittere.'

*Delph. et Var. Clas.*

Idem et Orienti in usu. Unde Job. cap. 31. vs. 26. 'Si vidi solem, cum fulgeret, et Lunam incedentem claram, et osculatus sum manum meam ore meo:' id est, si Lunam aut Solem adoravi. Hinc et formatam adorandi verbum, quia manum ad ora admovebant; non ab ador, quod frumenti genus est, ut censet Grammaticorum vulgus. Ita autem admovebant oribus ansis dextras, primo digito in erectam pollicem residente, ut expressit Apulejus lib. v. Milesiarum. Frontem quoque aliquando tangebant precantes, unde Servius: 'auris Memoriam sacra, frons Genio; atque hinc venerantes Denm, tangimus frontem.' Oscula quoque januis et postibus templorum impertiebantur: unde Tibullus: 'Non ego si merui, dubitem procumbere templis, Et dare sacratis oscula liminibus.' Quia et crinibus passis templa verrebant in supplicis. Livius lib. III. 'stratæ passim matres templa verrentes, veniam irarum cœlestium exposcunt.' Ita Polybius, Mamertinus in Panegyrico ad Maximianum, Apulejus, Lucanus, aliique locuti sunt. *Lips.*

*Vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt: ubi socordia tete, &c.]* Cicero sic de Finibus, I. III. 'Minime convenit, cum ipsi inter nos abjecti neglectique simus, postulare ut Diis immortalibus cari simus, et ab his diligamur.' Et Metellus in oratione de ducendis uxoribus apud Gellium I. 6. 'Quid nos a Diis immortalibus duntaxat expectemus, nisi malis rationibus finem facimus?' Item Enripides in Electra: 'Ἀργὸς γὰρ οὐδέ τις θεὸς ἔχων ἀπὸ στόμα, βίον δίδουσι' ἀνθρώποις ἐν ἐπιπέδῳ. Et Demosthenes Olynth. II. Οὐκ ἐν δ' αὖ τὸν ἀργούοντα, οὐδὲ φίλοις ἐπιπέδῳ ἕπερ αὐτοῦ τι ποιῶν, μέγιστα δὴ τοῖς θεοῖς. *Manutius.*

*Vigilando, agendo, bene consulendo]* Sic quidem omnes habent codices prælo excusi. Perantiquus liber: *Vigilando, agendo, bene operando, vel*

*Sallust.*

2 H

*consulendo*. Si mihi tamen quod sentio, dicere liceat, puto hæc verba, *vel consulendo*, aliunde in textum orationis irrepsisse: cujus mænsuspicionis ea est ratio, quod in antiquo libro, *bene operando, vel consulendo*, scriptum inveni. Nam cum agendi duo possint esse actus, operari videlicet, et consulere, hæc primo in ora libri scripta fuerunt, eaque deinde scriptor librarius in contextum recepit. Huc etiam accedit, quod Servius verba illa, *bene consulendo* omiserit: ita enim hunc locum profert: *Non totis, neque suppliciiis muliebris Deorum auxilia comparantur: vigilando, laborando, prospere omnia cedunt. Ubi socordiae tete atque ignaviae tradideris, nequicquam Deos implores*. Popma.

*Ubi socordiae te atque ignavia tradideris, nequicquam Deos implores*] Servius in Georg. III. sic citat: *Ubi socordiae tete, &c.* quod ut mihi quidem valde placet, sic nullo in exemplari, quod sciam, reperitur. Rivinus.

*Socordia*] *Socors* dicitur quasi sine eorde. Credebant enim plurimi ex antiquis cor rationis fontem esse. Unde Cicero Tuscul. I. 'Aliis cor ipsum anima videtur; ex quo exordes, verna, concordese, concordeseque appellantur.' Neque vero hic vulgaris error, sed ipse Hippocrates lib. de corde ita loquitur: *γνώμη τοῦ ἀνθρώπου πέφυκεν ἐν τῇ λαίῃ κοιλίᾳ, καὶ ἐρχεται ἐκ τῆς ἀλλῆς ψυχῆς*. Id est, *mens hominis in sinistro cordis ventriculo sita est, ac reliquæ animæ imperat ac præest*. quantum auctor I. de morbo sacro, qui et Hippocrati ascribitur, rectius cerebro sapientiam tribuat. Etiam Chrysepus inter Stoicos maximi nominis, in lib., quem de Anima scripserat, principatum cordi tribuit. Cor esse facultatum animæ principium non male dicitur, nec absque ratione Aristoteles etiam III. 10. de Part. anim. cordi prudentiam tribuit. Et Ciceroni I. II. de Fin. cor sapere dicitur. Quicquid sit, tum eruditorum,

tum vulgi hæc fuit antiqua opinio. Unde Ennius: 'Egregie cordatus homo Catus Ælius Sextus.'

*A. Manlius*] Legendum *T. Manlius*, vel erravit Sallustius memoris vitia: Non enim huic *Aulo*, sed *Tito* prænomen fuit: quod et Fasti Capitolini et Livius I. VII. et VIII. Ciceroque de offic. I. III. et alii multi docent. Gellius IX. 7. de viris illustribus, c. 38. Eutropius I. II. Cassiodorus, Diodorus Siculus I. XVI. *Manutius*.

*Aulus Manlius Torquatus*] Sic omnibus literarum apicibus expressum in vet. Mss. antiquiores etiam aliis locis perpetuo nobis exhibent *Manium*, non *Mallium*, quod nonnulli temere propugnant. Naz. loco *Aulus*, ridicule habet *Sautus*. Grut. Val. Maximus I. II. de disciplina militari, de atroque eandem scribit historiam. *Glar.*

*Torquatus*] *Torquatus* dicitur a *torque*, quo usus est quidam Gallus, quem ipse singulari certamine interfecit, et sibi assumpsit.

*Bello Gallico*] Et hoc contra testimonium Livii I. VIII. Valerii II. 2. et aliorum: nam *contra Latinos* Bellum gerebatur, non *contra Gallos*, cum filium Torquatus securi percussit. Plutarchus item in parallelis a Torquato *contra Samnites* hoc anno pugnatum scripsit contra historiam fidem: nam ut dixi, *cum Latinis*, non *cum Gallis*, aut *cum Samnitibus*, pugnatum est. Et Dionysius Antiquitatum lib. VIII. idem, quod Sallustius, tradit. *Manutius*.

*Bello Gallico*] Livius, Gellius, Valerius, Auctor de Viris illust. Orosius III. 9. et Florus I. 14. scribunt, *Manlium* bello Latino securi filium percussisse. Dionysius tamen Antiq. I. VIII. facit cum Sallustio; bello enim Gallico id factum asserit. Illud notandum, quod Frontinus Strat. lib. IV. hinc Manlio postea Imperioso cognomen fuisse tradit. At Seneca de Beneficiis III. 37. item Livius I. VII. ab Urbe condita ajunt, L. Man-

nam patrem hujus ab ostentatione sævitie, sibi Imperiosi cognomen adscivisse, et ut Diodorum Siculum misam faciamus, qui idem sentire videntur: fragmenta etiam vetustissimarum marmorum, quæ Romæ paucis sibi hæc annis effossa sunt, satis indicant, primum L. Manlium hujus patrem Imperiosum cognominatum.

*Castil.*

*Contra imperium]* Extra ordinem sine supremi magistratus jussu manus cum hoste conserere illicitum: T. Manlius Torquatus filium suum, quod sine ejus jussu in certamen venisset cum Geminio Metio Duce Tuscanorum, vita privavit, ut in ceteris confirmaret imperium. Neque ingenua charitas liberorum, non tam arcta sanguinis necessitudo, non flos primæ ætatis, non denique virtutis grande testimonium a tam atroci exemplo patrem deterruit. Neque, mirum dictum, ut Frontinus commemorat, ipse filius tam rigidæ disciplinæ restitit, verum cum pro eo intercederet militaris pænes, seditionum tubam accenderet, negavit se tanti esse, ut propter se disciplina vetus Romanorum corrumperetur, obtinuitque tandem, ut mortis pœna beneficii loco sibi infligi posset. Idem Posthumium Tiburtum in filium eadem de causa factitasse legimus. Et quid Fabius? Fuscis Samnitibus, parta victoria vix Papyrii Dictatoris manus evasit, nisi populus precibus idem efflagitasset, pater et adolescens ad genus Dictatoris procubnissent. Et vicit tamen imperii majestas; noxæ enim damnatus, concessus est populi Rom. precibus. Stesimbrotus cum contra Lacedæmonios feliciter pugnasset, victoriæ præmium coronam filio Epaminondas concessit, spreto imperii gladium, quo cervicem tam propinqui sanguinis amputavit. Mandati causa potior est rebus gestis. Præstat patrem filio orbari, quam patriam disciplina militari. Victo-

riam quis Imperatoris injussu obtinuit? Major victoria seipsum vincere, neque in pugnam prorumpere, ubi pugnandum non est. Et quid si victus fuisset? Incerta, vitrea est cruenti Martis alea, et quæ tum sæpe, cum maxime splendet, exiguo negotio frangitur. Præstat victum esse, quam victorem, modo anima Reip. constet, disciplina militaris; quæ polluta, cuncta militaria officia turbantur, in Ducis militisque munus erit. *Thys.*

*Cethegi adolescentiæ]* Hunc enim Cethegum Plutarch. in Læulli vita scribit obscœna vita, libidinum, flagitiorum, vitiorum, scelorum plenum fuisse. *Zanch.*

*Nisi iterum jam patriæ bellum fecit]* In Mss. est, *nisi alterum jam patriæ*, &c. sensu tamen eodem; quod in quibusdam *intulit* legitur, id ex glossa irrepsisse suspicor. *Rivius.*

*Patriæ bellum]* Hic enim Cethegus (ni fallor) Marianas partes secutus cum Mario, Cinna, et aliis urbem obsedit: ut leges apud Appianum bellorum Civilium libro primo: postea tamen urbe pulsus ad Sullam confugit. Nec illud nos perturbare debet, quod hic Cethegus conjurationis tempore dicatur adolescens, cum Cicero in oratione pro Mil. scribat Domitium jam ab adolescentia documenta maxima dedisse, quam contemneret populares insanias, significans (ut exponit Ascon.) constantiam Domitii, quam in prætura præstitit. Quo vero ætatis anno prætores per leges fieri possent, jam satis notum. *Cast.*

*Nisi iterum jam bellum fecit]* Arbitror enim, Sallustium his verbis innuere, hunc fuisse in conjuratione, quæ facta fuit cum Pisone adolescente, in qua magnum contra patriam parabat periculum. *Zanch.*

*Pensi]* Vide supra Bell. Cat. c. 12.

*Facile paterer vos ipsa re corrigi, quoniam verba contemnit]* Ita codices in membrana descripti: perperam in



Gymnico et aliis *verba mea*: nam *verba* in genere opponit ipsi rei. Sed et Badianum exemplar sic habet, et Beroaldinum. *Rivius*.

*Catilina cum exercitu in faucibus ur-  
got]* Risum hoc loco moverunt mihi jejuni illi Commentatores in hunc auctorem: quorum alius exponit in *faucibus*; scilicet, *ad devorandum*: alius, in *faucibus*, id est, *introitu civitatis*: tertius, in *faucibus Italiae*, id est, in *Alpibus*. Ceteram non omnes codices habent *Italiae*: ideoque malim, quando hoc tempore Catilina cum exercitu in Hetruria erat, exponere, in *faucibus Apennini*, quæ ipsæ tamen sunt Italiae. *Glareanus*.

*Parari, neque consuli]* Nam si quid occulte facere voluerimus, continuo conjuratores in urbe sunt, qui consilia nostra palam faciant Catilinæ. *Vall*.

*Quare ita censeo]* In manuscriptis additur *ego*, haud male, ut opinor. *Rivius*.

*Quare ita censeo]* Mss. plerique, ut et vet. edd. adtextu pronomine, *censeo ego*; glossemate manifestario: ne quis forte loco medendum censeat, transposito, *quare ita ego censeo*. Grut.

*Nefario consilio]* Peditanus: 'Nefandum,' inquit, 'est, non fandum: nefarium, quod poluit sacra, farre pio solita celebrari. ergo nefarii, sacrilegi.' *Zanch*.

*Cadem, incendia, aliaque se facta atque crudelia, &c.]* In Mss. est, *aliaque facta*, omisso pronomine *se*, idque melius. *Rivius*.

*De confessis]* Non opus est hic ex jure civili in eam rem leges concumulare. Notum est enim, quod is qui crimen in judicio interrogatus fatetur, pro convicto habeatur, nisi non appareat crimen, quod reus confessus est. Atque ita intelligo Divi Severi rescriptum, in l. 1. §. D. Severus. ff. de Quæst. quo prohibemur confessiones reorum pro exploratis facinoribus habere. Hic vero con-

jurati non solum confessi erant, sed et certissimis indicibus convicti.

*More majorum]* Antequam lex Porcia ferretur: nam lex fuit, ut cives qui contra rempub. quicquam patravissent, capite punirentur: sicut Brutus duos filios virgis cædi, et securi percussis jussit, quod consilia prodendæ urbis sumpserant. Valerius v. 8. de severitate parentum in liberos: 'Brutus quoque gloria par Romulo (quia ille urbem, hic libertatem Rom. condidit) filios suos dominationem Tarquinii a se expulsam reducentes, summum imperium obtinens, comprehensos, proque tribunali virgis cæsos, et ad palum religatos, securi percussis jussit: et pater, ut consulem ageret, orbis vivere, quam publicæ vindictæ deesse maluit.' *Vall*.

CAP. 53 *Senatus decretum fit, sicut ille censuerat]* Exemplar Fabricianum, *sicuti ille censuerat*: sed et crasa ibi cultello erat ultima in *senat*; ut suspicer ibi fuisse *senati decretum*, quomodo et alias fere Sallustius. Priscianus quidem certe hic legit, *senati*, ut sit genitivus antiquus. Eodem modo Donatus in Hecyram Terentii, ubi adnotat veteres *tumulti* et *senati* dicere solitos. Sic supra Sallustius: 'Igitur senati decreto Q. Marcius Rex,' &c. pro *senatus decreto*, quod ipsum et Nonius observavit. Illud hic obiter addam ex Cicerone ad Atticum, non dixisse Catonem primum sententiam de animadversione, sed omnes ante eum præter Cæsarem. Cur ergo in sententiam Catonis? 'Quia verbis,' inquit, 'luculentioribus, et pluribus, rem eandem comprehenderat.' Mox, ubi leviter innuit, non se retulisse solum, sed et patefecisse, et cohortatum esse, et ante præterea quam consuleret, ipsum judicasse. 'Quæ omnia,' inquit, 'quia Cato laudibus extulerat in cælum, perscribendaque censuerat, idcirco in ejus sententiam est facta discussio.' *Rivius*.  
*Senati decretum fit]* Vulgati omnes,

quibus cum faciunt antiqui mel: *Senatus decretum fit*, habent. Nos *senati decretum fit* restituimus, ex Carisio locum hunc citante. Est autem *Senati* genitivus antiquus, qui etiam in inscriptione veteri reperitur, quæ in agro Veronensi extat, verbis ad hunc modum conceptis: SEX. ATILIVS. M. F. SARANVS. PROCOS. EX. SENATI. CONSILTO. INTER. ATTESTINOS. ET. VICETINOS. FINIS. TERMINOSQVE. STATVI. IVSSIT. Et in Sallustii libris Historiarum, 'Senati decreto servendum ne sit.' Sed et *Senatus* veteres dixerunt: id quod Helenius Acron, ad Terentianum illud in Adelphis, 'Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero.' adnotavit: et 'senatus consulto' Sisenna Histor. l. III. 'simul et senatus consultis clarissimis amplificatis.' *Popma*.

*Senatus decretum fit*] *Senati*, locum hunc citans, Priscianus legit. *Zanch*.

*Senatus decretum*] Sicuti jus relationis ad solum magistratum pertinebat, ita neque alia de re invitus faciebat *Senatusconsultum*, quam de qua ad senatum relatam erat, nisi si infinite de Rep. non finite de singulis rebus retulisset. Itaque Valerius frustra a decemviris postulavit, ut dictis omnibus sententiis, quibus a majore parte exercitus decernebantur, id proponerent consulendum, *FORMANE REIPVB. PLACERET*: aut *VT RVRSVS SENTENTIAE EXIGERENTVR*. Dixit enim Claudius, semel omnium sententiis absolutis, rem pro judicata haberi. Nihil superesse, quam ut sententiæ numerentur. Ut novi aliquid agatur non posse, nisi iterum a magistratu relatio fiat. Quid vero? Indicat Halicarnassensis, ex his qui dixissent frequentes, ac fere universum senatum Valerio acclamasse. Numerus porro Senatorum, ut rarum ac legitimum esset *Senatusconsultum*, requirebatur. Unde apud Festum, 'NUMERA SENATVM. Divus postea Augustus numerum determinavit, pro singulis

*Senatusconsultorum* causis ac formulis. Certe *SCtum* a paucioribus, quam quadringentis fieri non posse instituit; cum proximis temporibus numerus ille non foret necessarius. Itaque et pœnas auxit adversus eos, qui nullam ob justam causam in senatum non venissent. Antea enim nihil erat ultra pignus et multam.' *Ærodi*. Vincere quoque dicebatur sententia ea, cui plures accedebant. *Cic. Philip. VIII*. 'Victa est igitur propter verbi asperitatem, te auctore, nostra sententia. Vicit L. Cæsaris amplissimi viri, qui verbi atrocitate dempta, oratione fuit quam sententia lenior.' Formulæ decernendi hæc fuerunt: *PLACERE SENATVI, SENATVM VELLE, ET AEQVVM CENSERE, SENATVM EXISTIMARE, ARBITRARI, SENATVI VIDERI*. Primis etiam *Senatusconsultorum*, quæ libera Rep. fiebant, versibus poni solebant nomina eorum, qui ad ea conscribenda adhibiti erant, qua in re usu recepta erant verba hæc, *SCRIBENDO AFFVERE*. Etiam veteribus *Senatusconsultis*, ut *Valer. Max. II. 11*. auctor est, T. litera subscribi solebat, eaque nota significabatur, etiam Tribunos ita censuisse, at quotiescunque *SCta* intercessionibus impediabantur, auctoritate perscribi solebant. Auctoritatum perscribendarum rationem *Dio* explicat l. LV. *Brisson*.

*Sed mihi multa legenti, multaque audienti*] In *Mss.* duobus est omissa illa quæ conjunctio *ἐκκλητικῆς*, sicut in *Be-roaldino* quoque. id *Sallustianum* magis esse videtur. *Rivinus*.

*Tanta negotia sustinisset*] Eodem modo dixit in bello Jugurthino: 'Quantum negotii sustineam.' Et *Horatius* illo versu: 'Cum tot sustineas, et tanta negotia solus.' Hic tamen videtur *Sallustius*, *Sustinere*, usurpasse, pro gerere, patrare. Ut in *Bello Jug.* 'At non perinde habeantur, ut eorum, qui ea sustineant, virtus est.' *Ursina*.

*Ac veluti effata parente, multis tempestatibus haud sane quoisquam Romæ virtute magnus fuit*] Hic perperam alii, *parentum*: quomodo quidem et manuscripti codices, et alii vetustiores. Quamvis autem et Marinus quispam Scodrensis hoc modo legendum contendat, tamen, quod bona ejus venia dictum velim, nequaquam probo interpretationem ejus, ut quæ totum mihi Sallustiani loci corrumpere sensum videatur. Nam et perperam per *tempestates*, ipse *calamitates* intelligit, et per *parentes*, *minores*, quamvis adstipulatorem habeat Jacobum quendam Bononiensem. Ego vero *parente* legendum arbitror, ut Beroaldinum habet exemplar. et hoc Sallustium dicere velle puto, neminem jam multo tempore Romæ virtute præstantem et egregium exstitisse, idque *velut effata parente*, hoc est, Tamquam jam exhausta et defecta viribus urbe Roma, quæ quasi parens est civium Romanorum. Est autem elegans metaphora a fœminis, quæ frequenti aut ægro partu non amplius pariant: qua translatione et Virgilius *effatos agros* dixit, quasi continua fertilitate lassatos. et Columella, 'Ubertate nimia prioris ævi defatigatum et effectum solum nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta.' Jam *tempestatibus* Sallustium pro temporibus usum esse, nihil mirum, cum id sæpe alias faciat, enjus et Servius in Georg. i. meminit: neque Sallustius modo, sed et Cicero et alii. Sic Poëta quispiam apud Ciceronem, 'Qua tempestate Pænus in Italiam venit:' pro, *quo tempore*. Ac si quid est in me iudicii maxime hac voce Sallustium, ut antiquarium, uti decuit. Jam *tempestatem* pro tempore apud Sallustium accipi oportere, indicio sunt ea quæ mox ibidem sequuntur: 'Sed mea memoria ingenti virtute, diversis moribus, fuere viri duo, M. Cato, et C. Cæsar:' nam multis illis antea

temporibus, opponit memoriam suam; hoc est, seculum et ætatem suam. Hoc modo et Augustinus intellexisse hunc locum videtur, cum inquit, 'Laudat idem Sallustius temporibus suis magnos et præclaros viros, M. Catonem et C. Cæsarem, dicens quod diu illa resp. non habuit quemquam virtute magnum, sed sua memoria fuisse illos duos ingenti virtute, diversis moribus.' Hæc Augustinus v. de civitate Dei. Quod Sallustius ait, *multis tempestatibus*, id nimirum Augustinus *diu* interpretatur. Sed de hoc satis. Illud quoque non præterendum, in manuscriptis ipsis reperiri, *ac sicuti effata*, pro *veluti*, quod hodie legitur: nec secus in Veneto atque aliis quibusdam. Utitur autem et alias Sallustius *τῶ sicuti*, pro *tamquam* sen *veluti*, ne quem insolentia vocis in hoc significato offendant: ut, 'Nihilominus insontes, sicuti sontes circumvenire:' et, 'Constituere ea nocte paullo post cum armatis hominibus, sicuti salutatum introire ad Ciceronem:' et, 'Sicuti iurgiolacessitus foret,' pro 'tamquam foret lacessitus:' et, 'Alii sicuti jura populi defenderent,' pro, *quasi defenderent*. Rivinus.

*Veluti effata parentum*] *Effata parente*, legit Badius in auferendi casu utrumque. Quæ lectio quidem placet: nam alteram per genitivum *parentum*, ego sane non intelligo; etiam si et vetus codex ita habeat. *Glarean*.

*Sicut effata parentum*] Optima locutio, quæque in scriptis fere omnibus habetur, nam illud *effata parente*, quod tantopere dilaudat Rivinus cum Glareano, hujus glossa est. Græcismus merus, qui efferant ἀγαθὸν ἀνδρῶν, τὰ καλὰ τῶν ζῶων. Ut Plinius 'canum degeneres.' Tacitus, 'subjecta vallium,' 'avia saltuum,' 'ardua castellorum.' 'Antiqui autem' (inquit Philargyrius) 'fœtum pro gravido solent ponere, ut Varro Atacinus: 'Poeta feris Lybiæ.' Et Virgilius ipse: 'Scam

dit fatalis machina muros, Fœta armis.' Hinc *effatum* derivatum, de quo vide Columellam, et Servium. Excidit hæc vox Petronio, quam repono, in Carmine Eumolpi, 'Juppiter omnipotens, et tu Saturnia tellus, Armis fœta meis, olimque onerata triumphis: ubi perperam vulgatur, *Armis lata meis*. Lectio nostra perspicue vera est. *Putach*.

[*Sicut effata parentum*] Hæc est concors lectio omnium Mss. nisi quod Palatinus decimus, *si effata parentum*. Dictum autem eodem modo, quo infra in Bello Jugurth: 'loca nuda gignentiam.' *Grut*.

[*At sicuti effata parentum*] Locus in hunc diem frustra tentatus, et intellectus nemini. Nos quoque diu in eo operam lusimus: sed quod peccavit prior editio observationum, posterior correxit, monstravitque *in effata* respectum habere ad *virtute*, et in illa hanc vocem subaudiendam, et quasi bis posita esset, accipiendam. Et quasi illa virtus, quæ in parentibus et majoribus illustrium domorum fuit, lassata et effœta provenire ac propagari desiisset, longo tempore nemo apparuit eadem, qua majores, virtute magnus. *Gronov*.

[*Sed mea memoria ingenti virtute*] Est in cunctis manuscriptis, atque item impressis quibusdam, *memoria mea*, ut pronomen sequatur. *Rivius*.

[*Dixeris moribus fuere viri duo*] Sic in manuscriptis. Nec aliter ab Hadriano citatur de modis Latine loquendi. Eodem modo codex Beroaldinus. *Idem*.

[*Cato*] Virtutis rigidæ singulare exemplar: unde et virtutis exactos satellites Catones appellavit antiquitas; hinc Juvenalis: 'Tertius e cœlo cecidit Cato.' Hinc et Dionysius ille, quisquis est, qui disticha conscripsit, Catonis egregii morum Censoris sibi nomen assumpsit, ut a tanto viro carmina sua lucem acciperent. Cujus alioquin nemo antiquorum, quod

sciam, meminit nisi Vindicianus in epist. ad Imp. Valentinianum. Vide *Scalig*.

[*Cæsar*] Scipionem Africanam priorem primum Cæsarem vocatum tradidere, quod excisus utero matris fuerit. Sed hoc falsum est: nam ante bellum Samniticum Claudius quidam Cæsar extitit. Falsa etiam nominis ratio: nec enim Cæsar, a cæso utero dictus: id de Cæsone potius verum esset. Sed Cæsar antiqua vox Latina, qua *ῥὸν κοπιώσαντα* significat, unde Cæsaria, vel Cæsaria *ἄδην κοπιώσαν*. *Salmas*. Apposite hic Festus, 'Cæsar, quod est cognomen Juliorum, a Cæsarie dictus est, quia scilicet cum Cæsarie natus est.' Ab occiso Elephanto (qui Cæsar Maurorum lingua appellatur, tanquam aciei perruptor, *شیر* id est, *caesura*, enim Arabibus perrumpere) deducere, nimis longe petitum est.

[*CAP. 54 Genus*] Catonis genus principium dignitatis et gloriæ sumpsit a proavo Catone, in primis claro, magnæque auctoritatis. Plutarch. 'Cæsaris vero genus fuit ex Venere: nam Venus ex Anchisa genuit Æneam, patrem Iulii Ascanii, a quo gens Julia ducitur.' Unde Suetonius Cæsarem ipsum in laudatione amitæ suæ, hæc dixisse ait: 'Nam ab Anco Martio sunt Martii reges, quo nomine fuit mater, a Venere Iulii, cujus gentis familia est nostra.' *Zench*.

[*Genus*] Cæsar ad Iulium Æneæ filium genus suum referebat. Virg. *Æn*. l. i. 'Nascetur pulchra Trojanus origine Cæsar, Imperium Oceano, famam qui terminet astris: Julius a magno demissum nomen Iulo.' Eutropius autem, item Dionysius Ant. l. i. scribunt, Julios dictos esse a Iulo Ascanii filio. Sed quo pacto, et quando Julia gens Alba Romam translata fuerit, docet idem Ant. l. iii. At Cato pronepos fuit M. Porcii Catonis Censorii, qui ortu Tusculanus fuit. Vide Gellium XIII. 19. Plinium VII.

14. Cornelium Tacit. l. XIII. Cicero-  
nem l. II. de Legibus, Æmiliam Pro-  
bum, Plutarchum in utriusque vita,  
et Messalam Corvinum in libello ad  
Cæsarem Augustum. *Cast.*

[*Ætas*] Plutarchus, Appianus et  
Tranquillus scribunt, Cæsarem quin-  
quagesimo sexto ætatis anno occisum  
fuisse: quod si ita est, Cicerone con-  
sule Cæsar trigesimum septimum age-  
bat annum. Nam Cicero consul fuit  
anno ab Urbe condita sexcentesimo  
nonagesimo: Cæsar vero interfectus  
est anno septingentesimo nono. Ve-  
rum si Cæsar quinquagesimo sexto  
ætatis anno perit, necesse, ante le-  
gitimum tempus consul fuerit. Tem-  
pus enim legitimum petendi consula-  
tum, erat annus quadragesimus ter-  
tius: quod patet, tum ex Cicerone  
Phil. 5. tum etiam ex annorum nu-  
mero a natali die Ciceronis ad  
consulatum: quem suo se anno assecutum  
esse scribit ipse oratione secunda  
contra Rullum. Constat enim ex  
Gellio, Ciceronem Serrano et Cæpione  
consulibus anno ab Urbe condita 647.  
ante diem tertium Non. Jan. natum  
esse. Patet igitur, Cæsarem ante  
tempus legibus constitutum consulem  
fuisse. quod affirmat etiam Appianus  
Bellorum civilium l. III. verum is  
pugnanti loquitur: si enim, cum  
interfectus est, 56. annos habebat  
Cæsar, *ἀδύνατος* est, ut decem annis  
ante legitimum tempus consul fuerit.  
quod si quis annos computaverit, fa-  
cile cognoscet. Gessit enim consula-  
tum Cæsar anno Urbis conditæ 694.  
hæc adnotare libuit, ne quis ex Cæ-  
baris consulatu ætatis conjecturam  
faceret: nam legibus solutus est.  
Cæsar igitur Cicerone consule 37.  
annos natus erat, Cato vero plus mi-  
nus 32. anno enim ab Urbe condita  
707. Cato sibi mortem Uticæ consciv-  
it, annos natus vel 48. ut vult Plu-  
tarchus, vel 49. ut Livius, vel ut Ap-  
pianus circiter quinquaginta. *Cast.*

[*Eloquentia*] Ambo enim fuerunt

eloquentes. Quintil. XI. 1. Catonem  
eloquentem Senatorem fuisse dicit.  
Idem l. X. de Cæsare ita inquit: 'C.  
vero Cæsar, si foro tantum vacasset,  
non alius ex nostris contra Cicero-  
nem nominaretur: tanta in eo vis est,  
id acumen, ea concitatio, ut illum  
eodem animo dixisse, quo bellavit,  
appareat. Exornat tamen hæc om-  
nia mira sermonis, cujus proprie stu-  
diosus fuit, elegantia.' Cicero ad Bru-  
tum oratores enumerans negat se vi-  
dere, cui Cæsar debeat cedere: ait-  
que eum elegantem, splendidam quo-  
que ac magnificam ac generosam  
quodammodo rationem dicendi te-  
nere. Et ad Cornelium Nepotem de  
eodem ita scripsit: 'Quid? oratorum,  
quem huic anteponas eorum, qui nihil  
aliud egerunt? quis sententiis aut  
acutior aut uberior? quis verbis aut  
ornatior aut elegantior?' Vide quoque  
Tacitum in Dialogo de Oratore.  
*Zanch.*

[*Integritate vitæ*] Cicero pro domo  
sua: 'Bello gerendo M. Catonem  
præfeciisti, dices, quem virum? Sanc-  
tissimum, prudentissimum, fortissi-  
mum, amicissimum reip., virtute,  
consilio, ratione vitæ mirabili ad lau-  
dem, et prope singulari.' Item pro  
Muræna: 'In M. Catone hæc quæ  
videmus divina et egregia ipsius sci-  
tote esse propria: quæ nonnunquam  
requirimus, ea sunt omnia non a na-  
tura, sed a Magistro: fuit enim qui-  
dam summo ingenio vir, Zeno, cujus  
inventorum æmuli Stoici nominantur.'  
Hujus sententiæ sunt et præcepta  
ejusmodi: sapientem gratia nunquam  
moveri, nunquam cujusquam delicto  
ignoscere, neminem misericordem esse,  
nisi stultum et levem: viri non  
esse neque exorari, neque placari.  
Cic. Severitatem hanc a Stoicorum  
disciplina acceptam, ut nimiam culpam  
Cicero: cum quo facit et Seneca  
Controv. XII. cum sit: 'Nemo sine  
vitio est: in Catone moderatio, in Ci-  
cerone constantia desideratur.' *Græw.*

*Ille mansuetudinis et misericordiae clarifacatus est]* Tò est non reperi in manuscriptis, ac majore cum gratia abest. nec est in omnibus impressis. Rivius.

*Misericordiae]* Quia secundum Plinium erat usque ad poenitentiam clemens, illis enim pepercit, a quibus postea interfectus est: unde inter funebres ludos de eo cantatum dicit Suetonius, ex Pacuvii armorum iudicio: 'Men' servasse, ut essent qui me perderent?' *Badius*.

*In altero miseris profugium erat]* In quibusdam, *profugium*: utrumque apud Ciceronem reperitur: *et erat*, non est in manuscriptis, nec in impressis quibusdam, ac rectius abest. Rivius.

*Facilitas]* Nam Cæsar facilis erat ad ignoscendum, ex hoc enim apparet, quam facilis fuerit: quia cum potitus fuisset rerum, cunctis adversarum partium in Italiam redire permisit, magistratusque, et imperia capere. *Lege Dionem sub finem l. XLII. Zanch.*

*Constantia]* Val. Max. II. 3. 'Hic, inquit, spiritus ne quidem Catonia peritiae defuit, nam cum in domo M. Drusi avunculi sui educaretur, et ad eum Tribunum tunc plebis, Latini de civitate impetranda convenissent, a Q. Popedio Latinorum principe, Drusi autem hospite rogatus, ut socios apud avunculum adjuvaret, constanti vultu non factorum se respondit: iterum, deinde et sæpius interpellatus, in proposito perstitit. Tunc Popedius in excelsam ædium partem elevatum, abjecturum se inde eum, nisi precibus obtemperaret, minatus est: nec hac re ab incepto moveri potuit. Expressa est itaque vox illa hominum: Gratulentur nobis Latini et socii, hunc esse puerum, quo senatore ne sperare quidem nobis civitatem licuisset.' Hoc et multa alia constantiæ Catonis exempla apud Plutarchum leges. *Idem*.

*Nihil denegare quod dono dignum esset]* In uno Fabriciano est, *bono dig-*

*num*, ceteris reclamantibus. Sed hic nihil pronuntio. Tantum diversam lectionem indico, non iudicium interponens meum, sed integrum relinquens lectori suum. Rivius.

*Sibi magnum imperium, exercitum]* Quod autem Cæsar magni imperii ac novi exercitus cupidus fuerit, facta ipsius declarant. Nam cum esset questor in Hispania, atque jussu populi Romani jure dicendo conventus circumiret, Gadesque venisset, ac ibi in Herculis templo magni Alexandri imaginem animadvertisset, ingemuisse fertur, et statim missionem efflagitasse, ad captandas quamprimum majorum rerum occasiones. *Zanch.*

*Novum bellum exoptabat]* Quod tandem obtinuit: nam post consulatum socero generoque suffragantibus, ex omni provinciarum copia, Gallias potissimum elegit: cujus emolumento et opportunitate idonea esset materia triumphorum: et initio quidem Galliam Cisalpinam, Illyrico adjecto, lege Vatinia accepit: mox per Senatum Comatam quoque, veritis patribus, si negassent, quod populus et hanc daret: quo gaudium elatus non temperavit, quin paucos post dies frequenti curia jaectaret invitit ac gementibus adversariis se adeptum esse, quod concupisset. *Tranquillus. Idem*.

*Ubi virtus ejus emilescere posset]* Ejus non est in manuscriptis, nec impressis vetustioribus: ne Augustinus quidem addit, ubi hunc locum citat l. v. de civitate Dei. Rivius.

*Non de divitiis, cum divite, neque de factione cum factioso, sed cum strenuo de virtute, cum modesto de pudore, cum innocente de abstinentia certabat]* Ita nos totum hunc locum restitimus; cum antea in vulgatis receptisque libris legeretur, *non divitiis cum divite, non factione cum factioso, sed cum strenuo, virtute; cum modesto, pudore; cum innocente, abstinentia certabat*. Confirmat autem veterum codicum scripturam Q. Curtius l. IV. 'Jam non de

gloria, sed de salute; et, quod salutis præponitis, de libertate pugnandum est.' Cicero in Divinatione in Verrem: 'Ecquis nunquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua contendit?' *Popma*.

*Abstinentia*] Quam autem Cato abstinentis fuerit testis fuit Epirus, Achaia, Cyclades insulæ, maxima pars Asiæ provinciæ, Cyprus: unde cum pecuniæ deportandæ ministerium sustineret, tam aversum animum ab omni Venere, quam a lucro habuit, in maxima utriusque intemperantiæ materia versatus. Nam et regiæ divitiæ potestate ipsius continebantur, et fertilissimæ deliciarum totius Græciæ urbes, necessaria totius navigationis diverticula erant: atque Mnatius Rufinus Cypriæ expeditious fidus comes, scriptis suis signat, (cajus testimonium non amplector, proprio enim argumento laus ista nititur) quod ex eodem naturæ utero et continentia nata est et Cato. Hæc ex Val. Max. Plut. et in ipsius vita ait: Ab rege Deiotaro, ut filios et filiam suam eidem commendaret, vocatus, cum ipse Rex dona egregia protulisset, usque adeo super ea re commotus est, ut cum vespere ad eum venisset, postridie circiter horam tertiam abiret: et in itinere, cum ei majora dona misisset, epistola ipsum rogavit, uti si ea dona capere nolle, amicis saltem habere sineret. Sed nec ipse accipere voluit, nec amicos capere permisit, affirmans, omnem largitionem velamen honestatis facile reperire posse: amicos vero ejus habituros ex iis, quæ ipse juste possideat. *Zanch*.

*Esse quam videri bonus malebat*] *Æschylus* sic, ἐπὶ ἐπὶ ἠθῆβαις Ὁδὸ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει. *Æschyli* dictum recitat Jo. Tzetzes l. v. de varia historia 16. Cicero quoque in *Lælio*: 'Virtute,' inquit, 'ipsa, non tam multi præditi esse, quam videri volunt.' *Manutius*.

*Itaque quo minus petebat gloriam, eo*

*magis illam adsequabatur*] *Flam*, non reperi in quibusdam, nec in *Mersæburgensi*, et omitti potest, citra detrimens sensus. Augustinus hand scio an memoria lapsus ita citat, *eo magis illum sequabatur*; nempe *gloria Catonem*. Forte non fuit ad manum liber, itaque memoriæ fixus, ut sit, perperam hoc modo citavit. In manuscriptis præterea non *Itaque*, sed *Ita* legitur, consentientibus exemplaribus *Badiano* et *Beroaldino*: ac si quid est in me judicii, rectius hoc modo legitur. *Rivius*.

*Eo magis illam adsequabatur*] Sic et antiquus *Fulvii* liber. D. Augustinus legit, *Eo illum sequabatur*. Alii, *eo magis sequabatur*: omnia recte. *Manutius*.

*CAP. 55 Discessit*] *Discedere in sententiam*, est alterius sententiam approbare. Antiquorum enim mos fuit, cum in tanto senatorum numero, longum foret, singulorum sententias audire, ut illi tantum, qui ceteros dignitate antecellebant, sententiam dicerent. Deinde duabus tribusve diebus sententiis, reliqui ad eos, quorum iudicio sententias approbant, transibant. Vide *Gell.* l. III. Noct. Att. c. 18.

*Triumviros quæ ad supplicium postulabat, parare jubet*] *Oppido* obscurus est hic sermo, cum sensus sit satis manifestus. Quidam putarunt plurali numero legendum, *postulabant*, quod etiam vetus codex habet: sed æque in obscuro manente sensu. Ego quid certo dicam non habeo, conjecturas illibenter adfero. *Glareanus*.

*Triumviros, quæ ad supplicium postulabat, parare jubet*] *Proclive* et mihi fuisset, expungere præpositionem *ad*, ut factum *Carrioni*; neque secus accidit a manu emendatrice *Pal. sec.* sed cum extet in *Mss.* ceteris pene omnibus præterquam in *Pal. decimo*, in quo, *quod supplicium, &c.* hand etiam ausim: præsertim quoniam *Commeliniani* censor non ipsum deleverit *ad*, sed *quæ*: unde esset suspicari;

principio scriptam auctori; *Triumvros supplicium parare jubet.* Sane Pal. undec. habet: *Triumvros quæ ad supplicium sumendum postulabat parare jubet:* octavus autem; *Triumvros quæ ad supplicium parare postulabat, jubet parare.* Gruterus.

*Triumvros]* Triumviros, scilicet capitales: qui, postquam Curius Dentatus de Samnitibus triumphavit, tunc primum Romæ creati sunt, qui de criminibus pariter cognoscerent: et in facinorosos, si quid scelere ac perfidia deliquissent, animadverterent: qui vigilias per urbem disponere, et ne qui nocturni cœtus fierent, observare, neu qui militares novarum rerum cupidi hostilia auderent, prospicere debebant, quæ posterioribus temporibus ad præfectum vigilarum translata sunt: his quoque, ut carceribus latomiarum interior cura ageretur, carcerisque custodiam haberent, utque destinatis fasces, securis, et supplicii instrumenta omnia præsto forent, cura procuratioque impendebat, ut cum in reos animadverti oporteret, ipso intervenia fieret. *Zanch.*

*Tullianum appellatur]* Carcerem Tullianum, cujus auctor Ancus rex, in capite fori sub Capitolio situm fuisse sic innuit Cicero: *cum de foro curvum flectere incipiunt, illos duci in carcerem jubent.* Et Livius, *Fecit carcerem media urbe imminem foro ad terræm crescentis audaciæ.* Quod Vitruvii præceptis consentaneum est, qui ait ærarium, carcerem, curiam foro esse conjungendam. Unde autem carcer, et unde Tullianum diceretur, docent Varronis hæc verba: 'Carcer a coercendo, quod exire prohibetur: in hoc pars, quæ sub terra, Tullianum; ideo quod additum a Tullo Rege; quod Syracensis, ubi hac de causa custodiuntur, vocantur Latomias, et de Latomia translatum.' Latomias vero, de quibus Varro meminit, Cic. in Verrem sic describit: 'Latomias Syracosanas omnes audis-

tis, plerique nostis: opus est ingens, magnificum regum ac tyrannorum; totum est ex saxo in mirandam altitudinem depressum, et multorum operis penitus excisum. Nihil tam clausum ad exitus: nihil tam septum undique: nihil tam tutam ad custodiam; nec fieri, nec cogitari potest.' Extat autem etiam nunc camera non abasimilis ei, quam a Cicerone descriptam attulimus, ad cujus levam per gradus in Tullianum erat descensus, extatque ibi in fronte titulus sequens: C. VIBIVS. C. FILIVS. RVFINVS. M. COCCIVS. M. F. NERVA. COS. EX. SC. Ex quo conijcimus hunc carcerem post Anci et Tullii Regum tempora instauratum, ampliatumque fuisse. Est autem hodie D. Petro cognomento in carcere dicatus. *Marlian.*

*Ubi paululum ascenderis ad levam circiter duodecim pedes humi depressus]* Dubium est, utrum ubi ascenderis, duodecim pedes, intelligamus: an locus humi depressus duodecim pedes. Sed posterius malim, propter reliquam loci descriptionem. Quidam codices, *Fornicibus vincta* legunt paulo post, a vincio: quod alii *juncta, a jungo.* et vetus codex *ascenderis* habet, non *descenderis.* Sed judicet Lector. *Glaucanus.*

*Ubi paululum descenderis]* Ita clare Ma. Com. et Bongarsii, ut et a mano secunda Pal. sec. reliquis est *ascenderis*, quod pronom mutare cum Palmario in *escenderis*, nisi vox *depressus*, item *demissus*, quæ sequitur, innuere viderentur descensum potius fuisse quam ascensum. *Gruterus.*

*Camera]* Cameras appellarunt sola culmina arcuata, sive ex lapide, sive ex contignatione facta essent. Vitruvius v. 10.: 'concamerationes vero, si ex structura factæ fuerint, erant utiliores: sin autem contignationes fuerint, figliffum opus subjiciatur.' Vocat structuram, quod ex lapide structum est. Sic apud Hircium de Bello Alexandrino: 'incendio



fere tuta est Alexandria, quod sine contiguatione ac materia sunt ædificia, et structuris, atque fornicibus contiguentur.' Lacunaria autem proprie grant, quæ lacubus quadratis distincta erant. Et hæc lacunaria vel laquearia tabulis tecta erant, quæ Vitruvius a cameris distingnit, cum dicit: 'tunc autem machinis comparatis camerarum dispositiones in conclavibus expediuntur, nisi lacunaribus ea fuerint ornata.' Ubi lacunaria tecta plana tabulis laqueata, et lacubus distincta. *Salmas.* De cameris Isidorus ita loquitur: 'Cameræ sunt volumina introrsum respicientia, appellatæ a curvo.' *Κάμυλον* enim Græcis curvum: sed an non sit peregrina Gallica vox dubito, cum hodieque apud nostrates istud vocabulum usurpetur, atque incurvum etiam camusum Belgæ appellemus, quo vocabulo et usus princeps Poëtarum Virgilius. *Georg.* 3. 'Et camuris hirtæ sub cornibus aures.' *Thys.*

*Camera*] Diversa sunt camerarum discrimina, quæ nos inquirere diligenter oportet, quibus lineis terminique præfiantur, etenim fornix est, et camera, et hemisphærium, et arcus illi, qui sunt harum quotæ partes. Hemisphærium, quod mediæ pilæ speciem habet, snapte natura ex circinatione, vestigiis, ichnographia circulari provenit: camera quadratis arcis convenit, sicuti fornices quadrangularibus. Fornix excavati montis similitudinem refert: est enim in arcum flexa et protensa curvitas. Imaginemur parietem amplum, qui a summo sinuetur, et flectatur per porticus latitudinem transversam: camera vero arcum refert a meridie in septentrionem se flectentem, qui et alium habeat transversum ab oriente in occasum; cornua enim flexa: præter hemisphærium, est concursus multorum arcuum æqualium in centrum medii culminis: sunt et plura curvationum genera, alia delumbata ad

circinum, vel quæ lunulata vocantur, et si quo alio modo testudinata sint, quæ multorum angulorum figuras ostendunt, quorum omnium incurvandorum ratio una est. *Barbarus in Vitruvium.*

*Judices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere*] In vetustis est, *Vindices rerum capitalium*, pro *triumviri capitales*, quorum interventus supplicium de facinorosis sumebatur. De his autem historicum loqui, cum per se facile liquet, tum auctor libelli de magistratibus Romanis, quem Feuestellam vocant, testatur. Nam quo loco capitales dictos ostendit, quod capitalibus questionibus præessent, mox ibidem, 'Eorandem,' inquit, 'interventu triumvirorum, in eos qui cum L. Catilina conjuraverant, animadversum est, ut meminit Sallustius.' Ut autem Sallustius hic *vindices capitalium rerum*, sic alieubi Cicero 'vindices facinorum et sceleris' dixit. Est apud eundem 'peccatorum vindex,' 'vindex scelerum.' *Riv.*

*Vindices rerum capitalium quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere*] Mire videntur feriata, quibus præceptum erat. Si quid juris haberem in auctorem; juberem hanc triadem alias sibi sedes quærere. Ceterum extat in Mss. aut *indices*, aut *judices*, non *vindices*, nisi forte a calamo primo in Pal. sec. imo in plerisque emendatum, *per indices rer. cap.* Naz. autem primum habuit; *Lentulus, dices rerum capitalium, &c.* correctumque post: *Lentulus et per indices, &c.* ut forte suspicari licet fuisse: *Lentulus, et vindices rerum, &c.* Gruterus.

*Vindices rerum capitalium*] Ita potius legendum, non *judices*. Rivius exponit *Judices rerum capitalium*, pro *Triumviri capitales*: quæ quidem expositio non admodum mihi placet. Nonne consentaneum est, quod *Triumviri*, quamvis pararent quæ ad supplicium pertinerent, ut ipsi postea

id tam levisimum munus exercent, scilicet ut conjuspiam laqueo vitam finirent; et quod id affirmem, facit Plutarchus in Ciceronis vita, qui sic ait: 'Forum egressus consuli, cum ad carcerem ventum esset, tradit licitori Lentulum, eumque strangulari jussit: hocque pacto intelligimus judices vel vindices, id est, licitores: quorum munus hoc erat, ut morte damnatos strangularent, vel alio quodam genere mortis afficerent. Zaehk.

*Ita ille patricius*] Juven. Satyr. x. 'Igitur fortuna ipsius et urbis Servatum victo caput abstulit. Hoc cruciatu Lentulus, hac poena caruit, ceciditque Cethegus Integer.' Solent historici elatorum virorum exitus brevi aliqua clausula, tanquam funebri mœnia prosequi, id parcius a Sallustio, fusius a Livio factitatum innuit Seneca suasoria vi. 'Quoties magni alicujus mors ab historicis narrata est, toties fere totius consummatio vitæ, et quasi funebris laudatio redditur. Hoc semel atque iterum a Thucydeide factum, idem in paucissimis personis usurpatum a Sallustio, Livius benignius omnibus magnis viris præstitit. Sequentes historici multo id effusius fecerunt.' Sallustius supra: 'Ita ille egregius juvenis, immoderatæ fortitudinis poenas dedit.' Curtius l. vii. de Parmenione: 'Hic exitus Parmenionis fuit, militiæ domique clari viri:' et l. ix. 'Hic fuit exitus clarissimi Persarum, nec insonitis modo, sed eximie benignitatis in regem.' *Putachius.*

*Cordiorum*] Amplissima omniumque gentium nobilissima Cornelia ab antiquis est habita, et quidem jure ac merito: sive enim dignitatem spectes familiarum, sive etiam præclara in rep. merita, rerumque gestarum magnitudinem consideres, omnes certe omnium gentium virtutes, præclarissimæ hujus gentis splendore interperant et obscurantur. Ac de ori-

gine quidem gentis nihil mihi quamvis diligentissime investiganti occurrat. Familias præcipuas quatuor reperio: quarum una Maluginensium est, altera Scipionum, Rufinorum tertia, postrema Lentulorum. Dolabellas enim, Cinnas, Merulas, et et qui sunt alii, plebejos potius quam patricos crediderim. Qua equidem in re veterum auctorum diligentiam requiro, qui cum in aliis, tum in Cornelii nobis describendis valde mihi videntur errare. et, ut omittam Florum, Eutropium, Orosium, Plinius certe antiquitatum auctore ceteroquin bonus et diligens, hac in re quam maxime lapsus videtur c. 3. libri vigesimi. *Streis.*

*Dignum moribus factisque suis exitum vitam invenit*] Sic et volumen Fabricianum, et alia duo. In Merseburgensi vero ceterisque vetustioribus, *exitum vitam*; quomodo Livius, 'Quod nemo eorum satis dignum splendore vitæ exitum habuit.' mihi utra lectio verior, haud dum liquet. *Rivius.*

*Exitum vitam invenit*] Tacit. Annal. i. 'Ubi infelici dextera, et suo lecta mortem invenerit.' *Cicconius.*

*Exitum vitam invenit*] Sic fere manu formisque scripti antiquiores, cujus loco obrepsit deinde *exitum vitam*, minus recte: consulator Nonius Marcelus. *Gruterus.*

CAP. 56 *Duas legiones*] Vide supra c. 23.

*Cohortes*] Et est cohors, auctore Varrone libro de Lingua Latina, quod, ut in villa, ex pluribus tectis conjungitur, ac quiddam fit unum: sic hic ex manipulis pluribus copulatur cohors, quæ in villa dicta, quod circa eum locum coercetur: tametsi cohortem in villa Hysicrates dicit esse Græce cohortem apud Pœtas dictam. *Zaehk.* Vide infra c. 59.

*Pro numero militum*] Unaquæque cohors quingentos quinquaginta quatuordecim continet pedites, equites sexaginta sex, excepta prima, quæ reliquas

numero militum et dignitate præcedit, pedites mille centum quinque, equites loricatorum centum triginta duos, et appellatur cohors milliaria, inquit *Vegetius* II. 6.

*Ut quisque voluntarius*] In scripto nostro legitur: *ut quisque voluntarius ex agris in castra venerat*. *Putschius*.

*Aut ex sociis in castra venerat*] In hanc lectionem conveniunt mss. numero quatuordecim; neque dubitandum de sinceritate scripturæ, *aut ex sociis*; sed potius de hisce, *æqualiter distribuerat*; ac brevi spatio legiones numero hominum expleverat. Auribus enim magis lenocinaretur, si scriberetur, *distribui*, item, *expleri*. *Gruterus*.

*Amplius duobus millibus*] *Tacit. Annal. v.* ‘*Unciario fœnore amplius exerceat*.’ *Cicero* in Oratore: ‘*Non fere ternis amplius*.’ Et *Verr. v.* ‘*Hora amplius in demoliendo signo*,’ dixit: et noster ‘*amplius annos xxx.*’ *Claudianus*.

*Ceteri ut quemque casus armaverat, sparos, aut lanceas, alii præcutas sudes portabant*] *Servius* in XI. *Æn.* portare legit, nisi sint mendosi codices, ut sit enallage modi; quæ figura propria historicorum est; sicuti idem in II. *Æn.* annotavit. *Rivius*.

*Ut quemque casus armaverat*] *Nonius* in *Sparos* legit, *ut quosque casus, &c.* Et paulo post legendum omnino, in *Galliam versus*: nam sic est in vv. cc. et Grammatici ita citant. *Varro* etiam ita locutus est libro IV. de Ling. Lat. cum dixit: ‘*Connm, quod cogitur in cacumen versus*.’ *Ursinus*.

*Sparos*] Alii Codices *spathas* habent. Sed illud verius est. *A. Gellius* x. 25. eadem tela conjunxit. *Coler*.

*Sparos*] ‘*Sparus est*,’ inquit *Servius*, ‘*rusticum telum, in modum pedis curvum*.’ *Festus* autem asserit, *spera* minimi generis jacula esse, a spargendo dicta; et sane *sparus* et *sparum* idem est, ut testatur *Nonius*. *Cast*.

*Sparus*] Alibi *sparum* Gallicum esse

vocabulum, docet *Festus*, cum dicit; ‘*Rumex genus teli simile spari Gallici, cujus meminit Lucilius: Tum spara, tum rumices, portantur tragula porro*.’ Item *Virgilius*: ‘*Agrestesque manus armat sparus*.’ Ubi *sparus* videtur sudem denotare, nos hodie *een Sparre* appellamus. Nam *Nonius*, superiori *Sallustii* loco inductus, videtur negare esse telum bello proprie aptum: ait enim: ‘*Sparus, lancea, tela sunt non bellica*.’ Si tamen pro militari telo vel laucea libet accipere, accommodabimus huc illud *Sisennæ* extertio *Historiarum*: ‘*sparis ac lanceis eminus peterent hostem*.’ Atque ita *sparus* nostratum erit, Germanorumque *een Speer*, quod alias lanceam possis dicere. *Joh. Pontan*.

*Lanceas*] Hasta oblonga, a *λόγχη* derivat *Festus*: argute, haud vere. Et est Hispanica ipsa vox, ut *Varro* et *Gellius* xv. 20. testantur. Vel Gallica potius, ut *Diodorus*. De *Gallis* enim scribit l. vi. *προσβάλλονται λόγχας, ἅς ἐκείνοι λαγκίας καλοῦσι*, id est, *jaciunt hastas, quas ipsi lanceas appellant*. Vox quidem *lanceare*, quod est jacere, mittere, ipsis *Hispanis* Gallisque et hodie est in usu. Quo vocabulo usus quoque fuit *Tertullianus* adversus *Marcion*. III. 13. aliud est, si penes *Ponticos*, infantes in prælium irrumpunt, qui ante norunt lanceare quam lancinare. *Lips*. De *Lancea* quoque agit *Casaubonus* in l. IV. *Strabonis*. *Sisenna* tamen *Historiarum* l. III. apud *Nonium* in *Lancea* non *Hispanis*, non *Gallis*, sed *Suevis* hoc vocabulum tribuit.

*Catilina per montes iter facere*] *Sic* Mss. hodie fere, *montes*. Et paulo inferius, ‘*reliquos Catilina per montes asperos*.’ Nec multo post, ‘*octo cohorteis*:’ et, ‘*cohorteis paulatim incedere jubet*.’ Adnotavit autem l. v. *Priscianus*, quæ in *us* et *rs* desinant, horum accusativum pluralem fere in *eis* exire. Hinc *fonteis* apud *Virgilium*, *parteis* et *bidenteis* apud eundem.

*Parentis apud Terentium. Rivius.*

*Modo ad urbem, modo Galliam versus castra movere]* Priscianus super XII. versus Virgillii legit, 'in Galliam versus.' Ejus verba sunt: 'Versus quoque suppositum,' inquit, 'localibus nominibus, adverbium esse invenitur: ut, Italiam versus, Galliam versus. Sallustius tamen etiam præpositionem ei anteposuit in Catilina, in Galliam versus.' Hæc Priscianus, quem mehercule ipse memoria lapsam putarem, nisi eodem modo, atque ille citat, in codice manuscripto reperissem. Sed et Vellejus Paterculus I. 'Ante triennium,' inquit, 'quam Cassius censor a Lupercali in Palatium versus theatrum facere instituit, Cæsar VII. castra ex Biturigibus movet in Avernos versus.' Idem VI. 'T. Labienum cum legionibus tribus, ad Oceanum versus in eas partes quæ Menapios attingunt, proficisci jubet.' Non dissimile illud Hirtii V. de bello Africano: 'Ad Cercionam insulam versus ire jubet:' et, 'Classem ad insulas Baleares versus convertit.' Corn. Tacit. in Germania; 'Modico flexu,' inquit, 'in occidentem versus.' Tale forsitan videri possit illud Ciceronis in Lælio: 'Atque is primum instituit in forum versus agere cum populo,' nisi quis participium esse malit tò *versus*: ut intelligas eum primum concionari cœpisse conversum non ad senatum et comitium, ita uti alii fecerint, sed ad forum. Ut jure hic mireris ruditatem et inscitiam eorum, qui, si diis placet, *versus agere*, pro habere orationem metro constantem interpretantur: nec minus illius, qui in editione Hervagiana operum Tullianorum hæc in Indicem conjecit: 'C. Licinius Crassus versibus cum populo primum agere instituit.' Strenuus et industrios homines, qui hæc in indice annotarant! *Idem.*

*Interea servitia repudiabat, cujus initio ad eum magna copia concurrerant]* Legendum, *cujus initio*: ut est in ma-

nuscriptis: nam perperam additur *rei*, in libris recentioribus. Tu vide, si lubet, Priscianum l. XVII. ubi docet illud *cujus* singulare, ad rem et sensum potius esse, quam ad vocem referendum. *Idem.*

*Interea servitia repudiabat, cujus initio, &c.]* Quidam adjecerant *rei*, ut sit sensus, *cujus rei*. Quidam putant per syllepsin relativum ad intellectum genus relatum, hoc sensu, *cujus generis initio ad eum magna copia concurrerant*. Sed hercle relativum sæpe numerum mutat cum antecedente, ut hic singularem plurali. Contrarium est hoc Boëti: 'Quid vero si corpus spectes, imbecillius homine reperire queas? quos sæpe muscularum quoque morsus necat:' qualia multa similia apud auctores reperias. Vetus codex habet: *Interea servitia repudiabat, quorum initio ad eum magna copia concurrerant*: quæ si vera est lectio, nullam prorsus habet difficultatem. *Glareanus.*

*Interea servitia repudiabat, cujus initio ad eum magna copia concurrerant]* Adfricata et istis multa a glossographis, clamat varietas Palatinorum: nam est in tert. *repudiare*; in quarto, non visuntur illa, *ad eum*; septimus vero habet, *concurrerent*; octavus et dec. *quorum initio*; nonus, *cujus initium*; sed et divertit editio princeps, in qua magna copia concurrerant. Equidem, si non licet tollere cen spurium, *cujus initio ad eum magna copia concurrerant*, finxerim; *interea servitia repudiare, cujus initio magna copia concurrerant*. Gruterus.

*Alienum rationibus suis existimans videri]* Tò *existimans* non est in scripto nostro, et salvo sensu abesse potest. *Putachius.*

*Causam civium cum servis fugitivis communicasse]* Tò *servis*, non est in vestustis quibusdam, neque id addit Felicius Durantinus. Forte. ex glossa irrepsit; nam et apud Ciceronem sæpe sic reperitur: ut, 'Habet legionem, habet fugitivos;' et, 'Vivebat

cum fugitivis;’ et, ‘Arsenio princeps fugitivorum.’ In epistola tamen Vatinii ad eundem additur *servus*; ‘Dicitur mihi tuus servus anagnostes fugitivus Vardaci esse.’ Est in Pandectis l. xi. titulus *de fugitivis*: ut subaudias, *servis*. Rivius.

*Servis fugitivis*] Servi enim, neque infantes jus militiæ habebant. Itaque cum ex eo numero Equitum, quos Deiotarus ad Julium Cæsarem misisset, unus servus inventus esset: hæc ei accusatio objiciebatur. Et hanc ægre excusat Cicero. At vero Antonio, Octavio, Lepido Triumviris, de servo inter numeros deprehenso ita supplicium exactum est, ut de rupe Capitolina dejiceretur: manumissione tamen prius intercedente, quo magis cum dignitate aliqua condemnatus esse videretur. Quinetiam, etsi sponte se obtulerint non ignari suæ conditionis, quamquam in numeros nondum relati essent, capitali supplicio afficiendos Trajanus Plinio rescripsit. Atque hoc jus valuit usque ad Justiniani tempora, ut patet ex l. xii. Cod. tit. xxxiii. observatum aliter tamen bello Punico ii. ‘*aliam formam novi delectus*,’ ait Livius, ‘inopia liberorum capitum ac necessitas dedit. Octo millia juvenum validorum ex servitiis, prius sciscitantibus singulos, vellentur militare (unde Volones appellati, quia singuli Volo respondissent) empta publice armaverunt. Hi omnes cum strenue se gessissent, a Sempronio Graccho sunt manumissi: et bello confecto, pretia dominis soluta.’ Erod. sub tit. Qui quand. mil. poss.

CAP. 57 *In agrum Pistoriensem abducit*] Manuscripta, et item illud a Badio excusum, consentiente Beroaldino, *abducit*; utrum rectius, alii judicent. Riv.

*Pistoriensem*] Etruriæ hoc oppidum dicitur *Pistorium*. Ptolemæo vero *Itorrapla*. Unde etiam nunc vulgo vocatur *Pistoia*. Antonino videtur fu-

isse *ad Pistoros*. In tabula vero Itineraria *Pistoris* vocatur. Nescio vero an *e* corruptum sit in *i*, an vero pluralis numerus intelligendus sit, *Pistoris*, pro *Pistoriis*. Oppidani inde dicuntur Plauto in *Captivis Pistoriensibus*, sicuti et hic Sallustius noster *agrum Pistoriensem* appellat, et Jul. quoque Obsequens libr. de prodigiis Catilinam ibi victum narrat. *Claver*.

*Eo consilio*] Bongarsius hæc delet ex Cod. Manusc., neque forsitan spernendum est. *Gruf*.

*Tramites*] Sunt loca saltuosa, et virgultis obsita. Propertius: ‘Et si forte meo tramite queris avem.’ Ibi exponit Scaliger, Propertii sospitator, *tramitem* silvan. *Coler*.

*Profugeret in Galliam Transalpinam*] In quodam e manuscriptorum reperi, *Cisalpinam*. Rivius.

*In Galliam Transalpinam*] Sine dubio locus hic corruptus est. Non enim volebat Catilina in Galliam Transalpinam fugere, sed in Cisalpinam: ut infra docebimus, auctoritate maxime Ciceronis: quam rem etiam ex Sallustii verbis percipere possumus. Nullo enim pacto occulte per tramites perfugere potuisset in Galliam Transalpinam, quæ longe ab agro Pistoriensi distat: est enim *Pistorium*, teste Ptolemæo, urbs mediterranea Tusciæ. Quare vel expungenda est dictio illa *Transalpinam*, vel legendum *Cisalpinam*, pro *Transalpinam*, ut Rivius in quodam manuscripto se reperisse testatur. *Zanck*.

*In agro Piceno*] Julius Obsequens: ‘C. Antonius cum in agro Piceno Catilinam devicisset, laureatos fasces in Provinciam tulit.’ Cassiodorus tamen in Chronico diversus abit: sic enim scribit: ‘M. Papio et M. Valerio Coss. Catilina in Pistoriensi a C. Antonio bello peremptus est.’ *Coler*.

*Montium*] Apennini. Appianus vero et Sabellicus ajunt, pugnam, de qua postea, commissam esse sub Alpium radicibus, quod repugnat Sallustio,

Cicero, Bibani, Julie Obsequenti, et aliis. *Catili.*

*Postquam videt montibus atque copis hostium sese clausum*] Illud videt, non aut in Com. Pal. autem septimus, loco verborum postremorum habet, *hostium circumventum esse*; at Ms. Bongarsii non agnoscit, *montibus atque*: adeo ut si cui libeat suspicari et hinc edenta emblemata interpretatorum, id tuto licent. *Gruterus.*

*Clausum*] Catilina undique obsecus erat: non poterat enim in Galliam aufugere. Metellus radices montium occupaverat: Antonius vero ab Urbe venerat. Hinc Dion Cassius l. xxxvii. *Hist. Rom.* Antonius autem et Metellus, Fusulis circumsessis, nullam ei progrediendi copiam faciebant. *Beza.*

*Constituere*] Hinc Dion Cassius loc. cit. Ibi domum in casum devenire coactus, ad Antonium (diversis enim locis Romani castra habebant) se convertit: quamquam is Metello et auctoritate praestantior, et copis instructior esset. Catilinam vero movebat, quod eum participem conjurationis, de victoria sibi dedita opera concessuram sperabat. *Idem.*

*Concilio*] *Concilio* a conciendo dicta, quasi congregata et convocata multitudo. Hinc ceterae significationes dependent. Ut eum concilio pro oratione ad Populum dicitur.

*Comperitum habeo milites*] In manuscriptis et impressis antiquioribus est additum, *ego*: quod perperam in nostris deest. *Rivinus.*

*Comperitum ego habeo milites*] Pronomen abundat, neque extat in omnibus Mss. respicitque editio prima. Si quis etiam sustulerit, ceu otiosum verbum, habeo, minime repugnaverim; plus namque efficaciae habuerit Catilina, si prae se ferat, comitare experientia omnis sevi, omnium nationum, oratione minime animari, quibus parum animi; quam si velit sibi id comperitum. *Gruterus.*

*Delph. et Var. Clas.*

*CAP. 58 Comperitum ego habeo*] Oratio haec aut revera a Catilina ad milites est habita, aut nimium graphice ab auctore excogitata: exprimit enim positus animus talis hominis, in tali casu constituti, ita ut animum virilem sine felicitate et prudentia in eo cognoscas, pluraque loquentis quam sapientiae. Nititur autem milites suos ex desperatione salutis ad salutem manu quaerendam inducere: quasi dicat illud *Æneid. II.* 'Una salus victis, nullam sperare salutem.' *Zanch.*

*Verba virtutem non addere*] Idem Sallustius in Jugurtha: 'Plura dicere, Quirites, si timidus virtutem verba adderet: nam strenuis abunde dictum puto.' Et Demosthenes in oratione *περὶ τῆς συντάξεως*: 'Ἐπὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἐπισημοῦν τῶν ἀρχόντων, ἐβέβησεν ὁρᾶς οἱ λέγοντες, ὅτι προσηγορίας, ὅτι χρηστοὺς ποιήσουσι. ἀλλ' ὁμοῦ τῶν τοῦ δόξου ἐν βούλευσιν, &c. *Manutius.*

*Verba virtutem viris non addere*] Tò *viris*, non est in exemplaribus calamo descriptis, neque item in impressis paulo correctioribus. *Rivinus.*

*Verba virtutem viris non addere*] Dictionem *viris* hoc loco restitimus in omnibus editionibus missam: eamque addendam esse et Felicius Durantinus confirmat. Quin et ipse Sallustius in bello Jugurthino: 'plura dicerem, Quirites, si timidus virtutem verba adderet.' *Porro.*

*Natura aut moribus*] Duæ virtutum causæ apud Philosophum: Plato, *γενετικὸν καὶ ἐθιμογενές ἦθος. Ceter.*

*Timor animi auribus officit*] Amphibole in *animi*, dicere ne velit *timor animi*, an, *auribus animi*, per metaphoram: sed prior sensus magis arripet. *Glareanus.*

*Timor auribus officit*] Id est, nocet auribus: quia, si cui pericula, in quibus versetur, exponuntur, ipse sit magis timidus. *Zanch.* Sic Jugurtha. 'Sed ne illos quidem timor animi satis munierat.' *Ciacconius.*

*Cladem*] Ab Agricultura desumpta.

*Sallust.*

mus prælium: quod si in Græcia concluserimus hominem tot viribus fretum, ac metu periculi necessitate compulsulum, audebit omnia: et ob periculum omnibus præsto se offerens, quæ prolapsa contemptaque erunt, corriget atque emendabit, et omnino de summa rerum sanctus consilium capiet. non igitur nobis hic pons, o Themistocles, evertendus est: sed alio, si fieri potest, constructo, homo ex Europa celeriter exigendus. Plutarch. *Zench.*

*Nam multitudo hostium ne nos circumvenire queat*] Nos, manuscripta non habent, nec in impressis vetustioribus additur; ac sicuti ego existimo, abesse majore cum gratia poterit; sed nec Felicius Durantinus addit. Rivius.

*Fortuna insidens*] Conatur iram addere, quæ non parum secundum Aristotelem tertio Moralium, fortitudinem refert: fortes enim et hi videntur, qui ira feruntur. Idem: 'Ira,' inquit, 'subministrat bilem fortitudini.' Qui autem propter hæc agunt, pugnaces quidem sunt, et non fortes: non enim ob honestatem agunt, aut ut ratio præscribit. *Bad.*

CAP. 59 *Signa canere*] Fuere apud veteres tubæ, cornua, buccinæ: tubæ et cornua Tyrrenorum inventum esse dixit Athenæus. *Σάλυρις* Græcis proprie, quæ Latinis tuba. Hæc ex ære recto, ut cornua ex ære flexo et in se recurvo, ad similitudinem veri cornu, vel quod olim revera ex cornu bubulo fierent, quæ postea ex ære facta sunt. Ovid. 'Non tuba directi, non æris cornua flexi.' Formam autem oblongam et directam et concavam Latini tubum dixerunt, a Græco *τῦρος*, atque hinc tuba. Unde forma in aquæ ductibus, pro tuba. *Salmas.*

*Signa canere*] Vocantur et tubicines æneatores. Romæ autem et in castris longe diversissimus tubæ et cornu usus, vel æneatorum et Cornicinum. Romæ æneatores comitia tributa con-

vocabant, Cornicines centuriata. In castris ad tubicinem milites tantum movebantur, ad Cornicinem etiam signa. Et cum in militem animadvertebatur, extra portam Decumanam, ut et Romæ exercitus, seu comitia centuriata convocabant, cum in caput civis Romani animadvertebatur, deducebaturque reus per Esquilinam portam. Unde classicum dictum, quod non nisi classis et exercitus per cornua evocarentur. Glossarium, *Classicarii σαλυσιαί, qui sunt cornicines, et tubicines.* Latini quoque vocant buccinatores. *Seal.*

*Deinde remotis omnium equis, quo militibus exæquato periculo animus amplior coeet*] Manuscriptum, *dein*: idque rectius. Venetum, *remotis omnibus equis*: id perperam. Nam et Hirtius eodem fere modo quo Sallustius: 'Cæsar,' inquit, 'primum suæ, deinde omnium e conspectu remotis equis, ut æquato omnium periculo,' &c. Est et in quibusdam, *quo peditibus*; velut in Veneto, Argentoratensi, aliis plerisque. Nos hoc in medio relinquimus. Rivius.

*Ab dextera rupe aspera*] Sic et Fulvii liber. Alii, *A dextris rupes aspera*: utrumque recte. *Mantius.*

*Ab dextera rupes aspera*] Sic quidem ab emendatrice manu membrans excellentiores: verum fuerat ibi initio tantum, *rupe*: alterum tamen in ceteris visitur; nisi quod in nonnullis sit, aut, *dexteram rupem asperam*, aut, *dextera rupem asperam*. Gruterus.

*Cohortes*] Ex manipulis conficitur cohors. Ea vox Græcica, quod clausum vel septum in anteriore domo vel villa *Χότρον* illi dixerunt. Latini cohortem vel chortem; nam et sic scribebant. Martialis *ramæ chortis aves* inde dixit. Cohors autem habuit tres manipulos, Hastatos, Principes, Triarios; adde et Velites, qui manipulos solebant comitari. Fuit igitur justa et plena cohors legionaria homines 420. si pleniores manipuli et

legiones, plenior et ipsa; et inde cohortes quingenarias et sexcenarias legimus. Græci cohortem vulgo vocant *συνίση*, ut et Ennius usurpavit. *Σείδας σπείρας* interpretatur numeros. Cohortes in legionibus omnes erant numero æquales, quia et manipuli tales. Sed quia primæ dignitas aliqua attribuitur, id non a numero, sed a splendore et primatu fuit, quod primi in ea centuriones generis cujuscunque, et forsitan suos aliquis et electio virorum. *Lipatus.*

*Reliqua signa in subsidiis locat*] Quid si legamus? *Reliquas in subsidiis artius collocat*, ut ad cohortes præcedentem vocem referamus; nam infra dixit: 'Ille cohortes veteranas, quas tumultu causa conscripserat, in fronte; post eas ceterum exercitum in subsidiis locat.' V. c. habet: *Reliquarum signa in subsidio artius collocat.* Quæ scriptura nostram conjecturam aliquo modo confirmat. Paulo post v. c. habet, *inermes*, quomodo Tacitus, *armemus*. *Ursinus.*

*Reliqua signa*] Codices quidam habent, *reliquarum signa*: ut ad cohortes reliquas referatur. Vetus codex, *Reliquarum*. Glar.

*Ab his centuriones omnes, et evocatos*] V. c. *Ab his centuriones omnes lectos, præterea, &c.* sed verbum *lectos*, glossæ est vocis, *evocatos*, quæ in v. c. desideratur. Nam Servius in *Æn.* l. II. sic citat hunc locum: 'Ipse ab his omnes evocatos et centuriones, præterea,' &c. *Ursinus.*

*Ab his centuriones omnes lectos et evocatos, &c.*] Reduxi illud *lectos*, sensu omnium Mss. et vetuste cursorum; temere a Carrione, et sequacibus ejus, exclusum: nam ineptum fuerit cogitare omnes centuriones ablato: non reliquit quot satis essent ordinibus curandis, excerpitque lectissimas quosque. *Gruterus.*

*Centuriones*] Centuriones Consulium juncti aut permissi a tribunis electi, ex suo quisque genere, sæpe tamen

virtutis causa e genere in genus ad honestiores ordines transferebantur. His assignabantur ordines per eosdem tribunos. Electio Centurionum duplex: prima electione eligebantur 30. totidem altera, nempe ex quoque numero, genere, situ, seu manipulo decem. Qui primo electus, nempe primopilus, eminuit; etiam eo, quod more et jure ad consilium militare veniret, in quod primo omnium Legati veniendi jus habebant, et tribuni; igitur parte quadam istis æquabatur. Interdum plerique omnes centuriones advocati in consilium, sed pro tempore, ac arbitrio Ducis magis, quam more. Interdum Equites admixti, digniores scilicet militum, et Centurionibus æquandi. *Lips.*

*Evocatos*] *Evocati* dicebantur, qui ex provinciis sociisque civitatibus, æque jure et fœdere junctis, non Latini nominis, militie munere fungebantur: qui non milites, sed pro militibus habebantur: auctore Servio in 8. *Æneidos* commentario: 'Evocatio,' inquit, 'militaris fiebat, cum ad diversa loca diversi propter cogendos mittebantur exercitus.' Evocatos autem fuisse honoratoris loci testantur Historici. Cæsar: 'Erat Crastinus evocatus in exercitu Cæsaria, qui superiore anno apud eum primipilum duxerat in legione decima' *Zench.*

*Optimum quomque armatum in primam aciem adducit*] Hunc locum Clarissimus Lipsius in antiquitate Romana versatissimus ita interpretatur l. iv. de milit. Rom. Dial. iv. 'Ecce,' inquit, 'Centuriones omnes lecti et evocati in fronte statuunt, sed præter morem sunt. Nisi esset, cur Salustius signanter narraret? sed factum, ut robur omne illic haberet, et vi perumpere ac laceraret. Non ergo omnes ibi de more Centuriones, imo tantum hastatorum: sed nec evocati omnes, duntaxat qui et apertè vellent, aut qui manipulo pro Centu-



rione essent.'

*Acies*] Græcis, ἀκίς, ἀκίη, est cuspis, acies ferri. hinc acies, et. quia ferro res agitur in bello, pro armato exercitu, cujus ordines ad pugnam constituti sunt. Livius universum exercitum in tres partes distribuit. Primam aciem hastatos facit, id est, leves milites, ac scutatos, in eamque pubescentes ad militiam omnes conjicit, alteram Principes una cum scutatis, quos antepilanos vocabant: tertiam ex quindecim ordinibus constituit, quorum unusquisque tres partes haberet, earum unamquamque primum pilum vocabant: ex tribus vexillis constabat, Triariorum, Rorariorum, Accensorum, quorum rorarii inter antepilanos primo procurabant, deinde etiam accensi eo procedebant, ut tum denique viribus hostium vel exhaustis, vel debilitatis, integri et recentes triarii pugnam caperent. Polybius l. vi. eundem fere ordinem, sed clarius, describit. Legionem quadrifariam dividit, in pilarios, minimos natu, hastatos, ætate iis proximos, principes florentissimis annis, et triarios maximos natu, pilanos quidem, hastatosque et principes millenos ducenos, triarios autem sexcentos. Si major fiat legio, proportionem partes augeri dicit, exceptis triariis, quos semper efficiant pares. Porro non uno semper modo acies instructa fuit, sed diversis, quod videre est tum apud Cæsarem, in ipsius Commentariis, tum apud Ælianum in libro singulari de instruenda acie, ad quos harum rerum studiosum lectorem remitto. Gellius x. 9. aliquot vocabula militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solent, recenset: qualia sunt, frons, subsidia, cuneus, globus, forcices, serra, alæ, turres, eaque dicit inveniri in libris eorum qui de militari disciplina scripserunt. atque ea de re egit Cincius l. vi. de Re mil. citante Gellio xvi. 4. *Rosin.*

*Ipse cum libertis et colonibus*] Perpicue vera est hæc lectio, quam repositimus ex codice consultissimi Cujacii, pro vulgata et recens immissa, *cum libertis et colonis*. Glossæ, Calo, δούλος δημόσιος, σκευοφόρος. Item: θεράπων, ἀκλήρης στρατιώτου, Calo. Acro ad Sat. ii. l. i. Bongarsii liber *colonibus*. Seneca ad Lucil. Epistola cx. 'Quoties occurrit, domus splendida, cohors culta servorum, lectica formosis imposita colonibus.' Vide Ciceronem de natur. Deor. iii. Pers. Satyr. v. Horat. i. epist. xiv. et eorum interpretes. Festum Pompejum et alios. *Putachius.*

*Cum libertis et colonibus*] Sic ex Cujaciano Putachius, et secutus est Gruterus, quia in Naz. et alio *colonibus*, illud *colonis* non sit nanci: pro quo nonnulli codices *colonis*, *colinis*, *conlocationis*: itaque nescio quid de cohorte prætoria suspicatur. Salmasius probat *colonibus* ad Hist. Aug. et *colones* interpretatur clientes. Sed quicquid dicant, verum est *colonis*, quod nos quoque in membranis aliquot scriptum vidimus. Hi sunt veterani Sullæ positi ab eo in colonis militaribus, civili prædâ subito locupletes, et ea per luxum ac dedecus consumpta novo mota novam proscriptionem quærentes. Hos ita describit Cicero secunda in Catilinam: 'exercitum collectum ex senibus desperatis, ex agræti luxuria, ex rusticis mendiculis et decoctoribus.' Et rursus: 'Tertium genus est ætate jam confectum, exercitatione robustum: quo ex genere est ille Manlius, cui nunc Catilina successit. Hi sunt homines ex iis colonis, quas Fæsulis Sulla constituit, quas ego universas civium esse optimorum et fortissimorum virorum sentio: sed tamen hi sunt coloni, qui se insperatis repentinis que pecuniis sumptuosius insolentiusque jactarunt.' Pro Muræna: 'Catilinam inflatum cum spe militem, tum collegæ mei, quemadmodum dico-

but ipse, promissis, circumfuentem colonorum Aretinorum et Fesulanorum exercitu.' *Gronovius.*

*Aquilam*] Illud notabile, quod Dio scribit, templo parvo Aquilam impositam, vel, quod potius, ipsum aquilæ impositum. In columna Trajani qua conspicitur Aquila, quadratum illud, quod Aquilæ imponitur, effigiem sacelli quadrati non male refert, vel etiam aræ: atque hic etiam licet arguatur Aquilam fulguris esse ministram. Nam Jovi eam fulmen ferre fabulantur veteres. Hæc itaque inter signa militaria recepta et sacrata. Quomodo admodum autem fulguri, quod in terras ceciderat, eo loco, quo condebatur, solebat veluti sacellum imponi vel ara in summo foraminata; ita etiam Aquilæ fulminis ministræ et signorum sacratissimæ hujusmodi imponebatur ædicula, ad testandam ejus divinitatem quandam, et ad religionem sancientiam. Quod in aliis signis non fiebat, quamvis et ipsa sacrata haberentur. Fallitur autem Lipsius, qui locum Dionis de Sacello castrorum exponit, in quo signa reponerentur. *Salmas.*

*Belle Cimbrico.*] Cimbrorum Teutonorumque e Germania veteri in Galliam transisse bonitate agrum illectos arbitror: nam illos avitarum sedium ad Germanicum mare prope Saxones jam tædebat. Proinde facto per Chaucos et Frisios itinere trans Rhenum, in ultimis Galliarum oris ad Septentrionalem Oceanum condesere, inde per Galliam errabundi ad Rhenum usque venire, ibique sedes figere constituerant. Dum autem vagarentur in Gallia, conjunxerant se illis Tigurini Ambronesque Gallicæ nationes, et ipsæ regnis suis pulsæ novas sedes queritantes. Itaque ferociores facti virum incrementis, cum terram a Romanis tanquam stipendium dari sibi postulassent, et repellerentur, contra legatos armis insurrexerunt,

Sullanoque et Servilio Cæpione ac M. Manlio fugatis, castrensi præda, et quidem ingenti, potiti sunt. Hos postea vicit C. Marius, partim in tractu Cottiarum Alpium ad Aquas Sextias, partim in Italia, in Campo Raudino, uti ex historiis notum est. Tacitus quoque veterem Germaniam describens: 'Eundem,' inquit, 'Germaniæ sinum proximi Oceano Cimbrici tenent, parva nunc civitas, sed gloria ingens; veterisque famæ late vestigia manent; utraque ripa castra ac spacia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusque gentis, et tam magni exitus fidem. Sexcentimum et quadragesimum annum urbs nostra agebat quum primum Cimbrorum audita sunt nomina.' Etiam Ptolemæus et Pomponius Cimbrorum ac Teutonorum maritimarum nationum in descriptione Germaniæ meminerunt. Etiam eorundem, ne ceteros nominem, D. Hieronymus eodem modo in Epistola ad Gerontium meminit. *B. Rhenanus.* Cimbrici autem et Cimberii a Gomeri nomen accepisse putantur. Festus tamen ita scribit: 'Cimbrici lingua Gallica latrones dicuntur.' Quod a vero profecto non alienum videtur. *Kemper* enim nostrati lingua pugnatorum denotat. Sic et Sicambros quasi pro victoria dimicantes appellatos fuisse, *Aventinus* observavit. *Syck* enim nostratibus victoriam denotat, quin etiam ipsis hodieque Cimbrici. Quod autem Cimbrici Gallis latrones dictos affirmat, idem est, atque si dixisset, viros militares, bellatores. Ita apud Nonium *Gracchus*: 'qui apud regem in latrocinio fulisti et stipendia acceptasti.' Itaque non in totum admittendus est *Scaliger*, cum dicit: 'Cimbrici *λστρονικοι και κλάπητες* fuerunt: sed non magis Cimber latronem significat, quam *Isaurus* piratam, *Ambro* dissolutum ac voracem, *Opicus* obscurum. Sed quia tales fuerunt eæ nationes, de earum no-

mine vocampus qui tales sunt.' Vid. Scal. in Festum. Joh. Pontan.

*Ille cohortis veteranas, quas tumultus ausus conscripserat*] Legendum, *quas tumultu ausus*, idque Sallustianum magis, nec aliter Nonius Marcellus. Sic apud eundem Ennius: 'Quid hoc tumultus est?' pro, tumultus: sicut Terentius, 'Nihil ornati, nihil tumultus.' Sic Sallustius ante, 'Senati decreto, pro senatus.' Ricius.

*In fronte, post eas ceterum exercitum in subsidia locat*] Sic supra, 'octo cohortes in fronte constituit, reliquas in subsidiis arctius collocat.' Nonius tamen in voce *tumulti*, sic legit: *In frontem positas, ceterum exercitum in subsidiis locat*. Et verisimile est ita scripserat Sallustium: nam Tacit. Annal. III. dixit, 'In frontem statuerat ferratos; in cornibus cohortes; a tergo semermos.' Et de vita Agricol. 'Veritas ne simul in frontem, simul et latera suorum pugnarent.' Ciaccosinus.

*In subsidiis locat*] Hanc lectionem ipse probo, quamvis in quibusdam ait *collocat*: sed eodem sensu. Ricius.

*Equo circumiens unumquemque nominans*] Mens lib. *quemque nominans*. Clacconius.

*Equo circumiens*] Mirum quam hic hæsitent Commentatores, ac contraria et sentiant et exponant in re non admodum difficili. Ego per *ille*, Petreum, intelligo: per *Ipse*, Antonium: quod Lector ipse, simul atque priora cum sequentibus conferet, facile intelliget. Glar.

*Pro aris atque focis certare*] Bongarsii liber, *cernere*, nostri tamen pertinaciter propugnant alterum. Unde colligamus jam ab aliquot centum annis, mire glossographorum plenius obductum auctorem. Gruterus.

*Tribunus*] Militum, scilicet, et Tribunorum militarium duo erant genera. primum eorum qui Rufuli dicebatur: hi in exercitu creari solent,

quod et Livius, l. VII. Decad. i. scribit: 'Et cum eo anno primum placuisset tribunos militum ad legiones suffragio fieri (nam et antea, sicut nunc, quos Rufulos vocant, Imperatores ipsi faciebant) sunt comitati, qui Romæ comitiis designabantur.' Jurisconsultus in titulo de Romilitari sic scribit: 'Officium tribunorum est, milites in castris continere, et ad exercitationem producere, querelas commilitonum audire, valedinarios inspicere: et equitas, ordinumque ductores omnes oriente luce accedunt ad tribunorum tentoria; Tribuni ad Consulam, ille quod iustat agendum tribunis edicit; tribuni equitibus, ordinumque ductoribus; hi multitudini promunt tempore opportuno.' Zanch.

*Aut prefectus*] Prefectus legionis absentis legati vicem tenebat. Parebant ei tribuni hastati, pilati, centuriones, et denique totius exercitus arma. Idem.

*Aut legatus*] Unus enim quisque consul legatum habebat, quo præcipuo consultore ac ministro consiliorum in rebus regendis, delectuque habendo, totaque administranda provincia utebatur; quorum consilio et auctoritate vel prælia susceperant, vel bello abstinebant: qui etiam decreta consulum, et arcana consilia sæpius exsequerantur cum fide et cura, ut supra dictum. Idem.

CAP. 60 *Sed ubi omnibus rebus exploratis, &c.*] Adverbium, *ubi*, expunxit aliquis corrector in Com. si me foret arbitratus, ei præterea socium adjungerem, sed. Gruterus.

*Ferentarii*] Qui levi sunt armatura milites instructi ad bellum, ut fundia et lapidibus, ense, telis et his armis quæ feruntur, non quæ tenentur: hos Varro a ferendo etiam dictos putat; verum eodem teste equites dicti sunt ferentarii, qui eo modo habebant arma, quo feruntur, ut jaculum; ejus-

modique equites pietos vidisse se inquit in Æsculapii sede vetere, et ferentarios ascriptos. Cato autem eos *referentarios* dixit, quod tela ac portiones militibus pugnatis ministrabant. *Vallur.*

*Maximo clamore cum infestis signis concurrunt*] Ita referebant, præter antiquitus edd. membranæ emaculatioribus consensu summo; Commelinianus inquam, ac Pall. prim. sec. tert. quart. quintus, quibus pro bonitate sua eum numerum inposui: nam textus primum degenerat, habetque, cum *infestis signis utrimque concurrunt*: cui et adstipulatur octavus: quippe septimus ac duodec. ea voce liberi sunt, habeatque ipsam alio loco; nonus quidem, dec. undecimus, hac specie: *utrimque maximo clamore cum infestis signis concurrunt*. Videretur elegantius, *maximo clamore, infestis signis concurrunt*, ut representavit Carrio: sed quis præscribit membrania? emendationes conjecturales inferre in contextum nefas duco: notis illinere fas: quod facio. *Gruterus.*

*Pila*] Missilia, quibus utebatur pedestris exercitus, Pila vocabantur. *Zanch.*

*Pila*] Pilum telum ligneum habet longitudine plerumque bicubitali, crassitudine digitali, spiculum unius spithamæ sive palmi majoris, eo usque attenuatum et acutum, ut mox primum post actum necessario flectatur, sitque inhabile ad remittendum. Alioqui commune feret telum. *Polyb.* Ferrum trigonali figura novem unciarum fuisse Vegetius auctor est: erant autem pila Romanorum, sicuti *Gæsa* Gallorum, auctore Varone. Servius ad illud Virgillii Æneid. viii. 'Duo quisque Alpina cornicat Gæsa manu, scutis protecti corpora longis.' *Gæsa* interpretantur hastas viriles: nam etiam viros fortes Galli *Gæsa* appellant. Quod vocabulum etsi hodie per contemptum de homine vap-

pa et mendicante dicatur, antiquis tamen in alio usu fuit. Sed ad rem. Obiter addendam ab his pills pilatum agmen veteribus dici, quasi pills confectum, densumque. Erat enim iuxta Varronem duplex agmen: quadratum, quod immistis etiam jumentis incedit, ut ubivis possit considerare; pilatum alterum, quod sine jumentis incedit, sed inter se densum est, quo facilius per iniquiora loca transmittatur. Veruta porro et Pila conjunxit Ammianus, l. xxvii. et Vegetius l. ii. c. 15. duplex Romanis esse Pilum docuit, majus et minus: quorum illud pilum vulgo, illud inquit, tunc vericulum, nunc veratum dicitur. Forsan ibi legendum *vericulum*, qua voce Plinius usus. Vide *Beckmann.*

*Pila*] Duo Pila militi erant, unam majus idque rotundum, diametri palmaria, vel etiam quadrangulam, magis crebram et vulgariis: alteram minorem, simile venatoris hastis. Sibona vel Sibyna huic minori similis. Fuit autem Sibona venaculum sive jaculam venatorum: *κρηπέδιον* explicat Hesychius, id est, telum figendis apris. Pilorum istorum longitudine in ligno fere tres cubiti, totidem in ferro, quod habet hamatum, sive unciatum, retro mucronem hamo satis lato: ne telum semel impactum facile esset evulsu. Erat pilum ponderosum et lentum, quia ferri pondus et gravitas talia faciebant, præsertim nullis adjunctum pennis. Inerat et vis telo tanta, ut obvia quæque perfringeret, et arte directum scutatos pedites, et loricated equites sæpe transverberaret. Sed notandum, ferrum in pilo non extitisse seorsim, ac totum prominuisse, sed partem ejus circiter dimidiam fuisse infixam vel affixam ligno. Eminuit ergo in mucronem et manit cubitus et semis, alter ille modus perit in ligno. Itaque justa magnitudo pilli totius fuit iv. cubitorum et semis, id est, pedum vii. paulo minus. Superavit ergo mesuram hominis, ideoque Si-

Hus niti in ea milites facit. Sed hic pilam forma et magnitudine decrevit in ferro. sivo inferiori: ferrum enim trigonum non tetragonum fuit. Idemque non nisi pedale. Et vox ipsa alio ivit, et videntur hastæ sic dictæ. Apud Belgas tamen hodie adhuc vox perseverat, qui sagittam vocant *pyl*. Ferrum autem ligno astringebatur crebris fibulis, non enim tubum vel anilecum tam grandem habuit ferrum, in quem lignum immitteretur, sed potius duas utrinque alas ferreas, quas fibulæ istæ comprehenderent, et firmerent. *Lips.*

*Interes Catilina cum expeditio militibus in prima acie versari]* Tò militibus non est in manuscriptis, et impressis antiquioribus. *Rivius.*

*Arcessere]* Existimat Priscianus, *arcesso* idem significare, quod *accerso*, dicique ab *arcis*, quod nunc *accis* dicimus, quod et locus hic declarat: sed *arcessere* significat accusare, et ab *arceo* nascitur: nam alium accusare, a maleficiis arcere est. inde a Cicerone dictum est, *arcessitur majestatis*: id est, accusatur crimine majestatis. *Accersere* vero, evocare, vel ire ad vocandum. *Zanch.*

*Multum ipse pugnare, saps hostem ferire]* Videri posset, alterum membrum a glossargis: nisi *ferire* poneretur ut illud Ennii: 'Hostem qui feriet mihi erit Carthaginensis.' *Gruterus.*

*Strenui militis, et boni imperatoris officia, simul exsequabatur]* Videtur respexisse ad Homicum versum, quem de Agamemnone scripsit. *Popma.*

*Magna vi tendere]* Sic bene Carrio, eique adstipulantur Mss. nostr. male antea, *contenders*. *Gruterus.*

*Cohortem Prætoriam]* Erat et quædam cohors prætoriana veluti extra ordinem edecumata, et grandis, quæ a Præto non discederet, a Scipione Africano instituta. In hoc fere adoptati et adscripti amici et voluntarii, etsi alii fortibus potius viris imple-

bant. Hi dicti Prætoriani; eorum arma, thoraces squamei, et acuta imbricata. Veteres unam solam habebant cohortem Prætoriam; postea per bella civilia auctæ. Augustus Romæ circa se habuit novem cohortes prætorias, firmamentum imperii et postea pestem. Talis fuit apud Macedonas cohors regia. *Lips.*

*Lateribus]* Id est, cornibus. Acies fere duplex aut triplex. Duplex, cum tota acies in cornua duo secta, dextrum et lævum. Ea sæpius obtinuit in exercitu consulari cum duæ legiones, et singulis sua auxilia adjuncta. Hæc sectio vetus et aliis quoque gentibus usurpata. Triplex autem est, cum præter cornua, alla etiam media exurgit. Id quoque crebrum, non solum ubi plures legiones, sed et cum duæ, istis scilicet in medio positis, sociis ad utrumque cornu. Sed est et alia ratio duplicis triplicis aciei, cum præter simplicem illam divisionem, a tergo etiam sectio fit et discrimen: ut si quatuor legiones habeam, duas in fronte cum sociis suis pono, totidem a tergo suppono. Hæ præcipuæ ac receptæ Romanis instructiones, quas tamen leviter variabant promovendo, aut retrahendo. *Idem.*

*Seque cum paucis relictum videt; memor, &c.]* Haud aliter Pall. pretii gravius; hoc est octo novem; Item meus Commelinianus: editi inseruerant, *videt Catilina; memor*: non necessario æque enim hic abesse potest, ut vox *Romanos*, supra capite sexto: 'Igitur reges populique finitimi bello tentare.' *Gruterus.*

*Memor generis]* Familia Sergia a Sergesto Trojano, Ænæ comite, originem duxisse creditur. Quemadmodum testatur Virgilius Æneid. v. 'Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen, Centauro invehitæ magna.' *Bens.*

CAP. 61 *Cohors prætoriana]* Vide supra. c. 60.

*Paullo diversius jacebant, sed omnes tamen adversis vulneribus conciderant*] In manuscriptis non est *jacebant*, et contra detrimentum sensus abesse poterit. *Rivius*.

*Paullo diversius, sed omnes tamen adversis, &c.*] Sic omnes antiqui lib. *Carisius* autem l. II. *Prisc.* l. XII. et *Diomedes* l. I. legunt, *Alis alibi stantes, omnes tamen adversis vulneribus conciderant*; sive, ut apud *Diomedem*, *ceciderrant*. *Alis* autem pro *aliis*, antiquae dictam. *Priscianus* libro XV. 'Aliter,' inquit, 'ab eo quod est, hic *alis*, hujus *alis*, haec *ali*, pro, *alius*, *alius*, *alii*, secundum supradictam analogiam profertur.' *Lucretius* autem libro primo, 'Quando alio ex alio rescit natura; nec ullam Rem gigni patitur.' Item: 'Sic alio ex alio per te tute ipse videre Talibus in rebus poteris.' Et 'namque alia ex alio clarescet, nec tibi caeca Nox iter eripiet.' Et libro II. 'Sic alio ex alio nunquam desistit oriri.' Et libro V. 'Sic alio ex alio peperit discordia triatis.' *Catullus* quoque de comae *Berenices*: 'cum regium adepta es conjugium, quo non fortior ausit alis.' *Varro* *Meleagris* apud *Nonium Marcellum*: 'Cum etiam alia Menandri tunicam demissam habeat ad talos.' *Manutius*.

*Paullo diversius, sed omnes tamen adversis vulneribus, conciderant*] Haec est concors lectio membranarum omnium, tam *Pall.* quam earum quas excussere alii. Neque sequis quoque in eis quas contulit sagacissimus *Bongarsius*. Eadem quoque lectio in *Commel. meo*, nisi quod is voce postrema, *occubuerant*; illud, *paullulo diversi, aliis alibi stantes, omnes tamen, &c.* quod e *Grammaticellis* auctori nostro primum induxit *Carrio*; pus est et venenum: itaque dignum latrina tantum, et sellis *Patroclianis*. *Gruterus*.

*Catilina longe a suis inter hostium cadavera repertus est*] Iisdem verbis

utitur *Florus* l. IV. c. 1. qui hoc amplius: 'Pulcherrima morte, si pro patria sic concidisset.' *Sallustii* autem verba haec in *Virgilli* librum *Æn.* I. recitat *Servius*. *Manutius*.

*Inter hostium cadavera*] *Servius* inter *hostilia cadavera* legisse videtur, ut paullo infra. *Ciac.*

*Paullulum adhuc etiam spirans*] *Fabricianum*, *paullulum etiam spirans*, nec vero secus in impressis vetustioribus; nisi quod *paullulum* in his reperitur. Forsan aliquis etiam, pro *adhuc* positum annotarat. Id postea irrepsit in contextum. Quamvis non negem, haec conjungi simul posse, velat apud *Ciceronem*, 'Facias fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum.' *Rivius*.

*Ingenuus*] *Ingenuus* est, qui ex matre libera natus est, vel is, qui statim, ut natus, liber est. Antiquitus ingenui dicebantur, qui patrem ciere possent, hoc est, ex legitimo matrimonio suscepti, qui iidem et patricii dicebantur. *Livius* l. X. 'An Romam unquam fando audistis, Patricios primo esse factos, non de caelo demissos, sed qui patrem ciere possent, id est, nihil ultra quam *Ingenuos*?' Haec *Livius*, qui non obscure *ingenuos* iis opponit, quos posterior ætas *spurius*, recentior vulgo conceptos appellavit. Festus autem sub voce *patricios* locum illum *Livii* dilucide confirmat: 'Patricios,' inquit, 'Cincius ait in lib. de Comitibus, eos appellari solitos, qui nunc ingenui vocantur.' *Hotom.* Illud obiter notandum, ab antiquo *γίγνομαι* vel *γεννέω* fieri antiquum *geno* pro *gigno*, *g* interjecto, ut etiam apud Græcos *γεννομαι*, *γγινομαι*, *γιννομαι*. *Geno* quoque dicitur apud *Varronem* et *Ulpianum*: 'Si qua filia mihi genitur, ei heres meus centum dato.' Hinc *ingenuus*, *ingenitum*, proprie, *natura inditum*. Ita *Lucretius* 'ingenuos fontes,' et *Ausonius* 'ingenuum aquam' dixit. *Beckmann.* Atque hinc *ingenuus* dicitur,

qui ex meliori natura, ex parentibus liberis natus est.

*Nam strenuissimus quisque aut occideret in prælio, aut graviter vulneratus discesseret]* Quamvis Laurent. Valla in quibusdam repererit, *strenuus quisque*, tamen exemplar manuscriptum quod penes nos est cum vulgata hodie lectione faoit. Sed et Cato de re rustica; 'Et ex agricolis,' inquit, 'et viri fortissimi, et milites strenuissimi gignuntur.' Et Corn. Tacitus l. xx. 'Sumi bellum etiam ab ignavis, strenuissimi cujusque periculo geri.' Rivius.

*Occidat in prælio]* Tristis semper belli civilis exitus. Nam vincere et vinci Reipublicæ calamitosum est. Illa enim victoria non externo, sed domestico sanguine paratur. Unde Lucanus l. i. Bell. Civil. 'Usque adeo miserum est, civili vincere bello.' Et Cicero Epist. l. iv. Epist. 9. 'Omnia sunt misera in bellis civilibus, quæ majores nostri, semel quidem; nostra ætas sæpe jam sensit. Sed miserius nihil quam ipsa victoria.' Et idem l. x. epist. 6. 'Extremum malorum omnium est civilis belli victoria.' Bona.

*Amicum ubi, pare hospitem]* Tristis belli civilis exitus. Lucanus l. iv. 'Postquam spatio languentia nullo Mutua conspicius habuerunt lumina vultus, Et fratres natosque suos videre, patresque; Deprensus est civile nefas.' Valerius Flaccus l. iii. 'Cognoscit in alta Strage virum sua texta parens, sua manera conjux.' Petachius.

*Hospitem aut cognatum reperiebant]* 'Intracti exercitus,' inquit M. Seneca Controv. l. ii. Controv. 1. 'sæpe civium cognatorumque conserituri manus, constiterunt, et colles equis utrimque complentur, et subinde omnis regio trucidandorum corporibus comateritur, illatorum multitudine eadaverum vel spoliantium. Si quisierit aliqua, quæ causa hominem

adversus hominem in facinus coëgit? Nam neque feris inter se bella sunt; nec si forent, eadem hominem deceant. Placidum, proximumque divino genus, quæ tanta vos fert ira, cum una stirpe, ejusdemque sanguinis sitis; vel quæ furæ in mutuum sanguinem egere? Quid tantum malum humano generi, vel sorte vel fato investum? An, ut convivia peculis exstruantur, et tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit?' Bona.

*Hospitem]* Sciendum est, antiqui moris fuisse, ut hospitii necessitudo non modo inter privatos, sed etiam inter populos contraheretur. Coniungendi autem hospitii mos inter privatos hic fuit; cum quis peregre proficisceretur, ut e servis aliquot præmitteret ad urbem eam, ubi diversurus esset, qui inquirerent, an domini hospes amicusve paternus ibi quisquam esset. Si nullus erat, quærebant diversorium: si nullum erat, magistratum adentes, hospitalitatem postulabant: sibi vero quamque a magistratu datam capiebant: nonnunquam tamen usuveniebat, ut utriusque hospitis voluntate hospitium jungeretur, cum uterque alterius virtute illectus hanc hospitalitatem postulabat, et hujus privati hospitii nota pignusque erat tessera hospitalis: ut ille apud Plautum ait in Penulo: 'Deum hospitalem et tesseram mecum fero.' Livius l. v. de Tismatheo Liparensi loquens: qui legatos Romanorum hospitio exceptos ad Delphos usque deductos, retro in urbem hospites reduserat. 'Hospitium,' inquit, 'cum Senatusconsulto factum est, donaque publice data.' Cæsar in Commentariis de Hediis loquens: 'Quibus præliis calamitatibusque fractos, qui et sua virtute, et populi Romani hospitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuissent, coactos esse Sequania obsides dare.' Hospes autem dicitur tam qui recipit, quam qui recipitur. Unde

Ovidius: ' Non hospes ab hospite tutus.' Arctum autem necessitudinis hujus fuit olim vinculum, atque etiam divina reverentia sanctum, quod juris hujus disceptationi præfecit antiquitas Jovem hospitem, eum appellans et invocans, quasi hospitii præsidem et vindicem. *Zanchius.*

*Hospitem*] Fuit antiqui moris tesseram hospitibus dari dimidiatam, quam quicumque attulisset ad hospitem, continuo agnosci posset, et hospitio accipi tanquam amicus et vetus hospes. Hoc autem jus necessitudinis ad posteros transibat; prop-

terea tesseram hospitem diligenter asservabant, uti ex Plauto in *Pœnulo* patet. Atque is tesseram hospitem fregisse dicebatur, qui jus hospitii violaverat, hoc est, ut ait Erasmus, qui sibi reditum in domum aliquam præcluserat.

*Luctus atque gaudia agitantur*] Et hoc bene Carrio, neque abeunt Pall. nam editi prius, *gaudium*: quod quis etiam exoriretur, qui controversiam moverit voci, *agitantur*, tanquam supervacuum; ei equidem, clam palamve assensionem meam commodeverim. *Gruterus.*



# COROLLARIUM

## DE SALLUSTIO

### QUÆDAM DISSIMULANTE IN CATILINÆ HISTORIA.

---

**M**ULTA de Cicerone Sallustius in historia Catilinæ silentio prætermisit, eaque cum primis, quæ præcipue ad eximiam et singularem Ciceronis gloriam spectarent: consultone, ut qui ejus esset inimicus, an vero imprudens, haud facile dixerim. Eo tamen potius inclinât animus, ut dedita opera Sallustium hæc de industria omisissæ credam, et illam historiæ legem, nè qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua simultatis, in his prætermittendis neglexisse, quæ nequaquam fuerint silentio prætereunda. Eorum hic aliqua subjicienda esse duxi.

I. Primum igitur Ciceroni gratiæ sunt amplissimis verbis actæ, quod virtute, consilio, prudentia sua Remp. periculis maximis liberasset: idque sine cæde, sine sanguine, sine exercitu, sine dimicatione, tanta pace, tanto ocio, tanto silentio, ut ipsemet Cicero s. *Invectiva in Catilinam*. De hoc verbum nullum Sallustius.

II. Dein Pater patriæ est a Q. Catulo ac M. Catone frequentissimo

senata nominatus: nec de hoc Sallustius quicquam. Juvenalis vero, 'Roma parentem, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.' Et in VII. *Plinius*. 'Salve,' inquit, 'primus omnium Parens Patriæ appellate, primus in toga triumphum, linguaque lauream merite.'

III. Præterea ejus nomine decreta Diis immortalibus supplicatio est: qui honos ante Ciceronem togato contigit nemini. 'Atque his decreta verbis est,' ut ipsemet inquit, 'quod urbem incendiis, cæde cives, Italiam bello liberasset. Quæ supplicatio,' inquit, 'si cum ceteris conferatur, hoc intersit, quod ceteræ de rep. bene gesta, hæc una conservata rep. constituta est.' Ne hujus quidem facta ab eo mentio.

IV. Ad hæc L. Gellius ei civicam a repub. deberi dixit. Est hoc quoque silentio præteritum, ut cetera pleraque, dum adversarium Crispus debita commendatione defraudat. Sed audiamus, quod ipsemet Cicero

in Pisonem de hoc atque aliis ad gloriam suam spectantibus: 'Me,' inquit, 'Q. Catulus, princeps hujus ordinis, et auctor publici consilii, frequentissimo senatu parentem patriæ nominavit. Mihi hic vir clarissimus, qui propter te sedet, L. Gellius, his audientibus, civicam coronam deberi a rep. dixit. Mihi togato senatus, non, ut multis, bene gestæ, sed ut nemini, conservatæ reip., singulari genere supplicationis, Deorum immortalium templa patefecit.' Idem ad Atticum, C. Pompejum affirmat in senatu, non semel, sed sæpe, multis verbis Ciceroni salutem imperii atque orbis terrarum adjudicasse.

V. Postremo status eum inaurata Capuæ decuriones decorarunt, et patronum adoptarunt, propter salutem illius urbis consulatu conservatam suo: ut ipsemet pro P. Sestio testator. Sed et in Pisonem: 'Quorum Capuæ,' inquit, 'te prætextatum nemo aspexit, qui non gerneret desiderio mei, cujus consilio cum universam remp. cum illam ipsam urbem meminerant esse servatam. Me inaurata statua donarunt, me patronum unum asciverunt, a me se habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur.' Hæc Cicero. Sed quid de hoc uspiam Sallustius? Quasi vero et hæc, et hoc genus alia non multo ad rem magis facerent, quam aut illa veterum Romanorum laus, deque corruptis seculi sui moribus querela: aut vero tam libenter ac prolixè tributum Cæsari Catoique præconium. Quorum ut uterque fuerit merito laudandus, Cæsaris tamen in laudibus, quum et

ipse sit conjurationis creditus particeps, tamdiu commorari, supervacaneum esse mihi videtur, ne dicam præter decorum. Nam illa de origine Urbis et corruptis populi Romani moribus, initiisque motuum civilium, sive a proposito digressio, seu verius, altior repetitio, utcumque nominare lubeat, nec aliena prorsus ab historiæ argumento videtur, et Lectori accidit non ingrata. Sed de hoc jam satis, modo unum addidero. Mire Sallustius hoc diasimulat, Cæsarem fuisse inter conjuratos habitum: qua de re tam multa interim Suetonius, cujus cum primis probatur in historia fides. Nam his in suspicionem venisse illum testatur, quasi conspirarit cum M. Crasso consulari, item P. Sulla et Autronio, post designationem consulatus ambitus condemnatis. Cujus conjurationis meminerunt Tanusius Geminus in historia, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in Orationibus: de qua et Cicero in quadam ad Actium epistola significare videtur. Sed et auctores esse ait, qui cum C. etiam Pisone conspirasse Cæsarem testentur. Nam fuisse inter socios Catilinæ nominatum, et apud Novium Nigrum quæstorem a L. Vettio indice, et in Senatu a Q. Curio; quorum hic e Catilina sese cognovisse diceret, ille chirographum quoque ejus Catilinæ datum polliceatur; Suetonius ipse confirmat: quantumvis hoc dissimulare noster studeat. Itaque an hic nulla gratiæ in scribendo sit suspicio, aliorum esto judicium. Rivius.

# NOTÆ VARIORUM

IN

## BELLUM JUGURTHINUM.

---

*Bellum Jugurthinum*] Jugurthinum ortum est anno U. C. DCXLII. P. Scipione Nasica, et L. Calpurnio Bestia Coss. Fuit autem hoc bellum atrocissimum, et in Jugurtha erat (ut Flori verbis utar) quod post Annibalem timeretur. Sicut autem alia fere omnia bella, ut ex Livio cognoscimus aliquid monstri præcessit, ita hoc quoque. Nam P. Scipione, et L. Calpurnio Coss. maxima pars urbis, cum sede Matris magnæ fuit exusta: lacte per triduum pluit, ut testatur Jul. Obsequens. Præstat sane hunc librum prius legere, quam Catilinarium, ut series temporis observetur, Nam bellum Jugurthinum, ut supra dictum, anno U. C. DCXLII. gestum est; Catilinarium DCXC. M. Tullio et C. Antonio Coss. Itaque consultum esset, ordinem vulgatum horum librorum immutari, et Jugurthinum Catilinario bello præponi. Descripserat hoc bellum Livius quoque, sed ii libri intercederunt. *Coler.*

CAP. I *Falso queritur de natura sua genus humanum*] Pall. nec eodem loco,

nec eodem modo scriptum habent pronomen. Nam sept. *de sua natura*, oct. *de natura sui*: at Commeliniano meo totum abest: puto licet. *Gruterus.*

*Falso*] Non solum vulgus, sed etiam doctissimi plerique viri (ut apud Strabonum ceterosque auctores legimus) conquesti sunt, quod imbecilla sit hominum vita, brevique temporis spacio terminetur: itemque quod casui et fortunæ subjecta sit. In his præsertim fuit Theophrastus, qui (ut inquit Cicero Tusculan. Quæst. I. III.) moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam (quorum id nihil interesset) hominibus (quorum maxime interfuisset) tam exiguam vitam dedisset: quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Idem in Callisthene suo laudavit illam sententiam: 'Vitam regit fortuna, non sapientia,' Auctor Cicero Tuscul. quinta. Sed his respondet Sallustius,

satis firmam et longam vitam hominibus esse datam, si modo tota bene collocaretur; nec multum fortunam hominum vitam dominari (ea enim virtutem neque dare, neque eripere cuiquam potest); et homines sapientes magis regere casus, quam a casibus regi. Sed hanc totam disputationem videre poteris apud Senecam libro de Brevitate vitæ. *Cest.*

*Sortis potius quam virtute regatur]* Manuscripta, quæcumque ipse viderim, *Sortis potius*, pro, sortuito eventum: nam *Fors* pro Fortuna sæpe ponitur. Cicero ad Atticum, 'Sed hæc fors viderit, quæ talibus in rebus plus quam ratio potest.' Idem, 'Quemcumque fors tulerit casum.' Sed et impressa quædam sic habent: neque tamen priorem lectionem repudio, quæ et ipsa bene habet. *Rictus.*

*Nam contra reputando, neque majus aliud, neque prestantius invenies]* Manuscripta, *invenies*, pro Invenire aliquis possit, *diversis*, ac per *tristis*, quomodo et ex impressis quædam. Est autem multo elegantius, quam quod Gymnicus habet. *Rictus.*

*Neque majus aliud]* Jure suo hoc dicit. Quid enim aliud ipse homo, quam parvus quidam mundus? Philo Judæus ut commune verbum retulit, parvum mundum hominem esse, magnæ hominem, mundum. Macrobius itidem totidem præne verbis: 'Physici mundum magnum hominem dixerunt, et hominem brevem mundum.' Quid ita? quis, ut ille rectorem in se Deum habet, sic homo divinam animam. Quid amplius? omnia, quæ mundus fere habet: quatuor in se elementa; capitis quoddam cælum; inde flammantes oculos, ut stellas: ipsam formam *randam*, vel in matris utero; vel jam liber brachia et pedes expandit: lineæ enim ab extremis illis ductæ, faciunt justum fere orbem. Quid? quod omnia, quæ in mundo sunt, ipse continet, atque in capaci manû gestat? Ita est: Solus

*Deiphi. et Var. Clus.*

homo scientiam omnium et amat, et pro captu habet. Quid ei clausum est? Cælos penetrat, et Deum ac divina mente adit. Manilius scilicet: 'quidem miram nocere mundum si possunt homines, quibus est et mundus in ipsis: Exemplumque Dei quiaque est in imagine parva?' Audi hic Senecam: 'Ita est; carissimos nos Dii immortales habuerunt, habentque, et, qui maximus tribui honores potuit, ab ipsis proximos collocaverunt. Magna accepimus, majora non cepimus.' Egregie quoque Cicero: 'Deus hominem quasi contemplatorem Cæli ac Deorum, ipsorumque cultorem fecit; et hominis utilitati agros omnes et maria potentia.' Hæc ille. Jure addit omnia nobis parere et servire. Quid clarius? Terram habitamus, aramus, peragramus: ipsa maria indomitum elementum domamus: bestilis ferisque omnibus legem et imperium damus. Concludamus: Deus in nobis habitat, templum ejus sumus: Deus hominem requirit, deliciae ejus sumus. *Lips.*

*Qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur]* Est in manuscripto quodam, *vi grassatur*; quomodo et Calepinus quispiam citat. Verum priorem lectionem probandam magis esse duco. *Grassatur*, pro Toto impetu fertur, et quasi pleno gradu contendit. *Rictus.*

*Neque fortuna eget; quippe qua prebitatem, industriam, aliasque bonas artes neque dare neque eripere potest]* Est in aliis perperam, ut opinor, *neque fortuna eget*: nam et idem alibi, 'Majores nostri P. C. neque consilii, neque audaciæ unquam eguere.' Cicero tamen ablativum fore huic verbo addit: sicuti et Sallustius interdum: quamquam ad Atticum Cicero, 'Egeo consilii,' inquit. M. Cato apud Gellium, 'Vitio vertunt,' inquit, 'quia multa egeo.' Accusativum huic verbo *εὐχολογῶ* addidit. Ne quid dissimilem tamen, est in manuscriptis, unò

*Sallust.*

3 K

excepto, fortuna, casu ablativo: et haud scio, an apicius ille, quo fit diphthongus perperam sit ibidem omissus. Illud quamvis leve, non tamen prætereundum esse duxi, *artibus* hic habere vetustos codices, non *artes*: idque Sallustianum magis. Sic postea 'quascumque urbes et agros manu ceperat': pro *urbes*, quod in pervulgatis exemplaribus est. Habet et Ascensianus codex, *ceterasque artis bonas*: ubi hodie fere, *aliasque bonas artes*. In manuscriptis *et bonas* adjectivum post substantivum ponitur. *Idem.*

*Ceterasque bonas artes*] Hæc lectio in omnibus pervulgatis exemplaribus, et quatuor manu descriptis reperitur. Verum in duobus pervetustis libris, *Aliasque bonas artes* scriptum animadverti; quomodo et Donatus citat, act. II. sc. 2. in Eunucho Terentii. Nos tamen hic vulgatum, receptamque lectionem non mutavimus. Etenim apte sane quadrat cum illo Catilinarii loco: 'Namque avaritia, fidem, probitatem, ceterasque bonas artes subvertit.' *Popma.*

*Si captus pravis cupidinibus; ad inertiam et voluptates corporis pessumdatum est*] In Fabriciano atque aliis quibusdam, divisim legitur, *pessum datus*: quomodo Tacitus I. 'Postquam hic sociordia sennerit, ille per libidines pessum datus sit.' *Rivius.*

*Pessum datus*] In Glossario veteri scribitur: *Pessumdat, βούβησι, καρανορίσσι.* Et in eodem: *Pessum, βούβησι καὶ βόβοσι.* Ibidem: *καρανορίσσι, demergo, pessundo.* Et: *καρανορίσσι, demergo, perando, pessundo.* Prudent. contra Symmachum: *pessum mergere.* Parum vulgo hujus verbi vim assequuntur. *Coler.* Quod Latini dicunt *pessum ire*, Græcis est *ἐς βόβουσαν χυπαῖν.* Ita utitur Columella XII. 6. 'Si *pessum* ibit, scies adhuc esse crudam.' id est, Fundum peti.

*Ubi per socordiam vires, tempus, ingenium diffuzere*] Sic in manuscriptis:

ubi hodie fere, *diffuzere*: id recte, an secus, aliorum esto iudicium. *Rivius.*

*Diffuzere*] Seneca de brevitate vitæ: 'Sed ubi per luxum et negligentiam defluit, nullæ rei bonæ impenditur, ultima demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. Ita est, non accepimus brevem vitam, sed fecimus.' *Putachius.*

*Ubi per socordiam, vires, tempus, ingenium diffuzere*] Ita melui, hortata membranarum plurimum, ac notæ primæ; quam quomodo fere *cusi, diffuzere*: quam vocem etiam reformatam videri Senecæ Philosopho, fide codicum calamo exaratorum, mowei in animadversionibus ad eundem scriptorem, c. I. de brevitate vitæ. *Gruterus.*

*Neque regerentur magis quam regerent casus*] Ita manuscripta volumina, contra quam hodie legitur: ut *subaudias, casibus*, idque magis brevitati Sallustianæ convenit. Quale propemodum est illud apud Plinium I. VII. de Cicerone, 'Omnium triumphorum lauream adeptè majorem:' nam *subauditur, laurea*; quod quidam non attendentes, neque rationem breviloquentiæ Plinianæ habentes, *triumphorum* pro *Omni triumpho* positum per enallagen existimarunt. In Merseburgensi est, 'neque regerentur magis quam ipsi regerent casus.' *Rivius.*

*Neque regerentur magis casibus, quam regerent casus*] Quidam in suis Mss. libris dativum, *casibus; deesse, refert.* Ego consentientibus antiquis libris, eum minime delendam conseo. In uno tamen Ms. permutato verborum ordine legitur: 'neque casibus regerentur magis, quam regerent casus.' *Popma.*

*Neque regerentur magis, quam regerent casus*] Et hoc recte Carrio; juxtaque præscriptum Mss. plerorumque Pall. Male editi prius, neque regerent

ventur magis a casibus, quam regerent casus; aut, neque regerentur magis casibus. Videatur Rivius; nam Popmæ libri sane ætatem suam vere musteam nimis turpiter detegunt, dum stant ab olim vulgatis. Gruter.

[Neque regerentur magis] Causa, quare homines putant naturam humanam casibus fortunæ esse subjectam, hæc est: quia sequuntur ea bona, quæ revera fortunæ subjecta sunt; sicuti sunt divitiæ: quæ cum ab eis auferuntur, dicunt naturam humanam fortunæ esse subjectam. Sed sequantur bona animi, sequantur virtutes, quæ ab eis auferri non possunt: et tunc intelligent, id quod est verum, videlicet naturam humanam casibus fortunæ non esse subjectam. *Sold.*

[Neque regerentur, &c.] Nam sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi, ut inquit Plautus. Vide Proverbum, 'Sui cuique mores fingunt fortunam.'

[Casus] Fortunam. nam etsi (ut docet Aristoteles l. II. φυσικῆς ἀποδείξεως.) casus latius patet; nam quod est fortuna, casu est; quod vero casu, non omne a fortuna: tamen sæpe confunduntur. *Cast.*

CAP. 2 *Omnia orta occidunt*] Nihil hic opus lectione codicis Rittershusiani, *omniaque orta*: cum clara sint omnia, et lectio vulgata magis cohæreat. Minucius Octavius: 'Quis enim sapientiam dabit, quis ignorat, omnia quæ orta sunt occidere, quæ facta sunt interire?' Græcorum *καρποῖα: τῶν τὸ γενόμενον καταθεῖν ὀφείλεται.* *Putsch.*

[Æternus] Animas nullam in tempore originem habere creditum nonnullis veteribus. Unde dixit Sallustius, *omnia orta occidunt; animus vero, &c.* nisi omnia orta occidere intelligendum sit, de iis quæ corpus habent. De animis ita Plotinus *Ennead. 3. 1. 2. c. 7.* 'animæ vero non ex eo quod mundus erat, huc venerunt, sed ante mundum fuerunt, ut in

mundo quandoque forent, mundana curarent; sistendi causæ forent, gubernarent, efficerent: quocumque modo id facerent, sive præsidendo, ex se nonnihil attribuentes, sive immergendo se dederent, sive aliæ quidem sic, aliæ vero aliter id efficerent, providentia non est culpanda.' Hæc ille. Animas autem antea fuisse quam in hanc vitam descendatur, fuit error Philosophorum, qui ab Orpheo manavit, quod ut probarent, reminiscantiam superioris vitæ imaginantur, et quod ob facinora in antea vita commissa in corpus traderentur. *Steu. de peren. ph. III. 28.* Plato opinatus fuit Deum omnes animas ante corpora simul creasse, et in comparibus stellis constituisse, easque cælestium rerum tædio affectas, per modum pænæ in corpora tanquam carcerem conjecisse. Origenes quoque hunc errorem tenuit ut constat ex libro primo *περὶ ἀρχῶν.* Unde et Stoici originem animum habere ex cælo, ex æterno illo igne, e siderum natura, et sine circuitu a Deo ipso, crediderunt. Seneca ad Helviam c. 7. 'animus, si primam ejus originem aspexeris, non est ex terreno gravi-que concretus corpore: ex illo cælesti spiritu descendit.' Epictetus: *αἱ ψυχὰς μὲν ὄντως εἰσὶν ἐνδεδεμένας καὶ συναφεῖς τῷ θεῷ, ἀλλ' αὐτοῦ μόρια ὄντας, καὶ ἀποσπάσματα.* Id est, *animæ illigatæ et conjunctæ Deo sunt, ut particula sint ejus et decepta.* Plus addit Plutarchus *Quæst. Platon.* cum dicit: 'anima mentis et ratiocinationis consors, non opus solum Dei, sed et pars est, neque ab ipso, sed ex ipso est facta.' Crediderunt autem, quod animus, sive mens, non est quidem abscissus ab essentia Dei, sed quasi diffusus et extensus; sicut lumen a Sole diffunditur, sine Solis immixtione et noxa. *Lipsius.*

[*Agit atque habet cuncta, neque ipse habetur*] Sic Aristot. *περὶ ἔξου* in *Categoris*, et Cicero l. IX. *epist. ult. ad*

Famil. de Aristippo Socratico Philo-  
sopho. *Ciacc.*

*Agit, atque habet cuncta, neque ipse  
habetur*] Verbum *habet*, et *habetur*,  
eodem, quo Græci sensu, Sallustius  
usurpavit, apud quos notum est illud  
Demosthenis, *ἔχω τὴν Λαίδα, καὶ οὐκ  
ἔχομαι. Ursin.*

*Dediti corporis gaudiis*] Sic in orat.  
de republ. ordinanda, 'omissis pecu-  
niæ et corporis gaudiis.' *Ciaccon.*

*Cum præsertim tam multa variaque  
artes sint animi*] Est in manuscriptis  
et impressis vetustioribus, *tam multa  
variaque sint artes animi*: id mollius  
est; alloqui sibilum efficit inamœnum  
et insuavem τὸς in priore voce extre-  
mum, in insequente primum. *Rivinus.*

*CAP. 3 Quoniam neque virtuti honos da-  
tur, neque illi quibus per fraudem jus fuit,  
utique tuti aut eo magis honesti sunt*] In  
manuscriptis duobus est, *quibus  
per fraudem is fuit*: pro, Quibus honos  
per fraudem contigit. Exemplar  
Ascensianum et Beroaldinum, *quibus  
per fraudem concessum jus fuit*: nisi  
quis pro imperio potestateque publica,  
jus accipere velit: τὸ utique non ha-  
bent codices in pergamenis descripti:  
tametsi non me fugit, apud Cicero-  
nem aliquoties hanc particulam re-  
periri, cum primis ad Atticum; sed et  
Merseburgense exemplar eam habet,  
et impressa cuncta quotquot ipse vi-  
derim. *Rivinus.*

*Vi quidem regere patriam, aut paren-  
tes*] Sumpsit hoc a Platone in Epistola  
longa ad Dionis propinquos: *Πατέρα  
δὲ ἢ μητέρα οὐχ ὄσων ἡγοῦμαι προσβι-  
ξῆσθαι, μὴ νόσφ παραφροσύνης ἐχομένου.*  
*ἔάν δέ τινα καθεστότα ζῶσι βίον ἑαντοῖς  
ἀρέσκοντα, ἐμοὶ δὲ μὴ, μήτε ἀπεχθάνεσθαι,  
μάτην νοθεύοντα: βίαν δὲ πατρὶς πολι-  
τείας μεταβολῆς μὴ προσφέρειν, ὅταν ἔνευ-  
φυγῶν, καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν, μὴ δυνατὸν  
ἢ γίνεσθαι τὴν ἀριστήν.* Et ex v. de  
Legibus: *Πατρίδος δὲ ὁμοῦ τῆς χώρας,  
θεραπεύειν αὐτὴν δεῖ μείζονος ἢ μητέρα  
παίδας.* Quam sententiam expressit  
idem Plato in Critone, his verbis:

*Πανταχοῦ ποιητέον, ὃ ἂν κελεύει ἢ πόλις  
τε, καὶ ἡ πατρίς: ἢ πείθειν αὐτὴν, ἢ τὸ  
δίκαιον πέφυκε. βιάζεσθαι δὲ οὐχ ὄσων  
ὄντε μητέρα, ὄντε πατέρα: πολλὸ δὲ τούτων  
ἔτι ἤττον τὴν πατρίδα.* Hunc Platonis  
locum Cicero cum significare vellet,  
sic ait in Epistola perjurante: 'Id  
enim jubet idem ille Plato, quem ego  
auctorem vehementer sequor; tan-  
tum contendere in Republ. quantum  
probare tuis civibus possis: vim ne-  
que parenti, neque patriæ adferre  
oportere.' Et libro i. de Republ.  
apud Nonium: 'Sed quoniam plurima  
beneficia continet patria, et est anti-  
quior parens, quam si quis, ut ajunt,  
creaverit, major ei profecto, quam  
parenti debetur gratia.' *Manutius.*

*Cædem, fugam, aliaque hostilia*] *Meus  
liber, cædem, fugam, incendia, aliaque  
hostilia*: ut Catil. 'cædem, incendia,  
aliaque belli facinora.' *Ciacc.* Sic  
supra in Bell. Catil. dixit: 'cædem,  
incendia, aliaque belli facinora.' *Ur-  
sinus.*

*Cædem, fugam, incendia*] Dictionem  
*Incendia* hoc loco restitimus, a libra-  
rio properante, vel aliud agente in  
omnibus editionibus omissam: eam-  
que addendam esse intelliges, si præ-  
cedentia cum sequentibus conferas,  
et locum accurate totum excutias.  
*Popma.*

*Cædem, fugam, aliaque hostilia, &c.*] In-  
trudi cuperet *Popma*, *incendia*; an-  
nuitque ferme *Ursinus*, ac *Ciacconius*:  
verum cum in nullo extet *Pall.* alio-  
rumve, imo ne in editionibus quidem  
exoletis, valeat: adversatur sane  
menti auctoris quicquid illi dicant:  
neque unquam auditum incendiis  
quem grassatum ad emendationem  
morum. *Grut.*

*Frustra nitî, neque aliud, sese fati-  
gando, nisi odium querere, extrema de-  
mentia est*] Plato in Epistola ad Per-  
diccam, quam *Ficinus* Dionis esse  
putat: *Εἰ μὴ μάτην μὲν κωδωνεύειν  
φερο, πλέον δὲ οὐδὲν ποιῆσαι. Μανυτ.*

*Potentia paucorum decus a. l. s. gra-*

[*flour*] Tacit. iv. 'Odiis Sejanus per dedecus suum gratificabatur.' Ciac. *Decus atque libertatem suam gratificari*]

Illud gratificari, varie exponunt Commentarii. Soldus conjungit, *libido gratificari*, et exponit, *libido gratificandi*. Badius addit in expositione sua verbum *velint*, quod nulli contextus habent, sed subjungit: 'Si ordo hic est, Libido gratificari tenet, ponitur more Græcorum pro gratificandi. *ais*, libido tenet gratificari, tenet ponitur quasi pro cogit.' Hæc ille. Ego puto ordinem esse: *Nisi forte quem inhonesta et pernicioxa libido tenet gratificari*; id est, gratis donare, *decus atque libertatem suam potentia paucorum*, quasi diceret: quos juvat fieri mancipia. *Glareanus*.

CAP. 4 Certe quibus maxima industria videtur, salutare plebem, et concitium gloriam querere] In Mss. est, *conviviis gratiam querere*: pro *colligere gratiam*, et *captare atque aucupari favorem et benevolentiam multitudinis, apparandis concitium*. Sed nec *gloriam* repudio: etenim apte sane quadrat. Quod si *gratiam* legere malis, id quod mihi magis arridet, ad liberalitatem et benignitatem opulentorum; sin *gloriam*, ad magnificentiam et splendorem, spectabis: nam et qui convivia libenter exhibent, aut epulum vulgo dant, *gratiam*: qui lente et sumptuoso apparatu, *gloriam* consequi solent. Intelliges autem hunc locum de publicis conviviis, quibus multitudinis studium et amorem sibi homines ambiciosi conciliabant: qua de re Cicero in oratione pro L. Murena. *Ritius*.

[*Et concitium gratiam querere*] Qui hic adducunt *gloriam*, tanquam germanam magis, parum attendunt, aut historis aut politicis. Salutant plebem; convivia præbent; non asecuti calmen honorum, sed qui adhuc eo aspirant; a quibus admodum longe abest industria illa proles gloria. Et vero Mss. nostri primam scripturam mordicus tenent. *Grut*.

[*Conviviis gratiam*] Palmerius expuncta voce legit, *convitiis querere*, mea sententia, nimis acute. *Coler*.

Q. Maximus] Fuit is ex Fabiorum familia. Fabii autem fuere Romani nobilissimi simul ac potentissimi: qui bellum adversus Vejentem soli cum suis clientibus et servis in se receperunt: cumque ex levibus aliquot præliis sapius victoriam reportassent, tandem ad Cremeram ad fluvium insidiis circumventi, ad unum omnes capti sunt. Ovid. Fast. l. ii. Ex tanta Fabiorum clade unus tantum supervivuit, qui nondum armis per ætatem idoneus, in urbe relictus erat: ex cujus sanguine per longam nepotum seriem natus fuit Fabius ille Maximus, qui Dictator adversum Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanam, aliorum imperatorum temeritate labefactam, primus restituit, adeo ut verissime de eo Ennius dixisse videatur: 'Unus homo nobis cunctando restituit rem.' Sed, qui primus Fabius, dictus est Allobrox, quod apud flumen Isarum Allobrogum regem cecidisset.

Q. Maximus] Qui Fabie gentis ortum a capite repetunt, ad Aborigines primos Latii populos originem generis, stirpem ad Fabium Herculis filium referunt, ut scribit Plutarchus in Maximo. Hæc gens familias præcipuas quatuor. Prima eorum est, qui Vibulani, altera qui Ambusti, tertia qui Maximi, postrema eorum, qui Pictores nominati sunt. Vibulani a Vibone forsitan opido, quod in Brutiis condidit Hercules. Ambusti, Auctore Festo dicti sunt a Fabio Eburno, quod fulmine ambustus ait. Maximi a Q. Fabio Rulliano, qui censor cum P. Decio, omnem forenses turbam secretam in quatuor tribus conjecit, Urbanasque appellavit. Quæ res adeo gratis amnis accepta est, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hæc tempe-



ratione ordinum adeptus sit. Livius l. ix. 'Pictōres autem dicti sunt a Q. Fabio C. F. qui primus eodem Salutis pinxit.' Plin. xxxv. 4. Hic libet monumentum Q. Fabii Maximi subjicere: Q. FAB. MAX. DICTATOR BIS. COS. V. CENSOR INTERREX. II. ÆD. CVR. Q. II. TRIB. MILITVM. PONT. AVGV. PRIMO CONSVLATV LIGVRES SVBEGIT. EX HIS TRIVMFAVIT. TERTIO ET QVARTO ANNIALEM COMPLVRIBVS VICTORIIS FEROCEM SVBSEQUENDO COERCIVIT. DICTATOR MAGISTRO EQVITVM, MINVCIO, CVIVS POP. IMPERIVM CVM DICTATORIS IMPERIO ARQVAVERAT, EXERCITVI PROFLIGATO SVBVENIT, ET EO NOMINE AB EXERCITV MINVCIANO PATER APPELLATVS EST. CONSVL QVINTVM TARENTVM CEPIT. TRIVMFAVIT. DVX ÆTATIS SVÆ CAVTISSIMVS, ET REI MILITARIS PERITISSIMVS HABITVS EST. PRINCEPS IN SENATV DVOBVS LVSTRIS FACTVS EST. Vide *Streinium*. Fulvius quoque Ursinus Labeones vocat in hac familia. nam in Denariis antiquis videre est: Q. FABIUS LABEO Prator anno DLVIII. ex Creta Insula navalom egit. Idem anno DLXX. Consul fuit cum M. Claudio Marcello, et anno DLXXIII. Pontifex factus est. Hunc scribit Cic. Offic. l. i. et ad Q. Fratrem, arbitrum Nolanis et Neapolitanis datum de finibus a Senatu, agrum, de quo lis erat, adjudicasse Populo Rom. Hæc obiter hic adjungere visum fuit.

P. *Scipionem*] Vel majorem, vel minorem Africanum. Fuit autem ex gente Cornelia. Cornelia gens in patricias divisa fuit familias et plebeias; patriciæ Blasionæ, Lentuli, Scipionæ, Cinnæ. Sisenæ et Sulla in argenteis denariis, quos ipsi vidimus, reperiuntur. *Ursin.*

*Solitos ita dicere, cum majorum imagines induerentur, vehementissime sibi animam ad virtutem accendi*] Ita omnes Mss. nostri. amicus tamen meus putabat, aliquot verba cussa in officinis

librariarum, iisque rejectis legendam: *solitos cum majorum imagines induerentur, vehementer animo ad virtutem accendi*: non male quidem, si subvenirent membranæ, neque altera lectio quasi testimonium exhiberet hujus coloris. *Gruf.*

*Imagines*] 'Imago, ut Polybius l. vi. docet, 'est insignis alicujus viri simulachrum, oris similitudinem artificiose effectam coloribus pigmentisque adumbratam referens, quod in insigniori et celebriori domus parte, ligneo armario includebatur.' Hæc ille. Non autem omnibus imaginem sui ponere licebat, sed iis tantum, qui magistratus curules gessissent: quales fuerunt primum curules Ædiles, Prætores, Censores, et Consules. Cumque hi magistratus primum solis patricias patuerint, sequitur etiam patricios primum solos jus imaginis habuisse. Postquam autem hi honores plebi communicati sunt: eos jus ponendi imaginem simul accepisse dubiam non est. Ceterum et hoc observandum de imaginibus, Romanis festis diebus, apertis armariis, illas exornasse: cumque ex domesticis quispian esset mortuus, eas in funere extulisse, addito, ut magnitudine quam simillimæ apparerent, reliquo corporis trunco: vestibus autem exornatas; si consulares aut cum imperiis fuissent, prætextis; si censores, purpureis; si triumphales, auro intertextis, atque curru, fascibus, et securibus, aliisque magistratum insignibus prælatis, in Rostra esse perlatas, ut Polybius ibidem annotavit. Et facit huc egregius locus Plinii xxxv. 11. 'Aliter,' inquit, 'apud majores in atris hæ imagines erant, quæ spectarentur, non signa externorum artificum, nec ærea, nec marmorea: expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, semperque de funere aliquo, totum aderat familiæ ejus, qui unquam sue-

rat papulis: stemmata vero lineis dis-  
 cerrebat ad imaginea pietas: tabulae  
 in codicibus implebantur, et monu-  
 mentis rerum in magistratu gesta-  
 rum.' Porro poni solitas ejusmodi  
 majorum imagines: cum titulis suis in  
 prima aedium. patre, ut eorum vir-  
 tutes posteris non solum legerent, sed  
 etiam imitarentur, docet. Valerius.  
*Rosin.* Itaque qui imagines ostendere  
 poterat, nobilis censebatur, sicut jura  
 nunc insignium se habent, quae anti-  
 quis Romanis ignota, bello sacro pri-  
 mam originem accepisse videntur.  
 Quamquam Clodius decem Austriae  
 Moesellanae, ante mille annos, ea  
 habuisse insignia Gramajus auctor  
 est. Speciem tamen ejus rei apud  
 Romanos aliosque fuisse, verisimile  
 est, sed aliam in usum. nam anti-  
 quioribus temporibus scuta signis  
 quibusdam distinxisse Vegetius auc-  
 tor est. Fortium quoque virorum  
 scuta picta, inertiam para fuisse, Ser-  
 vius ad *Æneidos* l. vi. docuit: ad hoc  
 tirocinium etiam allusit Poëta, cum  
 dicit: 'Ense levis nudo, parmaque  
 inglorius alba.'

*Vehementissime sibi animum ad vir-  
 tutem*] *Ma. virtutes*, melius. Et nota  
 Grammatici Sallustio hæc talia  
 pluraliter usurpata, ut *paces, luces, fa-  
 mes*. absunt in mox sequentibus ab  
 eodem codice illa, *In esse*, quæ salva  
 sententia induci possunt. *Putsch.*

*Neque prius sedari quam virtus eorum  
 famam atque gloriam adacquaverint*] Vox  
 virtus abundare videtur. *Ciscon.*

*At contra, quis omnium est his mari-  
 bus, qui non de vitis et sumptibus, non  
 probitate, neque industria cum majori-  
 bus suis contendunt*] In manuscriptis  
 est *quia divitiis et sumptibus*; pro qui  
 non: et sic identidem Cicero hac par-  
 ticula utitur. Jam non vitis, sed di-  
 vitis, et sumptibus esse legendum, præ-  
 ter antiquorum fidem, etiam Ascen-  
 sianus codex indicat. Conjunxit au-  
 tem hæc Sallustiana alibi quoque, ni-  
 mirum ad Cæsarem de rep. ordi-

nanda: 'Juventus,' inquit, 'probi-  
 tati et industrie, non sumptibus neque  
 divitiis studeat.' *Rivius.*

*Furtim et per latrocinia*] Quidam  
 Ciceronem notari putant. Sed quo-  
 modo de eo, quantumvis inimicus di-  
 caret (per latrocinia), qui in Catilinae  
 sca cum laude non privavit? Soldus  
 per *latrocinia* exponit, per ambitio-  
 nem. Badius vero, fraude, occulta  
 largitione. *Glar.*

*Perinde quasi prætura et consulatus*] *Legendum proinde quasi*, ut in ma-  
 nuscriptis est; quomodo fere semper  
 apud Sallust. *Rivius.*

*Nunc ad inceptum redeo*] Sic infra:  
 'quamobrem ad inceptum redeo.'  
 Hæc etiam imitari voluit Tacit. An.  
 4. 'Sed ad incepta redeo.' *Ciscon.*

*Nunc ad inceptum opus redeo*] In  
 manuscriptis non est *opus*: sed et  
 postea Sallustianus: 'Quamobrem ad  
 inceptum redeo,' inquit. *Rivius.*

*Cap. 5 Numidarius*] Numidia Mau-  
 ritanis ad ortum occurrat, quæ ab  
 incolis modo Buzia dicitur, nomen a  
 Buzia urbe regia Mauritaniam tra-  
 hens, quousque posterioribus tempo-  
 ribus fines suos extendit: licet simul  
 cum Africa, etiam omnem illam ter-  
 tiam mundi partem ab Ægypto ad  
 Herculeum usque fretum Barbariam  
 juniores appellent: hujus itaque Pro-  
 vincie situs sic se habet: latus occi-  
 dentale juxta Mauritaniam Ampago  
 fluvio: orientale Bagrada fluvio al-  
 tero (Plinius Tusca, quem ante Ba-  
 gradam ponit): meridionale desertis  
 interioris Libyæ: septentrionale pe-  
 lago Africo terminatur. Numidia,  
 quæ et Metagonjitis terra (quod idem  
 est) a Græcis appellatur, nomen ab  
 effectu sumpsit: non enim diu gentes  
 eam inhabitantes eodem in loco per-  
 manere, sed frequentius sedes per-  
 mutare dicuntur. unde illud: 'Nu-  
 midique vagi.' Nam quod illi, *nomi*,  
 nos pabulum interpretatur: unde  
*Nomades*, id est, pastores. Plinius:  
 'Numidia Nomades a permutandis

pabulis, mapalia sua, hoc est, domus planetis circumferentes. Et Festus: 'Numidas dicimus, quos Græci Nomades, sive quod id genus hominum pecoribus negotiatur, sive quod herbis, ut pecora, aluntur, nam perumque radices edere dicuntur, alios carne, et lacte, et caseo nutrir.' Hanc terram feliciorē esse referunt, quam quæ Mauritaniæ proxima est Massylorū. Videlicet ista florentior et melius composita, quanquam propter res Carthaginiensium valde labefactata. Similiter et Mela scribit, ac Plutarchus: Numidia namque in duas olim partes dividebatur, altera erat Occidentalis, quæ Mauritania Cæsariensis deinde dicta est, altera Orientalis, ad Bagradam flumen pertinens, vel ad Tuscam ansem, Ampsaga interlabente fluvio. Quæ vero in Mauritaniam cessit, ea, victa Carthagine, Masinissæ reddita: ejectus enim paterno regno, hoc est, Massulia, erat: hanc vero, quæ Carthaginiensibus affinis est, Syphace expulso captoque, dono acceperat, quandoquidem eo bella multa et præclara facinora pro populo Romano fecerat. *Dom. Maurus Niger.*

*Deinde quia tum primum superbia nobilitatis obviam itum est*] In quibusdam est, *de hinc*, velut manuscriptis: quæ particula Cicero quoque utitur. In Veneto, quod est a Pincio excusum, *obviam* legitur, pro *obviam itum*: sed perperam videlicet: quamvis eodem modo et Merseburgensæ habeat, et Florentinam. *Ritius.*

*Obviam itum est*] *Obviam itum est*, quod Sallustio quam familiare, ex scriptis Mbris legendum est. Infra: 'Obviam ire et commori hostibus.' 'Obviam eundo periculis.' 'Ite obviam injuriis.' Et locis pluribus. Neque vero *obviam* apud melioris ævi scriptores, legere memini: etiamsi eo utatur Macrobius. *Putach.*

*Superbia nobilitatis obviam itum est*] Ita Pall. notæ melioris, item Comm.

meus. Carioni adhibebatur, *obviam itum est*, proque eo juniores deinde arma induerunt tanquam pro Helena sua. sed si profecto nondum norunt quid ea distet ab Hecale. *Grut.*

*Sed prius quam Anjracomodi rei initium expoliam*] Manuscripta quædam, *expolis*: quomodo Cicero quoque interdum; velut de Or. 'Sed prius quam illa onor attingere, propositum breviter,' &c. et in Philipp. 'Cui prius quam de ceteris rebus respondeo, de amicitia pasca dicamus.' *Ritius.*

*Quo dux Carthaginiensium Annibal*] In Mss. est, *Carthaginiensium*. quomodo et alias fere in iisdem. Vult autem et Priscianus *Carthaginiensium* dici. l. iv. Sed et Enniamus ille veraculus, quem Cicero alicubi citat, cum Prisciano facit: 'Hostem qui feriet mihi erit Carthaginiensis: nisi quis hoc metri ratione excusatum velit. Sic infra Sallustius, 'Victis Carthaginiensibus' et, 'Bello Carthaginiensi.' Item, 'Syphacem et Carthaginienses.' Eodem modo in Catil. 'Cum sæpe Carthaginienses in pace,' &c. *Idem.*

*Dux Carthaginiensium*] Sic semper Palatinus Nazar. ac Comm. noster *Carthaginiensium*; cum tamen ceteris locis stet ab Scriptura altera. quod adnoto curiosorum gratia. *Grut.*

*Hannibal*] Hamilcaris, Barchæ filius. Livius, Æmilius Probus, et Plutarchus. *Cest.*

*Hannibal*] Denotat Orientalibus dominum gratiosum. *𐤇𐤍*, id est, Hanno, gratiosus. Unde et Anna et Johannes nomen accepit, *𐤇𐤍* sive Baal autem dominum denotat.

*Hannibal*] Hannibal, Carthaginiensium dux aut Imperator, Amilcaris filius, qui ante aras Romanorum vindictam juraverat, in Hispaniam traiecit: Gallos ad Rhodanum superavit. Eutrop. iii. Alpes pervias fecit: in Italiam venit: Saguntum cepit: Liv. l. i. decad. 8. Titum Sempro-

nam Consulera apud Trebiam pro-  
 fligavit: Flaminium Consulera fudit  
 ad Thrasymenum lacum, 15000. Ro-  
 manorum caesis: a Fabio Maximo im-  
 minutus. Livius iv. Entrop. iii. Post-  
 ea resumptis viribus Paulum Æmi-  
 lium et Ter. Varroem Consules apud  
 Cannas vicit 40000. peditum et 2700.  
 equitum caesis tribusque et disidio  
 mediis annulorum Carthaginem mis-  
 sis: castris prope Romam positis,  
 tempestate coactus, in Campaniam  
 venit: a Marcello apud Nolam vic-  
 tus est. Livius l. iii. Entropius iii.  
 Florus. Apud Cannas a Sempronio  
 Graccho, magno snorum eode repul-  
 sis, navali pugna, Florus ii. 6. Justi-  
 nus xxxi. Carthaginem rediit, ut  
 cum a P. Scipionis Africani obaidio-  
 ne liberaret: cum quo apud Zama  
 oppidam Africæ congressus, 20000  
 Penorum caesa sunt, fere totidem  
 captis; ipse ad Antiochum confugit,  
 a quo auxilium ac vires sumpsit: cum  
 quo postremo etiam superatus est.  
 Livius iii. Justinus xxxi. Platarch.  
 in Annibale. Ceterum a Romanis ex-  
 postulatus apud Antiochum ac Pru-  
 sian reges, ipsorum fidem suspectam  
 habens, hansto, quod annulo inclinum  
 gestabat, veneno, se ipsam confecit.  
 Platarch. Entrop. iv. Oros. iv. 26.  
 quo loco ait cupidibus obrutum fuisse  
 a Carthaginensibus ob rem male ges-  
 tam. Livius l. ix. cruci affixum fuisse  
 tradit.

*Masinissa*] Masinissa seu Masinissa,  
 Gala Massalorum regis filius, cum  
 a Carthaginensibus esset, simulans  
 se ad depopulandos Hispaniæ agros  
 a Gadibus proficisci, clam ad Scipio-  
 nem contendit, ab eoque in amicitiam  
 receptus est: inde constantissimè  
 ad ultimam senectam in Romanos  
 fidei fuit. Livius. *Castil.*

*Syphax*] Syphax rex Massesylorum,  
 quæ gens est Mauris vicina, opulen-  
 tissimus erat: cum Scipionem, qui  
 ab Hispania in Africam navigaverat,  
 sua in regia hospitaliter et benigne

excepisset, amicitiam fœdera, et con-  
 tra Pœnos consilia, cum Scipione in-  
 verat. Eam societatem, et tantam  
 virium accessionem, ut a Romanis di-  
 velleret Asdrabal, Syphacis animum,  
 Sophonisba filia in matrimonium ei  
 data, amore sellicet, et complexu  
 adolescentulæ occupat: ita ut ille  
 libidinis hoc ardore, et Asdrabalis  
 instigatione dementatus, amicitiam  
 Scipionis, antequam in Africam ap-  
 pelleret, per legatos renanciare. Cujus  
 perfidiam magnas mox pœnas  
 dedit, castris enim et exercitu una  
 nocte deletis, bis acie fesus, ipse  
 captus, et Sophonisba adamata orba-  
 tus, Romam, inde Albam in exilium  
 relegatus, et a Scipione in triumphum  
 ductus est, teste Polybio, quem alii  
 tamen morte ante triumphum Tibure  
 esse præoccupatum auctores sunt.  
*Stad.*

*Quæcumque urbes et agros manu ceperat*]  
 Legendum, *urbis*; quomodo  
 in impressis quoque vetustioribus.  
*Manu ceperat*; pro, *pugnando ceperat*:  
 ut alibi idem loquitur. T. Livius iii.  
 ab U. C. 'Quem agrum miles pro  
 parte virili manu cepisset, cum senex  
 quoque voce qua una posset vindica-  
 ret.' *Rictus.*

*Masinissa*] Masinissa rex Numida-  
 rum, filius Gals, educatus et in lite-  
 ris excultus Carthagine, adolescens  
 annorum 17. a patre contra Syphacem  
 bellam deposcit. Hoste itaque fini-  
 bus ejecto, ab Asdrabale ob virtutem  
 et indolem regiam in generum coop-  
 tatur, desponsata ipsi filia Sophonis-  
 ba; traductusque mox ad bellum in  
 Hispaniam, spe nuptiarum ab Asdru-  
 bale frustratur, et a patris obita reg-  
 no suo excidit, quod tamen votis  
 hostibus recuperat. Cum tota Nu-  
 midia superiore tempore non posse  
 fruges mansuetas ferre croderetur,  
 oleribusque saltem vescerentur, solus  
 et primus ipse demonstravit, nullum  
 esse frugum vel fructuum genus, quod  
 illa non gigneret, nihilominus, quum

ulla alia regio amplissimis in spatiis, agris fertilissimis instructis. Fuit et saluberrimo et robustissimo ac procerō corpore, qui et cum standum esset, in iisdem vestigiis totum diem peristeret, sedens non surgeret, et equum sine adiutore conscenderet, et vexationem in equis sine ullo incommodo toleraret, in senectute etiam usque ad mortem. Cum multi ej filii et nascerentur et morerentur, nunquam pauciores decem habuit. Moriturus, P. Scipionem Æmilianum, obsidentem Carthaginem e castris evocavit, et regul inter liberos dividendi potestatem ipsi fecit. Obiit an. ætatis 90. al. 97. et 100. regni 60. mundi 3818. urbis 606, relinquens liberis regnum amplissimum, a Mauræis Oceani accolis usque ad Cyrenænsis ditionis mediterranea propagatum, et divitias maximas. *Henning.*

*Deinde Micipsa filius ejus regnum solus obtinuit*] Tò ejus non est in vetustis, nec in manuscriptis ipsis; et ex glossa irrepsisse videtur. In eisdem, *Dein* legitur; in Merseburgensi, *Dehinc*. Rivius.

*Deinde Micipsa, &c.*] Masinissa moriens 44. reliquit filios, ex quibus tres erant legitimi: Micipsa, Manastabal, et Galussa, quem Appianus Gelossam vocat. Scipio Minor igitur, cui divisio regni permissa fuerat (sic enim jusserrat Masinissa) regnum tribus legitimis dedit: mortuis autem Manastabale et Galussa, solus Micipsa regnavit. Vide Appianum in Libyca hist. *Quesium* iv. 22. et *Entropium* l. iv. *Castil.* Obiit A. M. 3848. U. 636. *Henningius.*

*Manastabale*] Cum superiore anno Sallustium, veterum librorum ope a me commendatum emitterem, præcipueque in eo, adjunctus casem antiquissimo Fulvii Ursini libro; eum ita diligenter inspexeram, nihil ut oculos meos effugiasse arbitrarer. Sed cum postea eundem librum evolverem; cum alla scripta minime negligenda secus in eo

libro scripta animadverti, tum vero hoc nomen, *Manastabale*, non *Manastabale*: et cum antiquo libro *Cariæus* consentit, qui l. i. de nominibus in al terminatis: 'Si qua,' inquit, 'masculina inveniuntur, hæc barbara sunt, ut Hannibal, Adherbal, Manastabal.' *Manutius.*

*Manastabale*] Com. et Naz. una cum Pal. sec. triga videlicet codicum fideliorum, *Manastabale*; non hic modo, sed et mox infra. *Gruterus.*

*Jugurthamque Manastabilis fratris filium, quem Masinissa*] Illud quem, non Jugurtham, sed Manastabilem referre quidam putant: idæoque alteram lectionem quam habent vetustiores codices, non putant rejiciendam, quæ ita habet: 'Jugurthamque filium Manastabilis fratris, quem Masinissa, quod ortus ex concubina erat, privatum reliquerat:' intelligamus Manastabilem Micipsæ fratrem ex concubina ortum, non Jugurtham; neque obstare, quod postea dicit actor, 'Hiempsalem etiam antea Jugurtham despexisse, quia materno genere impar erat.' *Glareanus.*

*Quem Masinissa, quia ortus ex concubina erat*] In Mas. aliaque vetustioribus, quod ortus; tametsi eodem sensu. *Rivius.*

CAP. 6 *Non se luxu atque inertia corrumpendum dedit*] Volens Fabricianam, non se luxu neque inertia; pro luxu: quomodo veteres loqui consuevit annotavit Gellius iv. 16. Hinc Terent. 'Vestitu nimio indulges:' pro vestitu: et Virgilius; 'teque ad spectu ne subtrahere nostro:' pro ad spectu: et; 'Quod nec concubitu indulgent:' et 'Parce metu Cithæra.' Sed et Cæsarem in Anticatoe dominatu, pro dominatu, dixisse ostendit: et alibi ornatu, pro ornatu. Tacitus iii. 'Per cultum et munditiam, copiaque et affluentia luxu propior,' pro luxu, et xiv. 'Cruciatu aut primis cuncta pervia esse,' pro cruciatu. *Idem.*

*Equitare, jaculari]* Servius hæc recitans l. II. *Æneid.* *equitari* videtur legisse: hic ego nihil pronuncio, contentus diversam lectionem ostendisse. *Manutius.*

*Equitare]* Massyllii, Libyes, Numidæ, Getuli equitandi semper fuere peritissimi. Unde Lucanus l. IV. scribit, non ullo freno, sed virga tautam et voce gubernasse equos, cum dicit: 'Et gens, quæ nudo residens Massyllia dorso, Ora levi flectit frenorum nescia virga.' Idemque inserit Virgil. l. IV. *Æneid.* 'Et Numidæ infreni cingunt.' Strabo l. XVII. 'Massyllii et Libyes parvis equis utantur, celeribus tamen et mansuetis, adeo ut sola virgula gubernentur.' Fuit et in Numidiis mos, auctore Livio l. XXIII. 'quibus,' inquit, 'desultorum in modum binos trabentibus equos, inter acerrimam sæpe pugnam, in recentem equum ex fesso armatis transilire mos erat, tanta velocitas ipsis, tam docile equorum genus. Vid. *Herm. Hugonem* de milit. eq.

*Cursus]* Quo antiquitus certare familiare fuit. 'Quis nescit,' inquit Plutarchus, 'majores nostros inter alias exercitationes, ad spectacula, ad militaria exercitia, ad sanos habitus acquirendos cursum quoque habuisse?' Plato quoque ad bellicas exercitationes ita cursum commendavit, ut non modo viros et juvenes, verum etiam virgines, pueros, eos qui grandiores erant, et mulieres, omnesque tam nudos quam armatos exerceri voluerit, non in stadio solum, sed in dolichio, in diaulo, et in ephippio. Platonis sententiam secutus Vegetius milites cursui assuefaciendos, docet, ut majore impetu in hostem currant, ut loca opportuna celeriter, cum usus venerit, occupent, ut fugientium facilius terga comprehendant. Refert noster auctor alibi, de magni Pompeji exercitatione, eum cum agilibus saltu, cum velocibus curas, cum validis vecte certasse, neque aliter Sertorio æquan-

dum unquam fuisse, nisi se et suos milites hujuscemodi frequentibus exercitiis ad bella præparasset. Hujus tres effecisse species Antyllum ropelario, alteram in anteriora currendi, alteram in posteriora, alteram in orbem; quamvis item apud Galenam et dolichum, et dianum reperiri sciam; quorum alterum refert ipse, Græcis continuatum diu cursum significare, quem tamen major pars auctorum duplicis stadii spatium extitisse censet, alterum definiunt fere omnes cursum, quo stadium semel correbant, et recurrerant. Itaque stadium erat cursus unius tantum stadii, dolichus duplex uno cursu stadium, diaulus duplex et ipse stadium, sed reflexo cursu: ut fieri posse credam peristylii interioris ambitum, quem diaulum ob duorum stadiorum mensuram vocatum tradit Vitruvius, hujusmodi cursui inservisse. *Mercurialis de Gymnast.*

*Et cum omnes gloria antiret]* Legendum *omnes*: quomodo et Donatus in Andriam citat; ut est in vetustis exemplaribus. *Rivius.*

*Leonem, atque alias feras primus aut in primis ferire]* Sic in Fabriciano est; non *primas*. Idem.

*Plurimum facere, et minimum ipse de se loqui]* In Veneto et aliis quibusdam, *de se ipse* legitur. *Idem.*

*Tametsi initio latus erat, existumans, &c.]* Audivi nonnullos qui arbitrarentur vocem *tametsi* syllaba una longiorem quam decebat, quod sequeretur statim, *tamen postquam*: sed hic locus sic rapitur in medicinam, fiatque *etsi*; idem necesse est induci locis minimi sexcentis; ubi duo ista copulavit auctor: ego potius rapuerim in dubium verbum *existumans*, tanquam spurium. *Gruterus.*

*Exacta sua ætate, et parvis liberis]* Manuscriptum, *exacta ætate sua*; ut pronomen sequatur. *Rivius.*

*Vehementer eo negotio permotus, multa animo suo colubet]* Manuscripta,

*cum animo suo*, additâ præpositione. Quomodo et Aldinum exemplar; pro, *multa secum ipse agitabat, reputabat. Idem.*

*Multa cum animo suo volebat*] Suvitatem sonitus reduxeris, rescribendo, *voletere*. Nec dubium mihi fit quin mille locis ea terminatio mutata sit in illam aliam. *Gruterus.*

*Præterea opportunitas sua, liberorumque ætatis*] Legendam e vetustis, *sæque et liberorum ætatis*; sæque loquendi ratio, historica magis est. *Riv.*

*Quæ etiam mediocres viros*] *Rittershusii liber: quæ res etiam med.* Recte: sic supra in *Catilina* reposuimus ex scriptis, 'Si ita res esset.' Et sic amat loqui *Crispus*: 'Sed ea res longe aliter ac ratus erat eventit.' Paulo post: 'Quibus rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia conjunxerat.' Et mox: 'Neque ea res falsum me habuit.' Occurrunt hæc singulis fere paginis. *Putschius.*

CAP. 7 *Ubi videt neque per vim, neque insidiis opprimi posse*] In *Merseburgensi* erat, *neque per vim, neque per insidias*. verum prior lectio melior: nam et post eodem modo, 'aut per vim, aut dolis tentare,' inquit. *Rivius.*

*Hominem tam acceptum popularibus*] Sic infra: 'hominem nobilem, magnis opibus clarum, acceptumque popularibus suis, et carus acceptusque ei semper fuerat.' Et *Tacitus* lib. xii. 'carus acceptusque popularibus.' *Ciacconius.*

*Statuit eum objectare periculis*] *Tacit.* lib. ii. 'Ut ea specie dolo simul et casibus objectaret.' *Virg.* 'Caput objectare periculis.' *Idem.*

*Equitum*] Auxiliares equites primus, quod sciam, Romanis junxit *Tullus Hostilius* diruta jam Alba. *Livius* lib. i. equitum turmas decem ex Albanis legisse affirmat: nisi quis dicat Albanos jam non socios, sed Romanos factos, Alba tota Romam immigrante. Socii porro auxiliaresque equites divisi in alas. Alares enim pro-

prie equites, non Legionarii; quam subinde etiam Legionarii in ala positi, ut *Lipio* observatum. Dictæ alæ, auctore *Cincio* apud *Gell.* xvi. 4. quod circum legiones dextra sinistraque, tanquam alæ in avium corporibus, locabantur. Duplex ergo ala, dextra et sinistra, a situ. Variis autem nominibus hæc alæ seu turmæ fuere appellatæ, nempe vel s nomine *Præfactorum*, vel gentium, vel municipiorum: quæ nomina *Lazius* collegit lib. vi. de *Rep. Rom.* cap. 11. Eadem alæ postea vexillationes dictæ, auctore *Vegetio* ii. 1. Numerus vero sociorum equitum duplex præ Romano erat. Id *Polybius* lib. vi. indicat: 'Multitudo sociorum peditum par quidem Legionibus Romanis, ut plurimum Equitum dupla.' Causam *Lipius* adfert, quod socii late per oppida, per agros sparsi, facilius equos suppeditarent et alerent; Romani contra anguste clausi, paucos id temporis habentes equestri censu præditos. Quantæ vero hæc sociorum alæ, facilis conjectura est. Nam si socii Equites dupli ad Romanos, nimirum sexcenti, demendo de his ducentos extraordinarios, de quibus alibi *Polybius*, supererunt in alam socialem Equites quadringenti; subinde tamen plures. Apud *Livium* lib. x. Campanorum ala quingenti Equites. *Nnmidarum* ala Equites quingenti. *Quin* et *Milliaria* ala apud *Hyginum*, et in lapide prisco *PRAEF. ALAE BRITANNICAE MILLIARIAE*. Hæc sociorum alæ divisæ quoque in turmas et decurias, ut Romanorum centuriæ. Ita *Tacitus* lib. 11. *Historiarum*: 'quatuor equitum turmas, universam alam *Trevirorum* cum *Julio Classico* misit' et *Hyginus*: 'Alia habet turmas sexdecim, decuriones, et reliqua, prout numerus turmarum.' Vide *H. Hugonem* de *Milit. Equestr.*

*Qui tum Romanis imperator erat*] Hæc vera lectio, quamvis et in *Ms.* quodam et in *Beroaldino* sit *Romanus*

imperator, casu nominativo. Est in Veneta, *præerat*: sed haud dubie perperam. *Rivius*.

*Magis magisque cum indies amplecti*] Sincerior erit lectio si *rd cum expunxeris*. *Putachius*.

*Huc accedebat munificentia animi, et ingenii solertia*] Illa et copula non est in plerisque vetustis. *Rivius*.

*Quibus rebus nullas ex Romanis sibi familiari amicitia conjunxerat*] In quibusdam est *quibus rebus Jugurtha*. Id quamquam et sententia postulat, et ambiguitatis evitandæ ratio (nam alioqui ad P. Scipionem referri verbum posset) tamen quia non incommode omitti potest, haud magno in discrimine pono, addas ipsam, nec ne. *Idem*.

CAP. 8 *Novi atque nobiles*] Apud Nonium in voce 'Tempestas,' *ignobiles* legitur: nescio quam recte, nam sequitur statim 'factiosi, domi potentes,' quod *ignobilibus* non convenit: quare apud Nonium mendam hæere opinor. *Ciacconius*.

*Complures novi atque nobiles*] Ita etiam omnino *Mss.* nostri, editique avorum sæculo. Nonii *ignobiles*, ortum a ratione scribendi prisca, *gnobiles*. *Gruterus*.

*Novi atque nobiles*] Id est, ignobiles et nobiles. *Sold*.

*Qui Jugurthæ non mediocrem animum pollicitando*] *Non mediocrem*, dixisse mihi quidem videtur, pro *non mediocriter*: quod quia Commentatores præterierant, nobis annotandum fuit. *Glareanus*.

*Uti solus regno Numidiæ potiretur*] In aliis est, *imperio Numidiæ*: quomodo et manuscripta cuncta habent; sed eodem plane sensu. *Rivius*.

*Solus imperio Numidiæ uteretur*] *Pal. sec. isperit*: sicque alias legi: adscriptum. *Naz.* neque secus lectio primitus cusa. *Gruterus*.

*Omnia Romæ venalia esse*] In *Mss.* et impressis vetustioribus, *Romæ omnia, &c.* id nimirum rectius est. *Riv.*

*Prætorium*] Dicebatur tabernaculum, quod duces exercituum, vel Imperatores, sive Consules, sive Dictatores, sive Prætores, sive Tribuni militum consulari potestate si essent, occupabant. Nomen autem inde habet, quod initio Consules, qui plerumque bella administrabant, Prætores dicebantur. Ita Quæstorium erat tabernaculum Quæstorum. Forma prætorii fuisse videtur rotunda, testudinea, id est, curvata in cameram rotundiorum. Hac causa fortasse Josephus cum templo componit, quod templum pleraque talia: aut etiam quod eminebat in mediis castris, ut in Urbe aliqua templum. An et quia religio ibi et pars sacrorum? Certe in eo Augurale fuit, ubi sacrificare et auspiciari Imperator solebat: nam ante illud ara fuit, in qua solenniter libamenta aliqua illata et cremata, quotidianæ religionis ergo: Auguratorium vocat Hyginus, qui et situm ejus parte dextra prætorii docet, ut tribunal læva. Tota igitur area sive pedatura Prætorii erat quaternum jugerum, seu potius versuum. Versuum autem dicunt centum pedes quoquo versus quadratum. Pedatura vero Latinis est quod Græcis *ποδισμῶς*, etsi podismi ipsa Græca voce crebro in hac re Vegetius usus: *ποδισμῶς* autem dimensio, aut et dimensum ipsum per pedes, sicut *στάδισμῶς* per stadia. Ad verbum est pedatura. Et accipiunt non pro ipsa mensura tantum, sed pro spatio, arcaque, quam sic demens. Situs prætorii in medio non quidem castrorum, sed aliorum ducum. Nam semper veteri et novo more, in medio Tribunorum, aliorumque ducum, Prætoris locus. Profecto, ut in acie Prætor seu Consul (confundimus hic ista) post Hastatos et Principes ante Triarios stabat, media fere acie, et ad litora Tribuni, ita hic; nisi quod pro Triariis, Ablecti, et Extraordinarii, et Evoçati substituti. Et hic situs magnæ rationis



fuit. Primum non longe ab hoste, et ad Prætoriam portam, quæ illum fere semper spectabat: nimirum ut observet, si quid ille molliatur aut moveat, et nuncios quoque et exploratores statim admittat: causa altera, ut duces omnes circum se habeat, quorum consilio cum opus statim utatur, item jubeat aliquid aut mandet: tertia, ut in conspectu habeat subjecta castra, et militem totum, videatque, si quid peccent, aut turbent. Ipse ille aspectus coercerat milites, qui sciebant, semper sub oculis sui ducis se versari, eoque in omnibus magis compositæ se gerebant: nec ducis tantum, sed ducum; quoniam Quæstor, Legati, Tribuni omnes fere huc spectabant. Denique causa etiam hic, honor et dignitas, quod media omnia honestiora, imo et tutiora. Lips.

Ne aliquibus largiri insueceret] Manuscripta, *ne quibus*. Idque melius atque elegantius. Rivius.

Suam ipsam pecuniam præcipit casuram] Egregia emendatio; petita a plerisque manuscriptis. Et hujus quidem loci restitutio tanti mihi videtur, ut laborem quem in comparandis membranis impendi, plus quam verumnabilem, abunde compenset: ita, inquam, plerique Mss. nisi quod litera adhuc amplius, *suam et ipsam pecuniam præcipit*. &c. quæ tamen litera, deleta in Naz. a rubricario: hæc tunc toleravimus, *pecuniam et ipsam præcipit casuram*; quod præ nostro insulsissimum. Gruter.

CAP. 9 Quam rem tibi certe scio] Vaticanus, certo scio, melius. Supra: 'Falso queritur de natura sua genus humanum.' Putschius.

Quam rem tibi certe scio gaudio esse] Ita quidem Comm. et aliquot præterea Pall. verum Naz. ut et nonnulli alii, nec non Bongarsianus, certo, quod repudiavimus ob sonum pinguiorem. Gruterus.

Tum virtute, tum gratia viri permotus] Manuscriptum, *cum virtute, tum*

gratia. Rivius.

Beneficiis vincere] Sic infra: 'Nunquam pop. Rom. beneficiis victum esse.' Et Apulejus Apol. 2. 'Malum filium beneficio vinceret, me invidia liberaret.' Sed nescio an Sallust. *beneficiis vincere* scripserit. Cic. ad Atticum l. x. Epist. 6. 'Mea causa autem alia est, quod beneficio victus ingratus esse non possem.' Et l. XIII. Epist. ad Memmium: 'Tum viros primos, et homines honestissimos, summo beneficio in perpetuum tibi tuisque devinxeris.' et Verrin. 6. 'Eleomenes ab isto domis beneficiis plurimis devinciebatur.' et aliis infinitis locis. Sic infra Jugurth. 'Beneficiis suis ratus est nobis convictum fore.' Ciacconius.

Pariter cum filii heredem instituit] Merseburgense, *pariter cum liberis*: verum eodem sensu. Paulo post. Rivius.

Hujuscemodi verba cum Jugurtha fertur habuisse] Manuscripta, *dicitur hujuscemodi verba*, &c. sed eodem sensu: nec secus exemplar Merseburgense, et ex impressis Badianum et Florent. Rivius.

Hujuscemodi verba cum Jugurtha fertur habuisse] Spartianus in Severo divinam hanc orationem vocat. 'Severus,' ait, 'imperator divinam Sallustii orationem, qua Micipsa filios ad pacem hortatur, ingravatus morbo, misisse filio dicitur majori; idque frustra.' Manutius.

CAP. 10 Parvum ego te Jugurtha] Sic cuncti impressi habent. Donatus Parvulum legit, Terentianum illud in Andria exponens: *Ego postquam te emi a parvulo*: 'tale est,' inquit, 'apud Sallustium: parvulum ego te Jugurtha.' Popma.

Quam liberis si genuissem] Vox liberis videtur abundare; legendumque, *quam si genuissem*. Itemque paulo post tollendæ voces, *ex tribus*, scribendumque: *Ne medius (quod apud Numidas honori ducitur) Jugur-*

ita foret. Ad hunc autem locum facit versus Virgilli de Didone, 'mediamque locavit,' cum supra accumbere *Eneas*, infra *Achates*. *Ursinus*.

*Non minus me tibi, quam liberis, et genitrici, ob beneficium carum fore*] Sic *Mss.* omnes: et non injuria quidem expangeretur illud *liberis*, ut monuit *Ursinus*: sed quis id audeat sine detrimento membranarum? eadem enim auctoritate aliquis deleverit, *si genitricem*; quod posse fieri, retento illo *v̄p̄ liberis*, ego arbitror. *Gruterus*.

*Facta omittam*] Manuscriptum, *facinora*. *Rivius*.

*Me regnumque meum gloria decorasti*] Quanto rectius in *Mss. meque, regnumque meum*, geminata conjunctione! hic est enim peculiaris mos loquendi historicorum: exempla pene sexcenta apud *Livium*, *Curium*, reliquos. *Idem*.

*Moneo obtenturque, ut hos, qui genere tibi præcipui*] Legendum uti *hos*: nam sic fere *Sallustius*. *Te* volumen *Fabricianam* habebat alterius manu additum in spatio quod versus dirimit: neque est in alio præterea quodam, nec in exemplari denique *Beroaldino*. *Idem*.

*Non exercitus, neque thesauri, præsidia regni sunt, verum amici, &c.*] Hunc locum sumpsit ex *Xenophonte*, in oratione quam habuit ejus filii atque amicis antequam eoreretur. *Ολοβα μὲν οὖν καὶ οὐ, &c.* *Manutius*.

*Verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas, officio et fide parantur*] Sic in manuscriptis atque aliis vetustis: non, *parentur*: quomodo in *Eunuchio Terentius*, 'Cupio aliquos parere amicos beneficio meo: et in *Andria*, 'Obsequium amicos, veritas odium parit: sic alicubi 'amicitias parere' dixit *Cicero*: vocem affinitas ansam errori præbuit. *Rivius*.

*Officio et fide parantur*] Antiquus quidam codex: *Obsequio et fide parantur*: sic et *Terentius* in *Andria*:

'Obsequium,' inquit, 'amicos, veritas odium parit.' Non tamen sum rusticus vulgatam scripturam delere, ceteris libris dissentientibus, in quibus ea reperitur: *Popma*.

*Obsequio et fide parantur*] Consulat tres quadrigas *Mss.* *Pall.* sed in nullis reperi *Popmæ obsequio*: quod et nauci hoc loco: est enim obsequium inferiorum erga superiores. *Gruterus*.

*Regnum vobis*] Sunt quædam regna electiva, quædam successiva: successiva aut semel alicui, populi voluntate, delata sunt, et ad posterum transfunduntur, aut sunt in pleno jure proprietatis, quæ et alienari possunt, et testamento de iis caveri, sicut et regnum hic divisit *Micipsa*. Itaque hoc regnum *Micipsæ* erat in proprio ejus dominio, et ultima voluntate relinqui poterat. Sic et *Dario Justinus*: 'Regnum *Artaxerxi*, *Cyro* civitates quarum præfectus erat, legavit.' Sic *Alexandri* successores in jus illud plenum, ac proprietatem imperandi populis, qui sub Persis fuerant, pro sua quisque parte successere, aut etiam ipsi victoriæ jure id imperium sibi quaesivere. Ita *Attalus rex* ex eodem jure regni hæredem fecit *populum Romanum*, *Nicomedes Bithyniæ*. De *Ptolemæo* quoque *Cicero* de *Lege Agraria*: 'Quis ignorat regnum *Ægypti*, testamento regis *Alexandri*, populi Romani esse factum?' Tale quoque regnum fuit *Micipsæ*, qui alioquin *Jugurtham* adoptivum filium in regni partem cum propriis filiis non vocasset. Alioquin, si id regnum non fuisset *ἐν ἰδίᾳ κτήσῃ*, non potuisset ita agere *Micipsa*, nisi populi eadem esset consuetudo. In regnis enim hereditariis, quæ primo quidem populi voluntate instituta sunt, successoris alius ordo observatur, neque testamenta valent. Sicuti apud *Germanos* regna eo jure minime habebantur. Nam quod *Carolus Magnus* et *Ludovicus Pius*, et alii postea etiam apud *Vandalos* et *Un-*

garos de regnis testati leguntur, id commendationis tantum vim apud populum habebat. Simile est, quod apud Livium legimus, Regem Macedonum Philippum, cum Persea a regno arcere, et ejus loco regem, facere vellet Antigonum fratris sui filium, obiisse Macedoniae urbes, ut Principibus illum commendaret. Alio qui testatur Herodotus, Historicus omnium antiquissimus, omnium populorum fuisse consuetudinem, ut natu prior regnum obtineat. Quin et ex consuetudine, si Ægyptum et Britanniam excipias, sequior sexus regno ut plurimum excluditur. Mortuo vero avo nepos ex filio defuncto, qui major natu fuerat, succedit, non vero frater minor: sicut et illa causa coram Ephoris apud Lacedæmonios agitata et decisa fuit. Et ex consuetudine ita servatur. *Grot.*

*Qui etate et sapientia prior es*] In Merseburgensi et impressis vetustioribus, *quia etate, &c.* sed eodem sensu. Forte aliquo in exemplari scriptum erat, *qui etate*, ut in initio posterioris dictionis foret diphthongus *æ*: id aliquis non intelligens, illam *a* vocalem particulæ præcedenti addidit: atque ita forsani legi cœptum *quia*, pro *qui*. Verum hic nihil admodum pronuntio; tantum diversam lectionem est annotare visum. *Rivius.*

*Colite et observate talem hunc virum*] *Tō et non est in Mss. nec aliis vetustioribus; et sic est Sallustianum magis. Idem.*

*Colite, veneramini et observate talem hunc virum*] In omnibus antiquis, novisque, que vidi, exemplaribus, locus hic mancus, deminutusque fuit: eum nos replevimus ex Prisciano, locum hunc citante. *Popma.*

*Colite, observate talem hunc virum*] Nihil plus est in nostris: itaque facessat *Popma* cum suo præterea, *veneramini*: mihi enim adhuc abundare videtur, *colite*. *Gruterus.*

*Imitamini virtutem*] Si verum est

quod ferunt Grammatici, delectatum Scriptorem nostrum verbis pluralibus, haud ægre admiserim Prisciani, *imitamini virtutes ejus*; etsi pronomen supervacaneum videri queat. *Idem.*

*Ne ego meliores liberos sumnisse, quam videar genuisse*] Legendum e Fabriciano, *sumnisse videar, quam genuisse*: porro *sumnisse*, pro *adoptasse* dixit *Rivius.*

*Liberos sumnisse*] Ita Græci, Theophilus et Harmenopolus, λαμβάνω pro *adoptare* usurpant. *Coler.*

*CAP. 11 Justa*] Id est, exequias funebres.

*Justa*] In codice Nazariano legitur, *justitium*. Quod excutiant homines Libitinæ amici; nam mihi profecto ferme se probat. *Grot.* Omnino rejiciendum, quid enim ea, *magnifice justitium facere?* *Thys.*

*Etiā ante ignobilitatem Jugurthæ*] Legendum, *antea*: id et plenius est et sonantius. Quid si divisim legas, et *jam antea?* ubi nos conjunctim etiam. *Rivius.*

*Dextera Adherbalem adcedit: ne medius ex tribus*] Hinc de Didone dixit Virgilius versu supra citato: 'mediamque locavit:' quod is locus, ut ait Sallustius, *apud Numidiā honori duceretur*: et fortasse voces, *ex tribus*, abundant, ut diximus supra. Quod autem paulo post ait, 'Inter alias res jacit,' id videtur imitatus Tacitus, cum dixit l. i. 'Quædam de habitis, cultuque et institutis ejus jecerat' *Ursinus.*

*Dextra Adherbalem adcedit, ne medius ex tribus*] Quidam codices habebant, *ante Adherbalem adcedit*: sane illud *dextra* ambiguum est: nihil enim refert, sive dextra Adherbalis, sive Hiempsalis intelligas, modo Hiempsal Adherbali proxime adcederit. Sic enim vel ipse Hiempsal, qua juveniis erat audacia, fiebat medius, vel Adherbal, quod jure poterat. Si itaque in medio sedere, plus erat quam superiore alioqui loco, nihil refert in nostram

Adherbalis partem assederit Hiempsal. Nullo enim pacto fieri potuit medius Jugurtha, siquidem duo hi contigui sedebant. Quare paulo post verbum, in partem alteram, Jugurtha aciliter exponendum est; alioqui Adherbal se fecisset medium, unde Jugurtha nihil honoris habuisset, frustraque fatigasset fratrem, ut aetati concederet. *Glareanus.*

*Deinde tamen ut aetati concederet]* Manuscripta, *Dein tamen*; quae particula sane est in veterum scriptis frequens: ita postea, 'Dein loca exusta solis ardoribus:' nam sic exemplar manuscriptum ubi hodie fere, *Deinde*. Merseburgensis codex, *Dehinc tamen ut aetati, &c.* Rivius.

*Vix in alteram partem tr ductus est]* In manuscriptis est, *transductus*. quod antiquitatem magis redolet, et apud Terentium et Caesarem reperitur. *Idem.*

*Ibi cum multa de administrando imperio dicerent, Jugurtha inter alias res ait, oportere quinquenni consulta et decreta omnia rescindi]* Manuscriptum, *inter alias res jecit*; pro, inter alia hoc significat et innuit, oportere quinquenni consulta, &c. nam sic interdum hoc verbo utimur. Cic. ad Atticum ix. 'Sed illud quid sit, scire cupio, quod jacies obacare, jam etiam ex ipsis quinque viris loqui quosdam. Quidnam id est? pro, quod obscure et terte significas. T. Livius vi. ab U. C. 'Adhuc domi concionantis in modum sermones pleni criminum in patres. Inter quos cum omisso discrimine vera an vana jaceret, thesauros Gallici auri occultari a patribus jecit;' pro, significavit, quomodo et alias idem. Sed et verbo *jactare* Livius in eodem significato utitur. Ut v. ab U. C. 'Jactantibus non obscure Gallis, hand magna mercede se adduci posse, ut obsidionem relinquunt.' Est apud Tacitum. 'Jacere fortuitos sermones:' l. v. idem; 'Si qua discordes jociassent,' inquit. Fuit creda

*Delph. et Var. Cms.*

qui quid sibi nam vellet rō jecit, mōnt intellexerit: is igitur deceptus specie recti, ut est inascitia, substituendum putavit, *Ait*. Quod si cui vulgata lectio magis aridet, is persuasum sibi habeat, animum errore et vanā specie atque imagine veri praecoccupatum in causa esse, ut ei minus castigatio nostra placeat. Haec jam annotaram, cum ecce affertur et aliud manuscriptum, in quo ipso idem repertum: ut jam nullus scrupulus relinquatur. Ceterum *decreta rescindi* Sallustius, pro *irrita infectaque fieri*, sive pro *irritis haberi* dixit: quomodo et Cicero, 'Caesaris aeta rescindere, constituta ab alio rescindere, judicium vel res judicatae rescindere,' atque hoc genus alia, pro *infirmare, diabolare, labefactare*: nam his verbis interdum eodem modo est usus. *Idem.*

*Quod verbum in pactis Jugurtha altius, quam quicquam ratus erat, descendit]* Legendum, *quam quicquam ratus, omisso illo verbo erat*: quod ex glossa inepti alicujus et insulsi litteratoris irrepsisse credo in contextum. Rivius.

*Quam quicquam ratus erat, descendit]* Secutus antiquorum codicum fidem; locum hunc sic scripsi, damnata vulgata lectione, in qua verbum *erat* omissum est. Nam paulo ante, 'Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit.' Quare minima illis assentior, qui verbum *erat*, ex glossa inepti alicujus et insulsi litteratoris irrepsisse putant. *Popma.*

*Altius, quam quicquam ratus erat, descendit]* Non video cur Popma ita pugnare debeat per vocula *erat*: mihi sane, neque ac Rivio, notha videtur; arguuntque ipsammet Mss. nam in quibusdam ejus loco comparat *esset*: certe abest Palat. octavo: neque culpo Carriorem quod excluserit editione sua: idem et ipse facturus, ubi cognovero abesse etiam alteri alicui Ms. haud enim unius testimonio standum puto, etsi innocentissimi.

*Sallust.*

2 L

Tale quid etiam dictum volo, de his quæ habemus supra c. 7. 'Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit.' *Gruterus*.

*Ea modo in animo suo habere*] Tres libri, ea modo cum animo suo habere. Melius, cum animo suo trahere, agitare, volere, Sallustio familiaria. *Putsch*.

*Ea modo cum animo habere*] Est hæc quidem lectio plerumque Mas. sed tamen cum Pall. quintus ac decimus servet tantum, modo animo habuisse: Nazar. vero adhuc abjecerit voculam animo: dispiciendum est, an non media scriptura optima sit, ac præpositio manarit a sciolis: nam hactenus editum est in animo habere, quomodo nullæ membranæ. *Gruterus*. Recte *Gruterus*. Vide nos ad *Livium* l. XLIV. 24. *Gron*.

CAP. 12 *Sed Hiempsal opido Thirmida*] Manuscripta cuncta, in opido, addita præpositione: quomodo et *Badianum*, et alia quædam. Exemplar *Florentinum*, *Venetum*, atque ex his derivata, in opidum *Thirmida*: quasi ad verbum concessere referatur; sed perperam meo iudicio. *Rivius*.

*Domo utebatur*] *Aldinus Codex* hæc verba, forte ejus utebatur domo, Parentheseos signis incluserat, cum nominativus *Hiempsal* ad utebatur verbum construatur. *Soldus* hanc domum *Hiempsalis* esse credidit, cum sit lictoris. Et ipse auctor statim de *Jugurtha*, atque adeo de lictore subjungit, 'impellitque, uti tamquam suam domum visens eat.' *Soldus* *Badius* in hoc recte redarguit, ut eum qui auctoris sensum non intellexerit. *Glar*.

*Proximus lictor*] *Proximus lictor* dicebatur, qui proxime magistratum vel regem præcedebat. Unde autem dictus sit *lictor*, docent *Gellius* XII. 2. et *Plutarchus* in *Quæstionibus*. *Cast*.

*Proximus lictor*] Vide *Turnebum* II. 9. et XXVII. 21. Alius ab hoc primus lictor, id est, *πρωτολαβδύχος*, quem vetus *Glossarium* erudite pri-

moirgium exponit. *Coler*.

*Promissis onerat*] V. c. præmiis onerat; quod aliquo modo nititur loco inferiore, in quo est: 'Præmia modo, modo formidinem ostentare.' Sed nihil mutandum; nam *Tacitus Sallustii æmulator* dixit l. XVII. 'Postquam vario sermone callidos audacesque cognovit, pretio et promissis onerat:' et l. XX. 'Multis in Senatu laudibus cumulatum promissis onerat.' *Ursinus*.

*Streptu et tumultu omnia miscere*] *Rittershusii lib. misceri*: infra, 'Puberes omnes interfici,' et gaudet infinitivis *Crisp. Putschius*.

*Occultans se in tugurio mulieris ancilla*] Manuscripta non habent additam præpositionem in. *Servius* in I. *Æneidos* hunc locum citans præpositionem addit; ni sint mendosi codices. Itidem in VIII. At *Donatus* in *Andriam* quidem in omittit, consentientibus ad unum quotquot ipse viderim exemplaribus; in *Phormionem* vero addit: præterquam in codice Romano, ubi hic locus contra quam in aliis fere est omissus. Mihi vulgata lectio haud sane displicet; pro, delitescens in tugurio, abdensque sese: nisi quis legendum forte putet, cum interim *Hiempsal* reperitur occultans in tugurio, &c. accusativo omissio. quomodo ad *Atticum Cicero*: 'Javentus est vix in hortis suis occultans,' ut videlicet absolute activum ponatur. Tametsi in *Merseburgensi* est, occultans sese; ut nihil certi quis affirmare queat. *Rivius*.

CAP. 13 *Copias armat*] In *Merseburgensi* et impressis vetustioribus, *Copias parat*: pro, comparat. In cæteris manuscriptis est vulgata lectio, consentiente *Beroaldino*. *Riv*.

*At Adherbal*] At particula abundat, nisi fallor, ex prima syllaba dictionis sequentis effecta. *Ciac*.

*Victus ex prælio profugit in proxiam*] *Liber Bongarsii, ex prælis*, omittit, quæ abesse possunt; sed retinet

Non. in, *contendere*, ubi vitiose legitur: *sperabat armis contend.* pro *parabat*. Putschius.

*Victus ex praelio profugit in provinciam*] Malim *victus praelio, profugit*; nisi etiam tollendum, *praelio*: certe neutrius vocis vestigium in Pal. nono, aut Bongarsiano. *Gruter*.

*Ac deinde Romam contendit*] In vetustis est, *dehinc*; qua voce persæpe et alias utitur. *Riv*.

*Tum Jugurtha paratis consiliis, postquam omni Numidia potiebatur*] In quibusdam est, *peractis consiliis*: in manuscripto, *patris*; pro *perfectis* quæ in animo habuerat. Idque verbi maxime omnium placet. Sic dicimus, *patrare incepta, patrare facinus*, pro *peragere, perficere*. *Riv*.

*Facinus suum cum animo reputans*] *Cum animo suo*, solet dicere, ut supra: 'Proinde reputaret cum animo suo.' Cato apud Gellium XVI. 1. 'Cogitate eum cum animis vestris:' et noster: 'reputate cum animis vestris, num id mutare melius sit.' Item: 'trahere cum animo suo.' Etiam: 'cum animo suo volvere solitum.' *Tum*: 'mibi multa cum animo agitant.' *Ciac*.

*In ocio facinus suum cum animo reputans*] Sic et Fabricianum, et cetera manuscripta; quomodo Cicero alicubi, 'Multa mecum ipse reputavi,' inquit. Verum in quibusdam tamen est, *in animo*; perperam, ut opinor. *Riv*.

*Facinus suum cum animo reputans*] Alii codices habent, *in animo reputans*, cum *in* præpositione: quod et simplicius est, et apud auctores frequentius. *Glarean*.

*Avaritia*] *M. Tullius Offic. 2.* scribit, Cajum Pontium Samnitum optare solitum, ut ad illa tempora se *Fortuna servasset*, et tunc esset natus, quando Romani dona accipere consuevissent, non fuisse passurum eos diutius imperare. Adeo scilicet humana cupiditas ad istas utriusque

materiæ laminas caligat, quibus tamen, ut alibi Romannus Sapiens, terra, ut noxiis rebus, maloque gentium in medium proditis, toto pondere incubuit. Resistit quis, aut obloquitur? os illi argento verbera, obstruetur. Vide Senecam.

*Romam legatos mittit, quibus præcipit*] Manuscripta, *quis præcipit*; quomodo et alias sæpe. *Rivius*.

*Veteres amicos muneribus expleant*] Sic infra: 'quos paulo ante muneribus expleverat.' *Ciacconius*.

*Ut primum veteres amicos magnis muneribus expleant*] In manuscriptis et aliis quibusdam non est, *magnis*. *Riv*.

*Deinde novos acquirant*] Est quidem in Merseburgensi atque aliis vetustis *exquirant*: sed in Fabriciano, ejuſ nos plerumque fidem sequimur, *adquirant*; pro *comparent, concilient, adiungant*: id enim proprie hoc loco significat. Habent eodem modo cetera manuscripta. *Idem*.

*Sed ubi legati Romam venerunt, et ex præcepto Regis*] Perperam est in recentioribus, omnia copula *et*, quæ est in antiquioribus addita. *Idem*.

*Ut ex maxima invidia et malevolentia, in gratiam et favorem nobilitatis Jugurtha veniret*] In vetustioribus quibusdam est *malevolentia* additum: cui *favorem* statim opponat, sicut *invidia gratiam*. In manuscriptis tamen et recentioribus non est idem additum, ac citra detrimentum sensus abesse poterit. *Idem*.

*Singulos ex senatu ambiendo*] Fabricianum, *ambiendo*; nec aliter Merseburgense. *Idem*.

CAP. 14 *Ceterum jus et imperium penes vos esse*] Sic Masgaba Massanisæ filius apud Livium, I. XLV. 'Massanisam meminisse regnum a Pop. Rom. partum, auctumque et multiplicatum habere: usu regni contentum, scire dominium et jus eorum qui dederint esse.' *Ciacconius*.

*Ceterum jus et imperium ejus penes*

vos esse] *Ejus*, non est in omnibus vestris: nec sensus magnopere requirit; sed genitivus ille regni *Numidia*, huc est referendus, qui antecessit *Rivius*.

*Jus et imperium ejus penes vos*] Particula *ejus* diserte extat in Pal. antiquioribus ut et editis ante Carrionem. alias exturbassem et ego. *Grut.*

*Quam maximo usui esse*] *Rittershuzii*: quam maxime usui esse; magis ad gustum meum. *Putschius*.

*Vos in locum affinium*] *Vaticanus*: vos loco affinium; quomodo et *Rittershuzii*, nisi quod addat *que, vosque*. *Idem*.

*Vos mihi cognatorum, vos in locum affinium ducere*] Ita Mss. ævo priores: quibus ætas minor, *vos affinium loco ducere*, quomodo editi ante Carrionem; neque displicat: sic enim etiam habere Vaticanum codicem quem contulit Bongarsius, indicant schedæ ejus. *Gruterus*.

*Quæ præcepta patris mei cum agitarer*] *Tò mei*, non est in omnibus vestris: et est ab litteratore forsan aliquo adjectum, qui voluerit explicare, quo de patre loqueretur; proinde ac si non id satis e superioribus planum perspiciendum foret. Talia permulta passim sunt cum in Sallustio, tum in ceteris fere omnibus adjecta: id quod facile sentit, qui scripta veterum diligenter evolvit. Ne quid tamen dissimulem, est in manuscriptis duobus hoc loco *parentis mei*. *Riv.*

*Quæ cum præcepta parentis mei agitarer*] Hæc est lectio et dispositio Vaticanæ codicis, qui complexus est orationes Sallustii, hæc membrarum nostrarum; nisi quod Pal. oct. *Quæ cum præcepta patris agitarer*; nonus vero; *quæ cum præcepta agitarer parentis mei*; decimus, *quæ cum præcepta patris mei agitarer*; editi antea, *quæ præcepta patris mei cum agitarer*: aut fallor, aut illa, *præcepta parentis mei*, spuria sunt. *Gruterus*.

*Jugurtha homo omnium, quos terra*

*sustinet, aceleratissimus*] Canteri liber hoc modo hunc locum profert: *Jugurtha hominum, quos terra sustinet, aceleratissimus*: non contemnenda lectio. *Popma*.

*Homo omnium, quos terra sustinet, aceleratissimus*] Sic etiam codd. nostri præstantiores: nam alii, *omnium hominum quos*: aut, *homo hominum quos*, aut *omnium homo quos*, ut videatur verius aliorum, hominum, quos, &c. rejecto illo *homo*. *Gruterus*.

*Contento vestro imperio*] *Manuscripta*, *contento imperio vestro*; ut pronomen sequatur, quomodo et *Badianus* codex. *Rivius*.

*Etiam a stirpe socium atque amicum populi R.*] *Manuscriptum*, *ab stirpe*. Hoc autem ideo *Adherbal*, quod *Masinia* nepos esset, qui rex, sociusque et amicus fuerat ab senatu appellatus: cujus nominis honorem et paucis admodum, et pro magnis erga se regum meritis atque officiis dare populus *R.* consuevit. *Idem*.

*Ac maxime deberi mihi beneficia a pop. Rom.*] *Vox beneficia* otiosa videtur. *Ciac.*

*Quibus utinam non egerem*] Non est in nullo usquam manuscripto, quod sciam, illa optandi particula, *utinam*: ac mea quidem sententia rectius eadem abest. Qui locum expenderit, si cujus modo est in literis judicii, mecum haud dubie faciet. Nec exemplar eam *Beroaldianum* habet. *Riv.*

*Secundum ea si desideranda erant, uti debitis uterer*] *Codices* quidam in pergamenis descripti, consentientibus et impressis nonnullis: interque hos eo, qui a *Pintio* est *Venetii* excusus, *sed ea si desideranda erant*. Verum priorem lectionem esse veriore, e *Prisciano* liquet; is enim l. XIII. de præpositione agens, 'Secundum,' inquit, 'quando pro *carè* et *perà* accipitur, loco præpositionis est.' *Sallustius* in *Jugurthino*, 'Secundum ea, uti debitis uterer.' *Lucan.* VIII. 'secundum *Emathiam* illis tanta datur.' Ita *Priscian-*

nus: videlicet hoc dicit, *Secundum* in Sallustii exemplo, post vel *pro*rius significare: in Lucani, *pro*: ut mirari satis non queam, quid ille sibi velit, qui pro *super* accipi adnotavit: quem in scopulum tamen et Thomas Linacer impiegit. *Rivius*.

*Secundum ea*] *Pro*, post *ea*. Sic Priscianus legit l. XIII. idque sententia confirmat. Fulvii liber, *Sed ea*. Manut.

*Secundum ea si desideranda erant, uti debitis uteretur*] In nonnullis Mss. invenio: *Sed ea si desideranda erant, uti debitis uteretur*. Quam lectionem et impressi quidam habent. Locus hic obcurusissimus est, et doctos etiam homines diu torisit. Ego sensum hunc esse existimo. Conqueritur Adherbal optare se, ut a P. R. auxilium petere possit, non ob majorum beneficia, sed ob propria in Rempub. collata; tum enim iis, tanquam sibi debitis, uti posset. Sed quoniam contra accidit, et Jugurtham hominem acesatissimum cognoverit, qui contempto P. R. imperio, Masaniassæ nepotem et illorum amicam, regno fortunisque omnibus expulerit, illorum se nunc auxilium et opem implorare, quibus tamen, quod sibi miserrimum est, cogitur prius oneri, quam usui esse. *Popma*.

*Quorum progeniem vos*] Legerem, *quorum progenies vos*, hoc est, vos, qui illius populi progenies estis. Cic. de Universitate, 'veteres, qui se progeniem Deorum dicebant.' Varro de R. R. 2. 'Ibi contra progenies eorum.' *Cicero*.

*Quorum progeniem vos P. C. nolite pati me nepotem Masiniassæ*] Multi ad hanc locum multa, sed assentior Amplissimo Jacobo Bongarsio, existimanti hæc verba, *me nepotem Masiniassæ*, glossam esse, et ex superioribus illis hujus paginæ, 'Masiniassæ me nepotem, etiam ab stirpe socium atque amicam P. R.' hæc irrepisse. Refert autem quorundam ad Masiniassam et Mi-

lipsam, quorum progenies erat Adherbal. *Putschius*.

*Quorum progeniem vos, Patres conscripti, nolite pati, me nepotem Masiniassæ frustra a vobis auxilium petere*] Aut legendum *progenies* cum Palmario, aut delendum primo *vos*, Jussa Mss. aliquot Pal. forsitan etiam, *me nepote Masiniassæ*, nec non, *a vobis*, quæ omnia plus quam subintelliguntur. *Gruterus*.

*Sed si ad impetrandum nihil causæ haberem*] Illa particula *Sed*, non est in codicibus manuscriptis, nec in ceteris impressis. *Rivius*.

*Nunc deformatus erumnis, inopes, alienas opes exspecto*] In aliis est, *capeto*, utramque mea quidem sententia sic quadrat, vix ut noris, utrum alteri præferas, nisi quod prius illud in codicibus manuscriptis. Cicero ad Atticum: 'Caesariam opes meas, non ut ante opem exspectat.' Idem alibi, *auxilium capere* dixit: quomodo et Terentius in Andria, 'auxilium expectas.' *Idem*.

*Heu me miserum*] In tribus manuscriptis est, *Eheu*: nec aliter citare Probus videtur. Quo loco docet hæc interjectionem etiam liberam a numeris orationi, et camprimis historiam convenire. Quamquam autem Val-la hæc particulam nulli casui servire docet, est tamen invenire, ubi cum accusativo juncta sit. Terentius in Phormione, 'Eheu me miserum,' inquit. Et Cicero in oratione antequam iret in exilium, 'Eheu conditionem hujus temporis.' Sed Virgilius nullum ei addit casum in Buc. 'Eheu, quid volui misero mihi.' Et iterum, 'Eheu, quam pingui macer est mihi taurus in arvo.' Sed nec Tibullus, 'Eheu, divitiibus video gaudere puellas.' Idem, 'Ferrens est eheu! quisquis in urbe manet.' Sunt qui et hoc et similibus locis, *heu heu* legere malint. Sane codex Merseburg. hic habet, *Heu heu me miserum*. et eodem modo Florentinus. Verum, ne quid



discriminem, et hæc sine casu suspensum ponitur; ut apud Ciceronem, 'Heu quam dispari domino dominaria.' Virg. 'Heu fuge nate dea.' Et, 'Heu nihil invidia fas quemquam fidere divis.' sic sæpe alias. velut Æn. II. 'Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt Accipere?' Et IV. 'Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu?' Et, 'Heu Furiis incensa feror.' *Idem.*

*Semperna in sanguine, ferro, fuga versabitur*] Manuscripti codices et impressi quidam, *versabimur* habent. id mihi quidem magis arripet. *Idem.*

*In sanguine, fuga, ferro versabimur*] Sic Mas. Pall. potiores; deteriores *versabitur*. Gruterus.

*Dum Carthaginienses incolumes fuere*] Florus potius dixisset duabus vocibus, 'Carthagine incolumi.' *Idem.*

*Hostis a latere, vos amici procul*] In manuscriptis est, *hostis ab latere*; idque melius. *Rivius.*

*Lati pacem agitabamus, quippe quibus nullus hostis erat*] In manuscriptis est, *quis hostis nullus erat*, pro, *quibus*. Ita in Officiis Cicero, 'A quis male pugnatum est,' inquit, pro, *a quibus*. Salustius panilo ante, 'Legatos Romam mittit, quis præcipit.' Sic postea alicubi, 'Quis adiutoribus regem aggressus, impellit uti adversum Romanos bellum incipiat.' Rursus, 'Quis omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat:' et, 'Quis omnia regna adversa sint.' *Idem.*

*Eccæ autem ex improviso*] In meo libro non est *autem*. Ciacconius.

*Eccæ autem ex improviso Jugurtha intoleranda audacia*] Hæc vera lectio: ceterum est in Merseburgensi, *de improviso*: sed eodem plane sensu: dicimus enim, *improviso*, *ex improviso*, *de improviso*. Cicero pro Murena: 'Syacusani improviso in castra Hamilcaris irrumpant.' *Idem* in Verrem: 'Ex improviso si quæ res notæ essent:' sic et *de improviso* alicubi

dixit. *Rivius.*

*In imperio vestro*] Sic Cæsar l. I. Belli Gallici: 'Imperio pop. Rom. non modo de regno, sed etiam de ea quam habeat, gratia desperare:' et l. II. 'qui minus in imperio nostro eam rem consequi poterunt,' id est, nobis rerum potentibus. *Ciaccon.*

*In imperio vestro*] Eodem modo locutus est Cæsar l. I. de Bell. Gall. cum dixit: 'Quod in tanto imperio P. R. turpissimum sibi, et Reipub. esse arbitrabatur:' et l. II. 'Qui minus in imperio nostro eam rem consequi poterat.' *Ursinus.*

*Sicut videtis, extorrem patriam*] Fabricianum, *sicuti videtis*; quomodo et alias fere. *Rivius.*

*Eos multum laborem suscipere*] V. c. *Eos multum laboris suscipere*. *Ursinus.*

*Familia nostra*] Id est, in potestate ejus videlicet. *Badius.*

*Quod in familia nostra fuit, præstitit*] Vel deest aliquid, vel mendum hæret in voce ultima: nam, de Masinissa isthæc accipi vix queunt, cum ipsi tamen magis quam Micipsæ accommodari possint. *Grut.*

*Ut in omnibus bellis adesset vobis*] Manuscripta, *uti in omnibus bellis*. Merseburgense, *adessent vobis*, numero plurali. *Rivius.*

*Alter eorum necatus est*] In Merseburgensi et alio quodam manuscripto non est verbum substantivum. *Idem.*

*Alter ipse ego manus impias vix effugit*] Egregia lectio: membranæ tamen quasi de compacto *alterius ipse ego*: itaque videtur revocandum, ut fecit Carrion: tunc enim minime videbitur jejuni alicujus Gramatici, *ipse ego*. Gruter.

*Naturæ concessit*] Sic in orat. de repub. ordinanda, 'anima naturæ cessit.' Tacitus 'concedere vita,' solet frequenter dicere. *Ciaccon.*

*Alium alia clade oppressit*] Manuscriptum Fabricii, *clades*, consentientibus et aliis duobus. Verum Merse-

burgense clade auferendi casu. *Ris.*

*In cruce[m] acti]* Quia de omni cruce dici possit altam fuisse; et sublimes pendisse, qui affixi huic ligno erant, non est dubium. Nam et nocentes in cruce[m] tolli, levari dicebantur, aut etiam eam inscendere et ascendere. Sed qui putabit omnes ad unum exemplar erectas fuisse, sane erraverit. Sublimes extra ordinem aliquæ statuebantur: si exempla edenda forent in famosa persona, et ob atrox facinus, aut si hoc supplicio veniret afficiendus ille, cuius odium esset apud omnes flagrantissimum, aut quæcunque alia causa id flagitare. Ceterum vulgares cruce[m] non admodum altas fuisse, ex suppedaneo; quod habebant, si habuerint, ostendi potest. Non enim appositum illis suppedaneum, ut cruciarii corpus in illo pedibus sustentis requiesceret, et quasi sustineretur, ut vulgo persuasum doctis esse video. Ad hoc enim suppectum fuit, si tamen fuit, crucibus *δρονδίων*, ut pede in eo posito cruciarius possit inscendere per se, et lignum quod in medio fixum erat insidere, eodem prorsus modo, quo eques pede stapedi imposito ad sublevandum se, equum ascendit. medium itaque crucis lignum, quod eminebat ex anteriore parte, equi ligni vicem habuit, quod inscendebat, et equitabat cruciarius. Unde et *δρονδίων* eo dixit crucifixum Justinus in Tryphonis dialogo. In eo ligno veluti subsidebant toto corpore sustentati, quia illud natibus premebant, cruribus hinc inde pendulis: hominis autem ita subsidentis brachia utriusque expausa, ad duas latitudinis partes extremas deligabantur, clavis etiam affixa: pedes in ima extremitate longitudinis vinciebantur, et clavis configebantur: caput reclinatum habebatur ad extremitatem longitudinis summam: nec in pedibus insistebat suppedaneo, quod falso imaginati sunt. Tribus autem parti-

bus tota crux constabat, arrectario ligno, sive stipite, sive palo, qui erecta statione in terram defigebatur. Staticulam et statumen appellat Tertullianus. Hæc præcipua pars crucis, sive major, quia longior et densior. Altera pars transversaria est, quæ ideo antenna appellatur, nam arrectaria mali instar habet, transversaria antennæ. Hæc pars dispassis brachiis cruciarii et alligatis quasi vestita erat. Quæ directæ defigebatur, totum corpus sustinebat rectum. Tertia fuit sedile, id est, lignum quod a medio staticulo sive stipite crucis erecto eminebat, cui insidebat cruciarius. Cruce[m] similem esse Tau Samaritano ex Origene tradit Hieronymus: Ægyptio forsân Salebdi, dicere voluit, vel Tavi literæ Abyssinorum. Appendicis loco censetur fuisse suppedaneum. Sed de eo merito dubitatur, cum nulla ejus apud veteres mentio, nisi nos Greg. Turonensis auctoritas moveat. Ultimo erat superius tabula alba nigris literis notata, in qua causa mortis describebatur. Græci *λοβύωμα* dixerunt; quod idem est, teste Hesychio, atque tabula alba. *Salmas.*

*Nunc vero exsul patria, domo, solus, atque omnium rerum honestarum egens, quo accedam, aut quos appellem]* Manuscriptum, atque omnium honestarum egens rerum. Et quis accedam hoc loco, non, accedam legat: idque ex commentariis in Terentium Donati. Accitat quidem in Hecyram Donatus locum Sallustii quendam, ubi is dixerit, 'Qua accedam, aut quos,' sed non hunc opinor e bello Jugurthino. Itaque lectionem vulgatam relinquendam puto. Ceterum appellare hic eo plane modo accipitur, quo apud Ciceronem, cum ait: 'Quem enim illum appellem? quem obtester? quem implorem?' et, 'Vos etiam atque etiam imploro atque appello sanctissimæ deæ.' Item, 'Quid agendum est? qui Deus appellandus? cujus

dionitius fides imploranda? Ergo quos appellam Sallustius, pro, quos invocem? quorū fidem et misericordiam implorem atque exponam? a quibus opem auxiliūque petam? Rivinus.

Quo accedam, aut quos appellam] Donat. in Hecyra Terent. 'Quo accedam, aut quos:' sed aliis locis compluribus Sall. *accedere* dixit: ut paulo ante 'quo potissimum infelix accedam?' et post: 'pleraque loca hostiliter cum equitate accedit.' Item: 'Bocchus cum magna multitudine Jugurtham accedit.' Denique: 'Jugurtham placandi gratia accedit.' Tacit. xiv. 'ut quamque nationem accesserat.' et Hist. iii. 'hæc ut quoque accesserat.' Ciacc.

Quo accedam, aut quos appellam] Ita Pall. ita Vaticanus, ita Bongarsiani. Carrion tamen intrinse, quos accedam? Gruterus.

Postremo, Masiniam, ita nos instituit] In nonnullis est, *Micipsa*, ut de patre suo, non avo loquatur: et sic quoque Florentinum: licet aliter codices in membrana descripti, Rivinus.

Masiniam nos ita instituit] Hand aliter Mas. nostri. In nullo sane, reperitur aliorum *Micipsa*, quod ineptum est: nam vixerunt Micipsa liberi etiam sub *Masinia*. Gruterus.

Una occidendam nobis esse] Simili sententia usus videtur Livius l. xlv. et forte a Sallustio eam mutuatus est, cum dixit: 'Massanissam victoria Romanorum letari mirum non esse, qui sortem omnem fortunæ regni que sui cum rebus Romanis immiscuisset.' Ursinus.

Virtute ac Diis volentibus] Sic in orat. Cottæ: 'Multa mihi pericula domi, militiæ multa fuere; quorum alia toleravi, partim repuli, Deorum auxiliis et virtute mea.' Ciacc. Cæsar quoque ita locutus, ut in nostris ad eum notis ostendimus. Ursinus.

Sociorum injurias curare licet] Sic supra, 'quibus pro magnitudinæ imperii, jus et injuriæ omnes curæ esse

debet.' Verum meus liber, *tutare licet*. Plant. in Mercat. 'Invoco vos Lares diales, vae tutetis.' Et Nævius, 'Tuos qui celso terminos tutant.' Vide Nonium. Ciacc.

Transversos egas] Supra: 'Quos etiam mediocres viros, spe prædæ transversos agit.' Cato, 'transversos trudere,' dixit apud Agell. vrs. 8. Idem.

Quos ego audio summa ope niti] Manuscripta, *maxima ope niti*. quomodo et Badianum exemplar et Beroaldinum, sed eodem sensu, pro, *summis viribus*. Rivinus.

Summa ope niti] Eruditi nonnulli viri legendum arbitrantur: *maxima ope niti*. Priorem lectionem in meis libris invenī; et confirmat Sallustius in initio Catilinarii: 'omnis homines qui sese student præstare ceteris animalibus:' et in Jugurthino: 'nobis ob merita sua carus, ut idem senatus populoque Romano sit, summa ope nitentur:' et, 'sed ab eisdem regis fantoribus summa ope enisum:' item, 'contra eos summa ope nitentur:' et, 'Vos pro libertate, quam ab illis accepistis, nonne summa ope nitentur?' et in oratione ad Cæsarem de rep. ordinanda: 'M. Livio Druso semper consilium fuit, in tribunatu summa ope niti pro nobilitate.' Popma.

In has miseras projectus sum] Cic. ante quam iret in exsilium: 'projicitur Tullius in exsilium.' Ciaccensis.

Eadem hæc simulantem] Forte, eodem sic simulantem. Vide ad Livium xxvii. 7. Gronovius.

Omnibus malis excruciatum] In quibusdam additur, *ipso*. Rivinus.

Tamen letandum magis quam dolendum casum tuum puto] Manuscripta, *quam dolendum puto casum tuum*. Idem.

Quæ me premunt avunculus] Scripti quidam libri: *quæ me premunt miseriae*: ut paulo ante: 'cujus impio facinore, in has miseras projectus sum:' et iterum: 'fratris mei necis, mearumque circumarum gravæ pœnæ red-

dat.' Si quis tamen non miserias, sed *arumnas* legendum existimat, habet codices quos sequatur. *Popma*.

*Qua nos premunt arumnas*] Hæc est concors scriptura Pallat. omnium, ne quis forte auscultet ad *Popmæ miserias*. Gruterus.

*Cujus vitæ nescioque potestas ex alien. opibus pendet*] Manuscripta, ex *opibus alienis*; ut adjectivum sequatur. *Rivius*.

*Ne vivere contemptus viderer*] Locus corruptus. Badius legit *contemptus*, et explicat suo more. Palmerius *vixit* pro *vixisse*, nimis comice. Ego, *non vivere contemptus viderer*, unica addita literula, qua toti sententiæ medeor. Utinam, inquit, mors mea cum honestate conjuncta esset; tot injuriis affectus mihi vitæ finem facerem: nec etiam in posterum hominibus contemptus viverem, si ego stirpe regia satus, tot malis defatigatus, injuriæ cedam. Nunc quoniam neque vivere mihi libet, cum nequeam fratris mortem et injurias meas persequi; neque mori licet sine dedecore; rogo vos P. C. subvenite misero mihi. Atque hæc mihi loci hujus sententiæ videtur, quam tamen modeste propono examinandam. *Putachius*.

*Ne vivere contemptus viderer*] Omnes codices habent, *contemptus*, atque ita etiam Soldus legit: quippe qui exponat, 'Contemptus, id est, neglectus, spreus.' Badius autem putat, *contemptus* legendum esse, quid illum moverit, non hercle intelligo: sed admonendus erat Lætor, si forte alii aliud succurrerit, quod me fugerit. Item Badius non ita multo post, de *L. Opimio*, cum alii legant: *Eum Jugurtha, tuncetis Roma in amicis habuerat*; ipse in *inimicis*, pro in *amicis* legit, propter illud *tamen*, quod proxime sequitur; *tamen accuratissime accipit*: et habet sane veri speciem; sed lætor judicet. *Glaucanus*.

*Sine dedecore, P. C. oro vos per liberos, atque p. v.*] Fulvii liber, *Sine dedecore*, per vos, per lib. &c. quemodo locutus alibi idem Sallustius scripsit. Et Livius lib. ix. belli ii. Punici: 'Per vos fidemque vestram P. C. priusquam eorum scelus expietis, neque in Italia, neque in Africa quidquam rei gesseritis.' *Manut.*

*Sine dedecore, Patres conscripti, per vos, &c.*] Sic contubernium Mss. satis quidem abrupte imperitis, nisi aliquid tertiatibus verbis simile, hoc loco appositissimum esset. A libris membranaceis nihil recedunt primitus impressi, quam quod supplendam sententiæ interposerint; *sine dedecore. Patres conscripti oro nos per liberos*: satis rustice minus forsan insubide fingi potuisset: *sine dedecore. Quare P. C. per vos*; ut *quare* periisset ob soni adfinitatem quæ ei cum postremis elementis verbi *dedecore*. Gruterus.

*Oro vos per liberos atque parentes vestros*] In manuscriptis non est *oro*, neque in Beroaldino, sed tantummodo *per vos, per liberos, &c.* quæ lectio hand dubium quin melior sit. nec aliter fere Livius ix. secundi belli Punici, 'Quibus per vos fidemque vestram P. C. priusquam eorum scelus expietis, neque in Italia, neque in Africa quidquam rei gesseritis.' *Rivius*.

*CAP. 15 Legatis Jugurthæ largitione magis quam causa freti*] Melius *legati*, casu nominativo: id operarum est incuria commissum. *Rivius*.

*A Numidia interfectum*] Codex Fabriciana, ab *Nymidia*. Idem.

*Extollere laudibus: gratia, voce, &c.*] Revocavi posituram Mss. codd. et antiquitas casorum: absque eis faisset, hærrere possemus: an non etiam distinguendum; *extollere: laudibus, gratia, voce, demique, &c.* Gruterus.

*Sua quasi pro gloria nitobatur*] In manuscriptis atque item impressis vetustioribus, *nitobantur*, numero plurali: id rectius esse puto. *Rivius*.

*Subvenendum Adherbati*] Manuscriptum, *subvenendum*. Jam constat ita fere antiquos loqui solitos, ut in ge-

rundiis loco *e*, vocalem *a* frequenter ponerent: id quod passim in fabulis Terentii Plautique occurrit: sic apud Jureconsultos familia *herciscunda*, *stanium regendorum*, *communis dividundo*, pro, *herciscenda*, *regendorum*, *dividendo*. Annotavit hoc 1. libro Priscianus. Quamquam autem is hoc fieri dicat in his verbis, quæ a tertia conjugatione nascantur, tamen in quarta etiam fieri constat. Nec est Priscianus male locutus: nam apud veteres una eademque conjugatio erat tertia et quarta: id quod vel e Donati methodo liquet. Nam is solum treis conjugationes ponit: ut omittam Probum, Diomedem, Victorinum, Servium, qui idem faciunt. Quartam ipsi tertiam productam vocant, cujus et Phocas meminit. *Idem*.

*Severe vindicandam*] Nonnulli codices *dire vindicandam*. Sed nos priorum lectionem sequemur, quam plurima exemplaria comprobant. *Popma*.

*Æmilius Scaurus homo nobilis*] Hic, ut puto, pater est ejus Scauri, cujus Ædilitas celebratur a scriptoribus, et in ejus denario describitur, cum titulo: M. SCAVR. ÆD. CVR. In quo item denario, ejusdem sub Pompejo Magno Pro Questura, et in Syria Præfectura, et gesta contra Aretam regem Arabum expressa sunt. *Ursinus*.

*Is postquam vidit regis largitionem famosam imprudentemque*] *Lege, impudentemque*: affinitas verborum, locum errori fecit. Est autem in manuscriptis *videt*, tempore presenti: contra quam Gymnicus habet. *Rivius*.

*Famosam impudentemque*] Sic et vetus editio, et Mss. nostri: quod pronuncio, quia video Rivium hic laborare. *Gruterus*.

*Veritus, quod in tali re fieri solet, ne polluta licentia invidiam accenderet*] *Tò fieri*, non est in aliis; ac si quid ego judico, majore cum gratia abesse poterit: nec in manuscriptis voluminibus reperi. Sed et alibi Sallustius,

'Simulque id quod in tali re solet, alii portentosa atque prodigia nuntiabant.' deest *fieri*. *Rivius*.

*Ne polluta licentia*] Forte: *polluti et accenderent*. *Ne polluti*, scilicet ea largitione, *accenderent invidiam*, majorem sibi et graviolem facerent, *licentia*, quod nimis manifesti essent. *Gronov*.

CAP. 16 Qui COS. C. Graccho et M. Fulvio interfectis, acerrime vindictam, &c.] Omnes fere vulgati, impressique codices: *Quia Consul, C. Graccho et M. Fulvio interfectis, acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat*, habent. Ego hanc scripturam, quam in antiquis libris inveni, elegantiolem, veritoremque arbitror. Cum enim C. Gracchus tribunus plebis, legem agrariam tulisset, eaque post tribunatum abrogaretur, cum Fulvio Flacco, vi accleratorum hominum corroborata, Aventinum occupavit: quos tamen L. Opimius consul, ex senatus decreto, quo cautum erat, ne quid reip. detrimenti caperet, immissis sagittariis oppressit. Neque Opimio auctores seditionis necasse satis fuit, sed et tria milia hominum interfecit: quare a Q. Decio in judicium vocatus, defendente Carbone, senatus eam periculo liberavit. Tandem a Jugurtha magnitudine pecuniæ a bono, honestoque in pravum abstractus, reus Manlianæ rogationis factus, ejectus est a patria. Cicero invectiva prima in Catilinam: 'Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius videret, ne quid respub. detrimenti caperet. Nòx nulla intercessit. Mox interfectus est propter quasdam seditionum suspensiones C. Gracchus clarissimo patre natus, avis, majoribus: occisus est cum liberis M. Fulvius consularis.' Pro Sestio: 'Unus in hac civitate, quem quidem ego possum dicere, præclare vir de repub. meritus, L. Opimius, indignissime concidit: ejus monumentum celeberrimum est in foro, sepulchrum desertissimum in littore

Dyrachino relictum est, atque hanc tamen flagrantem invidia propter interitum C. Gracchi semper ipse P. R. periculo liberavit, alia quædam civem egregium iniqui iudicii procella pervertit.' Et in Pisonem: 'L. Optimus ejectus est a patria, is qui prætor, et consul a maximis rempub. periculis liberatus non in eo cui facta est injuria, sed in iis qui fecerunt, scelera, ac conscientie poena remansit.' Vide eundem in Bruto, et de Legibus. *Popma.*

*Qui consul, &c. acerrime victoriam]* Et hujus loci restituti gratia minime pœnitit excussisse pulverem librorum pergamenearum, jam enim seculum est; quod legebatur: *acerrime vindictum nobilitatis*, omnino contra mentem auctoris, quam præter Mss. adhuc conservarunt typis excusi ante annos sexaginta. *Grut.*

*Quis consul]* Opes ait in senatu habuisse hoc ob ipsum, quod sævitia et ira implacabili in Gracchanos promerisset, ut unicus defensor ejus ordinis existimaretur: ideo omnes nobiles et locupletes illam aspectasse, secutos, coluisse, ut propugnatores senatus majestatisque vindicem suæ, quod de Appo Livinus. Non igitur forte aptius, *qui consul*, quam *quis*, ut visum viro docto. *Gronov.*

*Tumetis Romæ in amicis habuerat, &c.]* Meus Commelin. initio aperte habuit, in inimicis, aut tale quid; et ita etiam invenitur fere in editionibus aliquot, nempe, *Romæ inimicum*, a quibus nihil divertit Pal. sept. nisi quod in *Romæ inimicos*: sed nihil novare placet, neque permittit ratio. *Gruterus.*

*In amicis]* L. inimicum ut habent teste Grutero aliquot editiones: i. e. non faventem suæ parti. *Gronov.*

*Tamen accuratissime accepit]* Manuscripta cuncta recepit; rectene an secus, aliorum esto iudicium: quamquam cum his et Beroaldinum facit. *Rivinus.*

*In divisione regni, quæ pars Numidia]* Tò regni manuscripta non habent et ex glossa forte irrepit. *Idem.*

*Agris virisque opulentior]* Manuscripta quidem *agro virisque*; quomodo et in impressis quibusdam est, et in ipso Mersebergensi. *Idem.*

*Quæ portuosior, et adificiis magnis exornata erat]* Ex scriptis tribus legend. *magis exornata*; quod vel antecedens *portuosior* ostendit. *Putachinus.*

CAP. 17 *Sed quæ loca et nationes, ob calorem et asperitatem, item ob solitudines minus frequentata sunt]* In manuscriptis atque aliis vetustioribus est ommissa præpositio, *item solitudines*: id rectius esse puto. *Rivinus.*

*Africam]* Africa ab orientis parte Nilo terminata, pelago a ceteris, brevior est quidem quam Europa, quia nec usquam Asiam, et non totius hujus litoribus obtenditur: longior tamen ipsa quam latior, et, qua ad flaviam attingit, latissima: utque inde procedit, ita media præcipue in jagæ exurgens, pergit incurva ad occasum, fatigatque se molliter, et ideo ex spacio paulatim adductior. Ubi finitur, ibi maxime angusta est. Quantum inciditur, eximie fertilia, verum quod pleraque ejus inculta, et aut arenis sterilibus obducta aut ob situm cœli terrarumque deserta sunt, aut infestantur multo ac malefico genere animalium, vasta est magis, quam frequens. Mare, quo cingitur, a septentrione Lybicum: a meridie Æthiopicum, ab occidente Atlanticum dicimus. Ab ea parte, quæ Lybico adjacet, proxima est Nilo provincia, quam Cyrenas vocant. Deinde, cui totius regionis vocabulo cognomen inditum est, Africa, cetera Numides et Mauri tenent. Ultra Nigris sunt, et Pharusii, usque ad Æthiopus. Hi et reliqua hujus, et totum latus, quod meridiem spectat, usque in Asiam confinia possident. Ac super ea, quæ Lybico mari abluatur, Lybies Ægyptii sunt et Leucomthiopes, et na-

tio frequens multiplexque Getuli. P. *Mela*.

*Ea finis habet ab occidente fretum nostri maris et Oceani*] *Fretum Herculeum* intelligit, quod vocat *Fretum nostri maris et Oceani*; quod inter nostrum mare et Oceanum est. Propius ad Geographicam veritatem dixisset: *Ea finis habet ab occidente fretum nostri maris et Oceanum*. Verum hic auctor, quemadmodum et Livius parum pensi hæc habuit. C. autem Cæsar apud Latinos, et Herodotus apud Græcos hancquaquam hæc neglexissent. *Catabathmon* vero Africæ limitem ab ortu solis vetuste scilicet ponit, cum quidam etiam Nilum, quos Ptolemæus recte reprehendit 11. 1. Hæc autem verba, 'Mare sævum et importuosum, et ager frugum fertilis,' &c. de tota *Africa*; non de *Catabathmo* intelligenda. Verum hoc quoque lectori considerandum; quo sensu ad finem hujus descriptiunculæ, antequam narret qui mortales initio Africam habuerint, subnectat: 'ad hoc malefici generis plurima animalia:' sic ne adhuc, pro præterea positum, ut sæpe alias, an ad hoc, id est, ut homines non veniant ad extremam senectutem. *Glareanus*.

*Declivem latitudinem*] Legerem *altitudinem*. *Mela* 1. 8. 'Catabathmos vallis deversa in Ægyptum, finit Africanam.' *Ciacconius*.

*Declivem latitudinem*] *Ciacconius* me volente legit, *altitudinem*. Est enim *καταβάθμης, κάρβασις*. *Plin.* v. 5. *Pomp.* *Mela* loco supra laudato. *Coler*.

*Declivem latitudinem*] Nullam exputo rationem, cur tot inveniantur, quibus adblandiatur, *altitudinem*, cum eis obstat et vox Græcica sequens, et adjectivum *declivem*. Imo et locus *Mela*, quem adducunt, contra ipsos facit. *Gruterus*.

*Catabathmus*] *καταβάθμης, τόπος ἐν Λιβύῃ μεταξύ τοῦ Ἀμμωνος, καὶ τοῦ Παραιτίου. ἢ οὐκ ἴστω καταβάθμης,*

*ἐν Θέλλιδε, Φελλίτης*. Id est; *Catabathmus* locus in *Libya* inter *Jovem Ammonem*, et *Parætium*: cives *Catabathmites*, ut *Phellos, Phellites*. *Steph.*

*Quem locum Catabathmon incolæ appellant*] *M. Antonius Sabellicus* in caput *Plinii* quintum lib. v. mendose plerosque cum in *Plinio*, tum in hoc etiam *Sallustii* loco *Catabathmum* legere, in eoque insigniter illos errare censet. Ipse *Catabathmon* legit. Verum *Sabellicum*, virum alioqui longe doctissimum, et de rep. literaria prolixè meritum, vehementer hic hallucinatum esse, cum res ipsa indicat, tum *Hermolaus* pluribus ostendit, qui et secum facere testatur *Plinium*, *Strabonem*, *Pomponium*, *Diodorum*, *Eustathium*, *Stephanum*, *Dionysium*, *Martianum*, *Antonium*, *Solinum*. Dicitur autem *καταβάθμης, ἀπὸ τοῦ καταβαίνει*, quod est, descendere. Ut jure hos rideas, qui vocem esse *Punicam* adnotarant. *Rivius*.

*Mare sævum et importuosum*] Tò et, non est in manuscriptis, nec impressis veterioribus. *Idem*.

*Mare sævum importuosum*] Sic antiquus *Fulvii* liber. *Servius* tamen hæc recitans in *Virg. Æn.* lib. 1. copulam addit. *Manutius*.

*Ager frugum fertilis, bonus pecori*] Citatur a *Servio Æneid.* 1. ex *Sallust.* 'frugum, pabuli lætus ager.' Tacit. de morib. Germ. 'frugiferarum arborum impatiens, pecorum sæcunda.' *Ciacconius*.

*Et ager frugum fertilis*] Ne hic quidem copula additur in manuscriptis; in duobus *frugum sterilis* legitur, sed perperam. *Rivius*.

*Arboribus infecundus*] *Manuscripta* arbori, numero singulari. *Idem*.

*Cælo, terraque penuria aquarum*] *Q. Curtius* 1. 14. 'Terra, cæloque aquarum penuria est.' *Ciacconius*.

*Cælo terraque penuria aquarum*] *Servius* hæc recitans *Virg. Æn.* 1. 1. copulam omittit. *Manutius*.

*Ab ea fama, quæ plerisque obtinet,*

*discernam est]* Verbum, *est*, non habet *v. c.* et fortasse illud, *pleroque*, in, *pleroque*, mutandam est. *Ursinus*.

*Quamquam ab ea fama, quæ pleroque obtinet]* Ita *Mss.* omnes, quod significare libet, quoniam locum istum laudo ad Epistolam Sallustii, quæ incipit: 'Populus Romanus antea obtinebat, regna atque imperia fortunam dono dare:' ibi enim libenter legi cuperem: *Populum Romanum antea obtinebat, &c.* Gruterus.

*Interpretatum nobis est, utique rem esse habere]* Interpretatum passive usurpavit. nam ea deponentia olim erant communia, ut apud Græcos sunt *μίσρα* auctore Prisciano: et *utique* dùm sunt dictiones, pro *et uti*, id est, *et quemadmodum*. Gothi codex habebat, *utique*: quod placet, propter vitandam ambiguitatem. *Glaucanus*.

CAP. 18 *Africam habuere in initio Gætuli et Libyæ]* Manuscripta *initio habuere*, præpositione omiſsa, quomodo paulo ante, 'Sed qui mortales initio Africam habuerint.' *Rivius*.

*Gætuli]* Libyæ interioris populi, et Gætulia eorum regio, Ptolemæo et Stephano. Hos Athenodorus Gartheas vocat, ut scribit Villanovanus in suo Ptolemæo. Josephus eos Eulheos appellat. Plinius habet hic Gætulos Aurolales, et Getulos Daras. Idem habet Gætuliam in Mauritania Cæsariensi, vicinam Masusulis. Gætulos describit in Tingitano Philostratus l. v. Inter Marmaridas et Nigretes Dionysius Afer. Apulejus quoque Madauram patriam suam (quæ Madaurus Ptolemæi est) inter Gætuliam et Numidiam ponit. Hæc sub Juba rege erat, teste Dione. Gentem unam arbitror, sed vagam. Est enim, ut Pomponius scribit, natio frequens multiplexque, et ut Silius l. iii. inquit, 'Nulla domus, plaustris habitant, migrare per arva Mos, atque errantes circumvectare Penates.' *Ortel.*

*Libyæ]* Lub etiam Hebræis Lybia

dicitur. Libyæ a colore diei affirmat vir undecunusque doctus. 'Etenim,' inquit, 'Libyæ antiqua lingua Græca niger.' Malim ego Libyum nomen deducere ab Hebræo Lub, cujus diversa ratio est. Neque enim ab iscolerum colore, sed a qualitate soli

assumptum est: nempe *لُب* lub Arabice est sitis, et lub verbum siti languere, sicuti Giggejus testatur: itaque Lub sive Libya est terra sitiens, sicuti a Lucano appellatur: 'Per calidas Libyæ sitiensis arenas.' Quod nomen sic toti convenit, ut tamen specialius videatur posse tribui illi Africæ parti, quam Græci Xerolybæ ex argumento nuncuparunt. Servius in illud Virgil. *Æn.* l. iv. 'Hinc deserta sitis regio, &c. Dicit,' inquit, 'Xerolybiam, id est, partem Africæ quondam, quæ est inter Tripolim et Pentopolim. Etiam Arabes hodieque Lub, sive Libyam appellant, uti liquet ex Avicenna, aliisque auctoribus.' *Bochartus*.

*Humi pabulum uti pecoribus]* Voces, *uti pecoribus*, alienas existimo: nam Mela, qui hunc locum æmulatus est, 'Humi,' inquit, 'quies, epulæque capiuntur, cibus est caro plurimum farina.' Et infra, 'ubi dies deficit, ibi noctem agunt.' *Ciaccon*.

*Vagi, palantes quæ nox coegerat, ardes habebant]* Codices in membrana descripti præter unum *quæ nox coegerat*, ut *subaudias habere*: hoc est, ubicumque nox eos oppresserat, ubi commorabantur, cum alioqui sedem stabilem et domicilium certam non haberent. Exemplar a Pincio Venetiis excusum, ut et alia pleraque, *quæ nox coegerat*: quomodo fere a doctis citatur: pro, quem in locum nox compulerat, ibi manebant. *Rivius*.

*Quas nos coegerat]* Lege ex scriptis *quæ nox coegerat* mendosum et hoc, apud Sulpitium Severum Dialog. de virt. monach. orient. 'Vivunt herbarum radiceibus, nullo unquam certa



leo consistent, ne ab hominibus frequententur, quas nox coëgerit sedes bent:’ ibidem; ‘qua nox, &c.’ Ex illadem infra: ‘Ea vero consueti Numidarum equi,’ pro vulgato, *eo vero*. Post multa: ‘Nam cum ea paulum processerant,’ vulgati *cum eis*: qui superiora legit, facile colligit sententiam. Infra: ‘eadem regreditur, non temere uti escenderat;’ vulgo, *eadem*. Male. Vide veterem Scholiasten Horatii, Festum Pompejum, Isidorum in Originibus. Paulo post: ‘Urbes in ora maritima condidere, eæque brevi multum auctæ:’ *leg. eaque*: quod et alii monuerunt. *Putachius*.

*Hercules*] Fait hic Hercules Ægyptius, vel potius Tyrius. Nos non latet Græcos Poëtas hanc ipsam expeditionem Herculi suo tribuisse, sed eos mendacii palam arguit templum vetus Gaditanum, in quo colebatur Hercules Phœnicio ritu, non Græco. Appianus Ibericis: ‘Herculis fauam quod est apud columbas, Phœnices mihi videntur exstruxisse: coëdit enim hodieque Phœnicio ritu. Et Deus ipse Thebanus non est, sed Tyrius.’ Proinde et scribit Diodorus hoc templum Phœnicis condidisse, et præter Arrianum l. II. et Philostrat. de Vita Apollon. II. 14. ita etiam loquitur Pomponius Mela III. 6. ‘Templum Ægyptii Herculis, conditoribus, religione, vetustate, opibus illustre Tyrii condidere: cur sanctum sit, ossa ejus ibi sita efficiunt.’ De Templo hoc Gaditano vide Strabonem. *Bochart*.

*Amisso duce, ac passim multis sibi imperium petentibus*] Manuscripta, *multis sibi quisque imperium petentibus*: verum perperam, nisi quis malit *quisque*, pro *quibusque* positum; facit cum manuscriptis Florentinum, atque item Beroaldinum. *Rivius*.

*Multis sibi imperium petentibus*] Græco genere loquendi, quomodo Aristoteles l. III. Rhet. dixit *περὰ δὲ τὰ βρα βήλων ἕσαν, καὶ οἶα καὶ ἡλίκα, εἰς τὰ πάλαι ἔργων τὴν ἀκρονίαν*. Varro de

vita pop. Ro. l. II. apud Nonium: ‘Suam quisque diversi commodum focillantur.’ *Mamertius*.

*Multis sibi quisque imperium petentibus*] Nihil in hac lectione vitii, ut visum Rivio: stabilitque eam, tum editio vetus, tum Mss. nostri, quorum tantum unus e junioribus: *multis sibi imperium petentibus quisque dilabitur*. Gruterus.

*Medi*] Sant qui ad Medos revocant Sarmatarum originem. Plin. VI. 7. ubi de Mæotide agit: ‘Incolunt Sarmatæ, Medorum, ut ferunt, suboles, et ipsi in multa genera divisi.’ Mela l. IV. ‘Sarmatæ gens habitu armisque Parthicæ proxima.’ De Parthis porro Trognus l. XII. ‘Sermo his inter Scythicum Medumque medius, ex utroque mixtus: vestis olim sui moris, postquam accessere opes, ut Medis perlucida, ac fluida: armorum patrius ac Scythicus mos.’ Ex his videtur colligi, Sarmatas, Parthos, et Medos, gentes fuisse moribus affines. Orosius I. 2. ‘Generaliter Parthia dicitur, quamvis scripturæ sanctæ universam sæpe Mediam vocant.’ Ita et Æthicus, qui Orosium sequitur. *Bochart*.

*Persæ*] Discrimen illud, quod vulgo inter Persas et Parthos statuitur, neque Tarich agnoscit, neque probat Teixera. Est enim nominale tantum, perinde ac si ex *Θερσαλῆς* et *Περταλῆς* diversas quis facere velit regiones. *Seicardus*. Nomen ipsis fuit ab equitatu, quo maxime valebant: equitare a teneris edocti. Herodotus: *καυθεῖονσι δὲ τοὺς παῖδας ἀπὸ περταίτες ἀρξάμενοι, μὲν χρι εἰκοσαίτερος τρία μόδια, ἰππεύειν, καὶ τοξείειν, καὶ ἀληθῆ εἶσθαι*. Id est, *liberos suos a quinto anno incipientes usque ad vicesimum tria duntaxat edocent, equitare, et sagittas jacere, et vera loqui*. Qua tamen disciplina primus illos imbuit Cyrus: antea enim, ut tradit Xenophon l. I. Cyropæd. in Persia, quia et equos alere et equitare difficile est, cum

montosa sit regio, vel videre equum raram erat, et Cyro sic providente, ut narrat idem l. iv. Persæ ex pedibus equitæ facti, equis deinceps ita assoeverant, ut nemo Persarum vir bonus videretur ultra pedes ire uspiam: Cyrus enim legem tulerat, ut turpe esset, si quis illorum, quos equis instruxerat, videretur pedes incedens, sive multum, sive parum itineris esset conficiendum. Itaque ex tam repentina mutatione factum, ut hæc regio, Paras, et incolæ Persæ dicerentur, id est, lingua Hebræa Arabicaque equites. Antea forsam Elymæi dicti. Unde in ea sententia est Josephus, qui Elymos et Elymæos fuisse dicit Persarum Ἀρχυρίστρας, Persarum generis auctores. *Bochart.*

*Armeni, Persæ*] Per Armeniam, regio Minni intelligi videtur, cujus sacra scriptura meminit: quos, sicuti et Persas, qui Teixera teste iidem erant cum Parthis, multa cum Phrygiæ communia habuisse verisimile est. Armenios ideo Phryges genere esse testatur Stephanus. Unde et Herculem Chon sive Cån, id est, dominum appellatum fuisse existimo. Phryges autem cum veteribus Germanis multa habuere communia, sicuti Persæ; quia autem arca Noë fatali illo diluvio Gordiæis primum conседit montibus: inde Phryges, qui eidem quoque cum Armeniis, post diluvium non male antiquissimi mortalium censentur. *Thyrius.*

*Sed Persæ intra Oceanum magis*] Hoc, intra Oceanum, Badius et recte et erudite exponit *introrsus ad Oceanum*, sive Sallustius Oceanum, post Atlantes ad occasum, sive post Gætalos ad meridiem crediderit: nam sequentes loci complures ita exponendi, et intelligendi. Persarum enim et Gætulorum commercium cum Hispanis, tum Oceanus, tum Libyes medii, qui ad fretum Herculeum agitabant, prohibebant. Itaque illos, hoc est Persas, mare magnum, id est

Oceanus, et ignara lingua prohibebant, quo minus cum Hispanis commercia haberent. At Libyes, etiam lingua diversi, propinquitate tamen locorum facile cum Hispanis res commutare poterant. Et vide, num ignara lingua dictum sit pro *ignorata*; ut infra, ad finem pugnæ Metelli cum Jugurtha, de Namidis loquens: 'Plerosque,' inquit, 'velocitas et regio hostibus ignara tutata sunt.' *Ignoratus* tamen apud eundem hunc auctorem est, ubi de Jugurtha victo ac vagante ait: 'Ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur, nocturnis aviti itineribus ignoratus Romanos palanteis repente aggreditur.' Nam quod Badius exponit, 'Et lingua Persarum ignara linguæ, scilicet Hispanorum,' non satisfacit mihi, cum auctori verba addat, quæ in nullis inveniantur codicibus. *Glaz.*

*Neque materia in agris*] Lege ex libro Bongaraii: *neque materias.* Supra Catilina: 'Ea materias omnium malorum fuere.' *Putschius.*

*Mutandi copia erat*] Antea *mutuandi*, nos *mutandi*, reposuimus ex Fulvii libro: sic enim locutus idem Sallustius: 'Eaque mutare cum vno advectitio, et aliis talibus:' et hac ipsa pagina: 'Freto divisi ab Hispania, mutare res inter se instituerant.' *Manutius.*

*Mare magnum et ignara lingua*] Mare magnum hic non pro Oceanus, ut in illo: 'Ecce maris magni claudit nos obice Pontus,' accipitur, sed pro sævo et importuoso, ut Crispus loquitur ipse: 'Nam ubi mare magnum esse, et sævire ventis cepit.' Lucretius libro secundo rerum naturalium: 'Suave mari magno torbantibus æquora ventis.' Virgilius *Æneid.* III. 'Continuo venti volvunt mare, magna que surgunt Æquora:' apud quem l. I. ejusdem divini operis in quibusdam codicibus vitiose dicitur, 'Et mulcere dedit fluctus, et tollere ventos;' cum omnino ex re ipsa, et doc-

tissimo Servio, ultimam literam abjiciendo legendum sit, *tollere vento*, quod mirum quam ad Sallustium facit, quod enim hic *Mars regnum et aereis ventis* vocat, illo *tollere vento* dicit. *Putachius*.

*Hi paulatim per connubia Gætulos sibi miscuere*] Manuscripta, *secum miscuere*; pro *conjunxere sibi*: additur enim huic verbo interdum illa *Cum* præpositio cum suo casu. Cicero, 'Cam quibus tanquam purpuram misceri oporteat.' Idem 'Parentalia cum supplicationibus misceri.' Livius dativum IX. dec. IV. 'Cum concilii nostri eam fecerimus, et nobis miscuerimus.' Idem III. belli Punici secundi, 'Quod connubium vetustam multas familias claras ac potentes Romanis miscuerat.' *Riv*.

*Mapalia*] Festas, et ex eo Paulus, 'Mapalia casæ Pœnicæ appellantur.' Philargyrius Georg. I. III. 'Mapalia, casæ Maurorum, qui eremo habitare dicuntur.' Plin. v. 3. 'Numidæ vero Nomades a permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est, domus planstris circumferentes.' *Mapalia* palea vel pales Syris est agricola, hinc mapale deductum, proprie erat agricolæ tugurium, ut in illo Claudiani: 'Agricolæ recessant jam tuta Mapalia Mauri.' *Bochart*.

*Quæ Mapalia illi vocant*] Cam viderem quosdam dubitare. *Mapalia*, an *Magalia* scribendum esse: non alienum visum est hic adscribere Servil verba. Is igitur sic ad illud Virgilii *Æn.* I. IV. 'Ut primum alatis tetigit Magalia plantis, Magalia, Afrorum casæ. Magalia et Mapalia idem significant. Sed Magalia ma producit; Mapalia vero corripit: ut, et raris habitata Mapalia tectis.' Festas Pompejus *Mapalia* nominat: et idem Sallustius infra c. 46. *Manus.* Glossarium: Magalia, *μαγάλια*. Item *μαγάλια* *ἄφρον μαγάλια*. Isidorus autem: 'Magalia quasi magaria dicta, quia Magar Punici novam villam dicunt.'

*Coler*. Recte utique *Magaria*, id est, Magar enim hodieque Orientalibus habitationem denotat: atque hinc Plautus in Pœnulo, *Megaria* dixit. *Beck*.

*Oblonga incurvis lateribus tecta, quasi navium carinae sunt*] Alio pacto disti- guendum existimo, ut sit: *oblonga curvis lateribus; tecta quasi navium carinae sunt*. Ceterum Cato 'Mapalia rotunda veluti cohortes esse' ait: et Hieron. in prologo Amos, 'agrestes quidem casæ, et farnorum similes, quas Afri appellant Mapalia.' *Cisac*.

*Incurvis lateribus, tecta quasi navium carinae sunt*] Distinguendum omnino: *incurvis lateribus, tecta quasi navium carinae sunt*. Præit Severus Salpitius Dialogo primo, de virtutibus monachorum orientalium: 'parvum tugurium inter arenas conspicio, ejus tectum, sicut Sallustius ait, quasi carina navis erat.' *Putachius*.

*Medis autem et Armeniis accessere Libyæ*] *Medis autem et Armeniis accessere Libyæ*: ut supra, 'hi paulatim per connubia Gætulos secum miscuere.' Ergo ut Persæ Gætulos, sic Medi et Armeni Libyæ accessere. *Cicconius*.

*Medis autem et Armeniis accessere Libyæ*] Ita vulgata habet lectio: atqui, ut Persæ advenæ accessere Gætulis, ita Medi ac Armeni externi Libyibus accessere; non Libyæ Medi ac Armeniis: quare magis placet vetusta lectio, quæ ita habebat: *Medi ac Armeniis accessere Libyibus*: quod quidam temere mutarunt, horrentes dativum *Libyibus*, rarius apud Latinos auditum, quamquam taleis aliquando invenimus. Quidam codices etiam habebant *Libyæ accessivum Græcum*. hoc sensu: *Medi ac Armeniis accessere Libyæ*, præpositione ad verbum lata: quam lectionem ego nentiam rejicio, et eam secutus est *Badius*. Porro quæ proxime sequuntur verba, 'Nam hi propius mare Africum agitabant, Gætuli sub sole magis

haud procul ab arduibus; in parenthesi legit Soldna, recte. Et illud, hi, ante *propius Libya* refert, qui Gætulis conferuntur: at illud alterum, *bique*, quod post parenthesin ponitur, refert *Medos atque Armenios*: quod Badius, qui post Soldum scripsit, non advertit. Quamquam illud lector fortassis magis miretur; cum *Persarum* nomen in *Numidarum, Medorum* in *Maurorum* commutatam fuerit, in quid *Armeniorum* sit mutatum nomen. Sed credendum est, vel abjecta prima syllaba, cum *Medis* in *Mauros* concessisse *Armenios*; aut non admodum certam hanc, quod et auctor asserit, esse historiam. Varia hujusmodi nostra etiamnum ætate in Gentium nominibus invenimus, ut id nullo pacto mirum videri queat. *Glaucanus*.

*Ac postea Numida nomine*] Alii *Numidia* nomen. Sed legendum contendimus, *Ac postea Numida propter multitudinem*: notarat vero quidam vocabulum *Numida* a nomen deductum. *Ciacconius*.

*Numida nomine*] Credo hominibus fide dignis affirmantibus in antiquo libro *Nomo* esse, non *nomine*, quod rectius videtur. *Manutius*.

*Proxime Carthaginem Numidia appellatur*] Fronto in *Proxima*, sic: *Proxima Carthaginem Numidia appellatur*. Idem.

*Magis hi ad nostrum mare processerunt, quia Libyes, quam Gætuli, minus bellicosi*] Numidæ, inquit, qui domo digressi proxime Carthaginem condescere, majorem belli gloriam adepti sunt, quoniam facilius *Libyas* proximos, qui minus bellicosi erant, superaverant. Numidæ vero, qui interiorem Africanam habitabant, minorem sibi gloriam addidere: quippe quibus res erat cum Gætulis, qui non ita facile subigi poterant. In uno tamen ex nostris exemplaribus legitur: *Magis quam hi, qui ad mare nostrum processerunt*; quam lectionem sequuntur

*Delph. et Var. Clas.*

nonnulli, et ita interpretantur: *Medi et Armenii*, qui sibi *Libyes* adjunxerunt, minorem belli gloriam adepti sunt, quam Numidæ, qui se Gætulis per connubia miscuere: quoniam *Libyes* minus bellicosi erant, quam Gætuli; sed, ut opinor, Sallustius de utrisque Numidiis, non de Mauris loquitur; quare priorem lectionem magis probo: adjuvant etiam interpretationem nostram sequentia verba: 'Denique Africæ partem, quæ est ad mare nostrum, non quæ ad meridiem vergit.'

*Inferior pleraque a Numidiis possessa est*] Illud *inferior* Soldus exponit de parte, quæ magis in plagam Australem descendens, meridiem respicit. Ego vero puto referendum esse ad cursum fluminum Africæ, quæ fere a meridie in Septentrionem currunt, ut *Bagrada, Ampaga, Mulucha*, et reliqua. Quamquam potest et *inferior* intelligi, quæ ad occasum est, ut *Cæsariensem* quoque *Mauritaniam* complectatur. Nam eo *Syphacis* regio pertinebat, quam *Masinissa* a Romanis postea habuit: et ipse Sallustius paulo post dicturus est: 'Et Numidæ usque ad flumen *Mulucham* sub *Jugurtha* erant.' Mala autem flumen prope *Mulucham*, apud *Ptolemæum* duas separat *Mauritanias*. Sane quamquam Sallustius prætor in Africa fuerit, multa tamen negligenter de ea scripsisse videtur, quæ ad loca attinent, quod in posterioribus ostendemus. Quod et de *Livio* in *Annotationibus* nostris, maxime in *tertiam Decada* non semel conquesti sumus. *Glar*.

CAP. 19 *Phœnices*] *Phœnices*, quoad nomen et linguam cum *Pœnis* iidem sunt. Nam idem prorsus nomen *φωνίς* et *φονίξ*: nam et *Phœnices* populi quibusdam dicti *φωνί*: Ex quo *Pœni*, qui origine *Phœnices* erant. In veteri inscriptione est: *BELLO PŒNICIO*, id est, *Punico*: et *φονίξ* *ἰδιόλεκτος* lingua *Punica* apud

*Sallust.*

2 M

Absyrtum. Appellati autem Pœni a tinctura purpuræ; juxta Hesychium enim *φοῦν* significat *πύρρον, ἐρυθρόν*, atque hinc *φοῦνισσα*, cruento, unde Homerus: '*φοῦνισσοιο ὀ ἀματι γαῖα.*' Id est, *Sanguine rubro tingebatur terra.* A colore igitur tincturæ, quæ ibi primum reperta est, *Φολίνας* Græci appellaverunt, ut *Αἰβύας* et *Μαύρους* a colore vultus, quod nigri essent: etenim *Αἰβύας* lingua antiqua Græca niger, ut et *Μαύρος*. At purpureum dices a Puniceo distat, purpureo autem Tyros et Phœnice laudata. Tibullus: '*Africa puniceum, purpureumque Tyros.*' Illud autem puniceum Africanum coccineum est. Sed et Puniceum in purpura cernitur, præcipue Tyria ac rubente. Tyrius laus summa in colore sanguinis creteti, Plinio teste. Sanguinis color *φοῦνιξ* sive *φοῦνιος*. Unde et alibi Homero *purpureus sanguis* dicitur. Præterea purpuræ, quæ colligebantur in orientalibus litoribus, rubri coloris erant. Tales Tyriæ. Non dubium est inde nomen accepisse *Φολίνας*, et in Africa Pœnos. Nec moror Græcos, qui ab Auctore Phœnice Agenoris filio gentis hujus nomen deducunt. Ita solent in omnibus. Eodem modo et *Καρχηδόνα*, cujus nominis evidentissima alias causa est, a quodam Tyrio Carchedone conditam voluere. *Salmas.*

*Phœnices*] Magnam olim Phœnicum vim sub Josuæ tempora, bello sacro profligatam, maritimam Africæ regionem occupasse, hoc est, antequam dialectus primigenia degenerasset, testes sunt columnæ binæ, olim in Tingitana visendæ, et Phœnicio ejusdem sæculi sermone inscriptis verbis sic Græce sonantibus: ΗΜΕΙC. ΕCΜΕΝ. ΟΙ. ΦΥΤΟΝΤΕC. ΑΠΟ. ΠΡΟCΘΠΟΤ. ΙΗCΟΤ. ΤΟΥ. ΔΗCΤΟΥ. ΤΙΟΥ. ΝΑΥΗ. id est, *nos sumus, fugientes a facie Jehosua prædonis, filii Nun*: quod est idem, ac si dixissent, nos Cananæi seu Phœnices sumus. Cum

autem Phœnicia lingua Hebrææ olim admodum similis fuerit, hinc et a Phœnicibus translata lingua magnam Afrorum partem usam fuisse testantur viri magni, utriusque Afri, D. Augustinus Hipponensis de Civitate Dei xvi. 6. et Arnobius Siccensis in Psalmum civ: quanquam et aliam, quæ Libyæ genuina, linguam in usu fuisse docent. Unde patet, cur Pœnorum et Afrorum linguas ita distinxerit Stephanus *περὶ Πόλεων. Selden.* Vide et Bernardum Alderbertum Cordubensem II. 2. voluminis, cui titulum vernacula lingua dedit, *Varias Antiquedadas, de Espanna, Africa, y otras Provincias*, ubi diligenter conquirunt Punica veterum scriptorum verba.

*Phœnices*] Non est tam vanum, ut nonnulli putant, a Phœnice Phœnicis appellari. Phœnix idem est, qui rex Erythras; Erythras, qui Edom sive Esavus. De quo sacra scriptura: '*prodiit autem prior,*' nimirum Esavus, '*rufus, similis totus togæ villosæ, quam ob causam vocatum est nomen ejus Esavus.*' Dicitur itaque Esavus rubicundus vel potius rutili coloris fuisse, eo quod referret *דומתו* uti Exod. c. xxv. habetur, id est, pelles arietum rutilantium. Quin et addit postea sanctissimus legislator Moses: '*et dixit Esau Jacobo: Sine me haurire de isto edulio rufo admodum, quia venatione fessus sum.*' Idcirco vocavit iterum quisque nomen Edom. Edom itaque et Erythras idem est, qui Phœnix. *Φοῦνιξ* enim significat *ἐρυθρόν, πύρρον*, id est, rubrum, rufum: atque hinc mare rubrum sive Erythræum, unde scilicet in Syriæ litora migraverunt primi Phœnices. *Thys.*

*Pars imperii cupidine sollicitata plebe, &c.*] Dictiones *plebe, et, otiosas puto.* ait enim partem Phœnicum imperii cupidine sollicitatam, alios novarum rerum avidos. *Ciaccon.*

*Pars imperii cupidine sollicitata plebe]*

In scripto sic legitur: *pars imperii cupidine sollicitata, et alii novarum rerum avidi*. Quid ai? *sollicita, et alii, &c.* Putachius.

[*Et alii novarum rerum avidi*] Manuscripta quædam, et alia novarum rerum avidia: quomodo et Badianum; ut sint duo ablativi absolute positi. Beroaldinum, cupidis habet, pro avidis: verum id ex glossa, ni fallor, irrepsit. Rivinus.

[*Hipponem*] Post promontorium Apolliniis in magno sinu occurrit Hippo Diarrhytus, et in altero sinu post Rubricatum amnem Hippo Regius. Solinus Græcos equites utrumque condidisse vult, facta ex nomine conjectura. Quod falsum est, et ridiculum. Græcos enim in eam Africæ partem colonias misisse nemo scripsit, neque frequentasse ante Agathoclem. Itaque melior hic fides Sallustio: qui tamen per Hipponem, Diarrhytum intellexisse videtur: de quo in Scylace Geographorum quotquot extant longe vetustissimo hæc legere est: *Ab Utica ad Hippi promontorium Hippi urbe, cui palus adjacet. atque hæc palus Hipponitis vocatur.* Hanc urbem et Hippuacram appellat Diodorus l. xx. Stephanus, alii. Etiam media antiquitas Hipponem Zarithum appellavit, sicuti Zetam dixere pro dieta. *Asiphuros* autem a Græcis appellata, propter aquarum irrigua: nam in vicinia erat stagnum Hipponense, unde et Plin. ad Caninium l. ix. epist. 'est in Africa Hipponensis colonis, mari proxima: adjacet navigabile stagnum: ex hoc in modum fluminis æstuarium emergit, quod vice alterna, prout æstas aut repressit, aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur stagno. Omnis hic metas piscandi, navigandi, atque etiam natandi studio tenetur.' Hæc ille. Ut ab hoc stagno Hippo Diarrhytus, ita Regius alter dictus, quia sub Numidicæ regum ditioe. Unde Silbus: 'antiquis dilectus regibus Hippo.'

Hippo autem dictus non ab equis Græca appellatione, sed *Ubbo* Syris et Arabibus stagnum, sinum denotat. Qualem Hipponis situm fuisse docuimus. Bochart.

[*Adrumetum*] Straboni est *Ἀδρῦμη*, a multis cum spiritu scribitur, *Hadrumes, Hadrumetum, et Hadrumetum*. Maritima urbs est non incelebris in Bysacio, Africæ regione fertilissima inter Carthaginem et Syrtis. Oros. l. 2. Bysacium ergo ubi Adrumetum civitas. Ager hic fuit longe fertilissimus: unde vetus inscriptio: *COLONIA. CONCORDIA. ULPIA. TRAIANA. AVG. FRUCIFERA. HADRUMENTINA.* et Plinius xvii. 6. cum ait esse centena et quinquagena fruge fertilem. Addit procuratorem Augusti ei inde misisse ex uno grano (vix credibile dictis) quadringenta panis minus germina: misisse Neroni similiter procuratorem cccclx stipulas ex uno grano, extareque ea de re epistolas. Adrumeti nomen Scaliger, et ex eo Drusus, Casanbonus aliique in literis primarii *Ἐκρωλιον Πλοδρωον*, atrium Plutonis et Acherontis ostium explicant, ac si Adrumetum sit idem quod Hebræis *לְוִיָּוִו*. Quæ derivatio non placet Bocharto. *Idem*.

[*Leptim*] In Africa duæ sunt Leptes, una prope Adrumetum, altera inter Syrtis non procul ab ostio Cinyphii amnis. Illa in Ptolemæo *Leptis parva*, hæc in Plinio *Leptis magna* dicitur. *Leptis* autem nomen Punicum, et stationem denotat. *Idem*.

[*Hæcque brevi multum aucta*] Manuscriptum; *aque brevi, &c.* Rivinus.

[*Nam de Carthagina silere melius*] Apulejus in Cosmographia: 'de reotore, quippe omnium non, ut ait ille, silere melius est, sed vel parum dicere.' Ciaccon.

[*Carthagine*] Cartha incolis, dieta, sive *כרתא חדת* *cartha hadath*, id est, nova urbs. Solinus: 'Elissa mulier exstruxit, et Carthadam dixit, Phœni-

eum orè exprimit civitatem novam.' Inde est, quod utraque Carthago tam Libyca quam Iberica appellata sit *καυὴ πόλις*. Vide Stephan. et Eustathium: ex Carthada factum *Καρχηδών, χ* et *θ* permutatis. Quod Siculorum proprium est, qui pro *ἑρπιδες* dicunt *ἑρπιδες*: et nomen Latinum Carthago ex eadem est origine, sed ab Hispanis interpolata, quibus *gama* est dama, et *golphis* delphin. Carthaginis tres erant partes, *Κέδων, Μέγαρα* et *Βόρσα*. Cothion erat insula parva, rotunda, Euripo circumdata, utrinque habente in orbem navalla. Festus scribit *Cothones* appellari portus in mari interiores, arte et manu factos. Sed *incisionem* proprie denotat; nam apud Arabes (Katham) significat *incidere*. Circa mediam porro urbem arx fuit, quam Byrsam vocarunt: supercilium satis erectum circumquaque habitatum. Ambitus auctore Servio, fuit stadiorum xxxii. vel juxta Entropium, paulo amplius, quam duo millia passuum. Byrsa autem est tanquam *בצר* *Bosra*, ad vitandam *κακοφωνίαν*, quia Græcæ lingvæ gemitus non patitur ut S et R continuentur. *Bosra* autem Hebræis est munimentum. Byrsam undiquaque cingebat tertia pars Carthaginis, Magalia nomine, de quibus ex Corn. Nepote ita Servius: 'Carthago autem speciem habet duplicis oppidi, quasi aliud alterum amplecteretur, cujus interior pars Byrsa dicebatur, exterior Magalia. Magalia autem dicta, quasi magaria, quod magar Punici novam villam dicunt.' Unde et in Plauti Pœnulo legebimus: 'Cum matrice una periere a Magaribus.' Et ita Appianus quoque appellat. *Μαγ* sive *Magur* habitationem denotat. Hæc de Carthaginis partibus; ambitus idem fuit, qui Babylonis, id est, stadiorum cccclx. latitudo solum xxv. saltem in australi parte, duobus hinc inde Euripis eam in arcum comprimentibus. Minorum altitudinem qua-

draginta cubitis, latitudinem viginti duobus definit Diodorus l. xxxii. nec multo aliter Eutropius l. iv. Apud Suidam Carthago legitur fuisse Urbs maxima totius terrarum et potentissima. Initio belli Punici Carthagō civium habuit septingenta millia, et in Africa trecentas nrbes sub sua ditione. Plura vide ex Strabone et Appiano. *Bochart.*

*Igitur ad Catabathmon, qui locus Ægyptum ab Africa dividit, secundo mari prima Cyrene est*] Hunc locum mendosum esse, ea quæ supra posul, satis ostendunt: nam ab Ægypto pergentibus post Catabathmon prima Cyrene est: legendum ergo haud dubie: *Igitur a Catabathmo. Secundo autem mari. Claccon.*

*Secundo mari*] Existimarem etiam Ballustium scripsisse, *secundum mare*: non, *secundo mari*, nisi hanc eandem dicendi formam invenissem apud Orosium 1. 2. 'Inde,' inquit, 'secundo mari, usque ad aras Philænorum extenditur:' nec possumus interpretari, *secundo mari*, id est, cum fluxu maris: ut cum dicimus, *secundo fletmine. Castil.*

*Secundo mari prima Cyrene est, Colonia Theræon*] Hic vero Commentatores nostri egregie cœcutiunt. 'Colonia, There,' inquit Soldus, 'nomina civitatum sunt.' Badius vero, 'Cyrene, Colonia, Thereon urbes,' inquit, 'illæ sic dictæ.' Haud dubie Badius juvenis scripsit. Nam dum ego illum novi, alius erat. Soldus non novi, qui meam præcessit ætatem. Herodotus libro quarto ostendit *Cyrenem* Coloniam esse Theræon, id est, populi Theræ insulæ. *Theræon* vero genitivus Græcus, ut paulo post *Philænon*, poterat alienus videri ab historico Latino, qui *Theræorum* et *Philænorum* magis amaret: ceterum *a* diphthongo penultima scribenda, ut ut alia ceciderint. *Glareanus.*

*Deinde a Philænon*] *Deinde*, inquit, quasi post Syrtis ac Leptim

occasum versus sicut Philenorum aræ: quod nullo pacto verum est. Ipse sane ab ortu incipit, ac post Catabathmon occasum versus. Cyrenen nominat: deinde Syrtim magnam, ad cujus intimum sinum, si Ptolemæo credimus, Philenorum sunt aræ, non post duas Syrtis ac Leptim. *Idem.*

*Ad Mauritaniam Numidæ tenent]* Vides Tingitanam solam Ballastio Mauritaniam dictam, Cæsariensem vero sub Jugurtha fuisse, Syphacis quondam regnum: quippe Mulucham flumen ejus facit finem, quem Straboni ac Ptolemæo Molochath dictum existimo. Addit Strabo Molochath Mauritanis ac Massylorum fuisse terminum, cum Ptolemæus Malva (forsan legendum Malchan) collocet terminum, aliquanto magis ad orientem, quam Molochath. *Idem.*

*Proxime Hispaniam Mauri sunt]* Fulvii liber, *Hispanias*. Fronto *Proxime Hispania Mauri sunt*. Manut.

*Super Numidiam Gabulos acceperunt]* Ad fluminem lapsum retulit, et montana illa quæ Africæ secundum Cancrici Tropicum imminet. *Glaram.*

*Post eos Æthiopes esse]* In manuscriptis legimus *Æthiopes*: et sic rectius, ut sit accusativus Græcus *Ἄθιοι*. *Rivius.*

*Æthiopes esse]* Hujus nominis regiones duas habet Ptolemæus in Africa; unam, quam sub Ægypto cognominat: alteram, quam interiorem. Hæc hodie forte Zanzibar, illa autem nunc Abyssinis habitatur, vocaturque Abexim a Garcia ab Horto; Habas a Benjamino. Plineus scribit universam Æthiopiā olim Ætheriam et Atlantiam appellatam fuisse. Hi Æthiopes tam a se ipsis, quam ab Asiaticis omnibus Chusæi ab auctore suo, teste Josepho, appellantur. Vetus autem historia habet Æthiopes cum occidentales tum orientales, sicut et Homerus dicit, et eos nominat Heliodorus l. ix. Hos in Asia, illos in Africa. Unde et gravis auctor

Pausanias ii. Eliac. apud Seres populos eos statuit: sed hæc nostra Æthiopia in Africa est. *Hæc.*

*Deinde loca exusta solis ardoribus]* Manuscripta, *dein*; atque ita rectius. *Rivius.*

*Dein loca exusta solis ardoribus]* Perinde loquitur, atque Æthiops citra Torridam Zonam esse crediderit: cum Ptolemæus, alique Geographi intra Tropicos sub æquatore, ac nostra demum ætas ibi esse certo deprehenderit. *Glareanus.*

*Usque ad flumen Mulucham]* Fabricianum, *ad flumen usque Mulucham*. *Rivius.*

*Mulucham]* Est nomen urbis, et fluvii. Florus iii. 1. 'et saxo inditam monti Mulucham urbem per Ligurum aditu arduo penetravit.' *Ortel.*

*Ignarus populi Roman.]* Sic infra: 'et eo tempore ignarum nominis Romani.' *Claudian.*

*Satis dictum est]* Tò est manuscripta non habent, ac rectius abest. Sed et statim ante, 'De Africa et de ejus incolis:' in manuscriptis non repetitur illa præpositio *De*, nec in Ascensiano, aut Beroaldino. *Rivius.*

CAP. 20 *Postquam diviso regno legati Africa discesserunt]* Sic et manuscripta: perperam in quibusdam est, *ab Africa*: nam et inferius: 'ubi eos Africa discessisse ratus est,' inquit. *Idem.*

*Certum esse ratus quod ex amicis apud Numantiam acceperat]* Sic et manuscripta: in aliis, *ad Numantiam*; quo modo per frequenter Cicero loqui consuevit. Sic Virgilius 'ad Trojam' dixit; pro *apud Trojam*; et Livius, 'dum hæc ad Vejos agebantur:' pro *apud Vejos*. Hoc, ni fallor, e glossa nimirum irrepit: nam annotarat forte aliquis, *ad pro apud esse positum*. Tò esse ibidem, non est in manuscriptis, ac citra detrimentum sensus abesse poterit. *Idem.*

*In regnum Adherbalis animum intendit]* Infra: 'Ad bellum quod gesturus erat animum intendit.' *Claudian.*



*Multos mortales cum pecore]* Legendum, *mortales*. Rivius.

*In regnum suum se convertit]* Tò se non reperitur in Beroaldino, neque in ullo manuscripto: quasi absolute ponatur hoc verbum. Sic alibi: 'clam cum paucis ad pedites convertit,' inquit, et Corn. Tacitus III. 'Postquam cædibus sævitum, et magnitudo famæ exitio erat, ceteri ad sapientiora convertere:' hic quoque sine casu ponitur. *Idem*.

*Existimans Adherbalem dolore permotum, injurias suas manu vindicaturum]* Manuscripta, *dolore permotum Adherbalem:* quæ collocatio verborum melior. *Idem*.

*Injurias suas manu vindicaturum]* Sic infra: 'vindicandum in eos, qui hosti prodidere rempublicam: non manu neque vi.' Et: 'qui dicerent manu vindicandum.' Ciaccon.

*Injurias suas manu vindicaturum]* Vide ancipitem reciprocationem in verbo, *suas*, Jugurthamne referat, qui intulerat, an Adherbalem, cui illatæ erant. *Ipsius*, quod medium verbum inter *suas* ac *ejus* Grammatici ponunt, sustulisset hanc dubitationem. *Glaucanus*.

*Secus cesserat]* Infra: 'quod ubi secus procedit.' Ciaccon.

CAP. 21 *Prope Cirtam oppidum]* Strabonis codex libro ultimo Geographiæ habet, Adherbalem et obsessum, et occisum ad Uticam: ubi plane mendum pnto. Utica enim hoc tempore in provincia erat Romanorum, qua legati paulo post Jugurtham literis evocant. Nemo igitur hunc locum ex Strabonis libro, sed contra illum ex hoc, qui bene habet, emendare conetur. *Glaucanus*.

*Quia diei extremum erat]* Infra: 'et diei vesper erat:' item: 'et jam die vesper erat.' Ceterum Tacitus, qui multa hujusmodi a Sallustio accepit Hist. III. 'extremo jam die,' inquit, 'sua quisque in tentoria dilabatur.' Ciaccon.

*Et quia diei extremum erat, prælium non est inceptum]* Tò est, in manuscriptis non est. Rivius.

*Plerumque noctis processit]* Sic infra: 'plerumque noctis barbari more suo lætari.' Et: 'Sed ubi plerumque noctis processit.' Infra: 'multum diei processerat,' dixit. Ciaccon.

*Obscuro etiam tum lumine]* Citatur a Nonio fragm. ex IV. Histor. 'Cum interim lumine etiam tum incerto:' in voce, *Gallia*. *Idem*.

*Togatorum]* Id est, Italicorum. Sane togati sunt proprie Romani. *Bad. Quæ Numidas insequentes a manibus prohibuit]* In manuscriptis et impressis quibusdam omisa præpositio est, *manibus prohibuit*. Utrumque mihi placet, et utroque modo Cicero loqui consuevit. Cæsar belli Gallici I. I. 'finibus prohibere' dixit sine addita præpositione. Rivius.

*Uno die inter duos reges captum atque patratum bellum foret]* Sic Tacit. XII. 'Ac ni prælium nox diremisset, cæpta patratæque expugnatio eundem intra diem foret:' et III. 'tum demum liberius ortum patratumque bellum Senatui scripsit.' Est autem *patrare bellum*, conficere sive perficere. Quint. VIII. 3. 'Ductare exercitus, et patrare bellum, apud Sallustium dicta sancte atque antique, ridentur a nobis.' Ciaccon. V. C. uno eodemque die. Ursin.

*Jugurtha oppidum circumseduit]* In manuscriptis est, *Igitur Jugurtha*. Nec aliter in impressis quibusdam. Rivius.

*Vincis]* A similitudine vitis dicta, quæ jugata et in tectum allevata. Sub illa quia considerare fas, et latere sic clausa, hæc quoque militaris nomen sumpsit. Describit etiam Vegetius IV. 15. 'Vineas dixerunt veteres, quas nunc Barbari militarique vocabulo causias vocant.' E lignis levioribus machina colligatur, alta pedibus octo, lata septem, longa sedecim. Hujus tectum duplici muni-

Uome, tabulatis cratibusque contextur. Latera quoque vimine sepiuntur, ne saxorum telorumque impetu penetrator. Extrinsicus autem, ne immisso concrementur incendio, crudis ac recentibus coriis vel centonibus operitur. Cum plures factæ fuerint, junguntur in ordinem, sub quibus subsidentes tuti ad subruenda murorum penetrant fundamenta. E lignis igitur levioribus hæc machina colligabatur, nempe quia transferri opus, et a militibus moveri: hinc ad illum motum indicandum, vineas agere, procedere, proferre dicebant: nam eminus paratæ, paulatim admovebantur ad oppidum, sive, ut sub iis arietem admovent, sive subruerent muros. Cratibus contexebatur eadem machina, atque hæc præcipua ejus materies et tegmen, ideo Græci *τάβη* dicunt: interdum tamen si plura aut graviora in oppido tormenta, nec vim sufferrent hæc craticæ, faciebant crassiore ligno; hinc Cæsar vocat Porticum, quia species ejus longior. Cæsar: 'pedalibus lignis conjunctis porticus jungebantur, atque hac agger inter manus proferebatur.' Lips. Vide et Stewechium.

*Vineis*] Posterior ætas Cattos appellavit, quin et ipse Vegetius ita appellavit: ita enim emendandus locus iv. 15. 'Vineas dixerunt veteres, quas nunc militari Barbaricoque usu Cattos vocant.' Ita enim habet in ora editio Parisina, non, ut vulgo, *Causias*. Catti autem ejusmodi sive vineæ, sub quibus miles, in morem felis, quem vulgo *cattum* appellamus, in subsessis aut insidiis latuit. Joh. Isaac. Pontan.

*Turres*] In aggere erant turres, et atam ab eo structæ, imo et tunc, cum is nondum perfectus: et tutelæ operis ministrorumque causa imponebantur. Vineæ enim primum factæ, ut sub iis commeari miles et aggerere possit: sub eas, (id est, altius quam eæ, ipse agger, et in eo denique

turres. Hæc igitur statim structæ, sed paulo ab arbe longius, et ne tela vitiarent aut impedirent. Apud Græcos, aut certe Siculos primum repta. Ideo caute capiendus Athenæus, qui non dicit Diadem primum reperiisse turres ambulatorias simpliciter, sed *τοὺς φορητοὺς κέρυους*, id est, eas quæ circumferri possunt, solutiles (has forte Appianus vocat *ἐπιτομήτους*, plicatiles, quia per partes scilicet tollebantur, ponebantur, reponerentur: nec enim ad illas, quæ pegmatum modo deprimebantur attollebanturque per cochleas, puto respexisse Appianum) nam simpliciter ambulatoriæ aut subrietatæ, sane jam ante inventæ in Sicilia. Hæc igitur inventio non ipsarum modum (fixæ illæ jam diu innotuerant in oppidis, in castris) sed mobilium, et quæ rotis agerentur. Agebantur rotis ad minimum quatuor, sed et sex aut octo etiam subditas, prout turrium modus esset, legimus. Et oportebat sane humum æquabilem deusamque huic rei esse. Actæ igitur rotis, sed latentibus et internis, aut certe interioribus movendis. Hoc ideo, ne telis hostium, qui agerent, exponerentur, et turris tueretur suos motores: a tergo tamen quidam appliciti, qui propellerent, et licuit, quia non illinc metus. Turres autem triplices, majores, minores, mediæ. Minores erant 60 cubitorum in altitudine, basi quadrata unumquodque latus 17 cubitorum: 10 tectorum: supremum tectum quintam partem basis habebat. Majores autem et harum sesquialteras, 15 tectorum faciebant, in altitudine cubitos 90. Iterumque duplas, quæ 20 tectis constarent, altas cubitos 120. latas quaquaversum fere 24. Sed turres in tot tabulata non æqualiter surrexerunt, sed instar Phari Ægyptiacæ paulatim, et per ea singula decreverunt: qui modus sane aptior in speciem, in stabilitatem, in motionem. Proceritas autem

ipsarum tanta fait, ut non solum muros, sed etiam turres lapideas altitudine superarent. Latitudo non ad normam artis adstricta, sed pro temporibus, et voluntate struentium mutata. Tecta vero sive tabulata, quæ et fastigia et vertices dicuntur, plerumque plura in turribus, ut defensores plures imponent, tum ut tormenta; sed non maxima; scalas, pontes, et talia ad invadendum. Frontes harum turrium ferratæ erant, munitæ contra ignes. Cum enim præceptum in eas remedium et repugnatio esset, per jacula ignita, faces, malleolos, murices, æpertum, ut rotæ ferro tegebantur, aut certe a triplici latere: sic enim stabiliore ob pondus, et igni incorruptibiles. Alia quoque materia turribus interdum circumdata, scilicet centones, coria, storiæ, et ita porro. *Lipsius.*

*Machinis*] Testudinibus, balistis, catapultis. De quibus Vitr. et Veg. *Cast.*

*Velle et censere eos ab armis discedere, de controversiis suis jure potius, quam bello disceptare; ita sequi illisque dignum esse*] Locus hic in omnibus vulgatis libris, mæncus, demisutusque fuit: quem nos additis his verbis: *De controversiis meis jure potius, quam bello disceptare*, supplevimus ex codice Parcensi, quem nobis præstitit Gosuinus Rivius, vir cum religiosus, tum humanus; et sane abesse non possunt: sed negligentia librorum omissa sunt, qui auctorem nostrum et aliis locis frequentissime male mutilatum reliquerunt, ablati aliquot verbis. *Popma.*

*De controversiis suis jure potius quam bello disceptare, &c.*] Sententia isthæc in nulla extat membranarum nostrarum, in nulla editionum antiq. quia tamen asseverat Popma invenisse in calamo exaratis codd. haud ausus sum excludere: præsertim, cum optime quadraret clausulæ proxime sequenti. *Gruter.*

*Ita sequi illisque dignum esse*] Tres libri dignum fore, quod probat. Sic infra, ubi vulgatur: 'Itaque delicta occultiora fuere;' Bongarsii codex præfert *occultiora fore*. *Putsch.*

*Ita sequi illisque dignum esse*] Cum extent codd. in quibus, *dignum fore*; nihil certius, quam ejciendum et hanc et aliam; retento solum, *ita æque illisque dignum*. *Gruter.*

CAP. 22 *Sed is rumor clemens erat*] Hoc est, non firmus aut constans, ut Cic. loquitur. *Ciaccon.*

*Sed is rumor clemens erat*] Perperam in Merseburgensi et aliis plerisque, *his rumor*. Porro *clemens*, pro non nimis ponitur. Cujus et Priscianus meminit. *Rivius.*

*Is rumor clemens erat*] Male hic Ciacconius. Vult enim auctor, rememorem infra verum fuisse, minusque atrocia vulgasse quam erant. *Gruter.*

*Ab adolescentia sua ita se enotum*] Augustanus delet *et sua*, supra: 'Ita ab adolescentia vitam instituisse.' *Putsch.*

*Virtute, non malitia P. Scipioni summo viro plac.*] Incerta est distinctio, sitne dictum, *virtute et malitia*, ad priora referendum, an ad posteriora. Badius ad posteriora retulit, fortassis quod magis quis malitia placet, quam probetur: at ego puto æque malitia neminem placere, atque neminem probari. Ideoque ambiguum est. *Glarean.*

*Ob eandem artes a Micipsa*] Legendum, *artibus*. *Rivius.*

*Adherbalem dotis vitæ suæ insidiatum, quod ubi comperisset, ejus scelere obviam isse*] *Tò ejus*, non est in omnibus vetustis, et additionem mihi videtur, ut et alia pleraque: sed in manuscriptis quibusdam est tamen. Porro *obviam ire*, hic est resistere: sic Cicero, 'malorum conatibus obviam ire' dixit. *Idem.*

*Neque recte, neque pro bono facturum*] Apulejus Apolog. 2. 'Si hæc reprensus, formæ aut divitiarum gratia,

me ad aliam conditionem reservarem; neque pro amico, neque pro Philosopho facturam.' *Claudian.*

*Postremo de omnibus rebus legatos Romanum brevi ac esse missurum*] In manuscriptis hæc duæ voces, *se esse*, desunt. An autem elegantius absint, aliorum esto judicium. *Rivinus.*

*CAP. 23 Neque propter naturam loci*] Manuscriptum, *neque propter loci naturam*: quomodo et ex impressis quedam: *Morseburgense* vero, *neque per loci naturam*; ut sit sensus, *Locum naturam obstat*, quo minus expugnare *Cirtim* posset. *Idem.*

*Vallo, atque fossa*] Erat duplex oppugnatio urbium apud antiquos, subita et diuturna. Subita oppugnatio est, cum impetu, nec circumvallatione adhibita, incurrunt. Ad hanc rem corona primum usi ad terrenum, aut claudendum, sed etiam ad distinguendam. Et hæc corona modo duplex, modo triplex erat, prout res exigebat. *Josephus* dicit urbem *Jotapatam* duplici peditum corona cinctam fuisse, et tertiam seriem Equitum exterioris positam fuisse. Bonus ordo: notate. Introrsum pedites, quorum invadere; extrorsum equites, quorum inspicere et tæri. Et eminus quidem series ita duplex aut triplex; sed cum appropinquabant, ratio vult magis arctatas, multiplicatasque item fuisse, in gyro scilicet acedue angustiore. Hoc etiam amplius addendum, primos ordines peditum acutatorum gravioraque fuisse, qui cominus assultarent, invaderentque: retrorsam leves aut velites, ut funditores, sagittarios, qui eminus pellerent telis, et deturbarent pugnatores. Porro, ubi diuturna erat obsidio, fossam præducebant, vallum consuebant. Fossa erat exterioris vallo præducta. Sic enim ab ipsa re dicebant, 'Præducere fossam,' et 'deprimere fossam,' itemque 'percutere.' Ea fossa lata plurimum 8 pedes, et totidem alta: alii tamen

adagent. Non raro duplex fossa; ut et duplex vallum legitur, majoris firmitatis aut tutelæ causa. Hanc accincti fodiebant. *Vallum*, est aggestus e terra et audibus, ad labrum interioris fossæ velat murus. Dnas igitur ejus partes: *Agger* et *Sudes*. *Agger* est ipsa terra, cum cespites circumcidantur e terra, et ex illis velut murus instruitur, altus 8 pedibus supra terram. Cespes fiebat altus semissem, latus pedem, longus pedem semis: nam nec temere aut pro arbitrio hunc excindere liceat, sed omnia ad normam. Si terra solutior, ut ad similitudinem lateris cespes non posset abscindi; tum sane aut fossa præducebatur, cujus intrinsecus agger excrecebat; aut sepiibus ductis, vel interpositis stipitibus, ramisque arborum, ne terra facilis dilabatur, agger erigebatur. Altus ille sæpe 10 pedes, totidemque latus. *Sudes*, qui proprie valli, et inde compositum ex utroque dixerunt *Vallum*: nam *Vallum* et *Sudes* idem sunt *Servio*. Magis prisce dixerunt et *Suros*: inde *Surculi*, et *Creditorum* *Ennio*, vallum crebris suris, id est, palis munitum. *Sudium* tamen vox creberrima. *Sudes* erant ex quocunq; et obvio ligno, robusto tamen, cum daretur: ex robore eas facit *Valerius*, ex acere *Propertius*. In oppidis etiam istæ *sudes*. *Sudium* forma: non fuerant ex æquabili et simplici ligno, sed habuerunt duas eminentias, et velut cornua, aut tres, aut quatuor, id est, ramos in majori stipite, qui recisi, ut cornua eminebant: tales præsertim in summo erant. *Studiöse* acutæ fuerant illæ eminentiæ vallorum, ne quis facile possit apprehendendo evellere, lubrico scilicet ligno: et contra transgressum et transcensum. Itaque longiusculos fuisse oportuit hos vallos; cum pars in terram diffugeretur, firmamenti causa; et pars emineret; etsi implexos et devinctos inter se etiam fuisse aciam. Valli

modus parte una 2017 pedum, altera plusculo major 2050. *Lipsius.*

*Ad virtutem arripere*] In manuscriptis est, *erigere*: sed et prior lectio mihi placet: nam et alibi Sallustius, 'Eos non paulum,' inquit, 'oratione sua Marius arrepperat.' *Rivius.*

*Ad virtutem erigere*] Revocavi scriptorū omnium scriptorū editionūque veterum, quorum nullus agnoscit Carrionis *arripere*. Gruterus.

*Bellum non posse trahi*] In manuscriptis et aliis, *bellum trahi non posse*. *Rivius.*

CAP. 24 *Litteræ Adherbalis in senatu recitatae sunt*] Sunt non est in manuscriptis neque ceteris vetustioribus. *Idem.*

*Sæpe ad vos oratum mitto*] Vaticanus, *sæpe vos oratum mitto*, pro vulgato, *ad vos*: deinde; *Micipæ patris beneficia*, omisso vulgari *mei*: *an fame acris urgear incertum est*, ubi vulgati *incertus sum*: forte delendum *est*. *Putschius.*

*Quem tanta libido extinguendi me invasit*] Sic in cunctis; alioqui suspicari possis *Extinguendi mei* legendum, ut videlicet vocales concurrentes locum erroris fecerint: sed nihil immuto. *Rivius.*

*Plura de Jugurtha scribere dehortatur me fortuna mea*] *Tò me*, licet in Fabriciano sit, non reperi tamen in aliis vetustioribus: ac elegantius abesse poterit, nullo sensu detrimento. *Idem.*

*Nisi tamen intelligo*] *Nisi* valet *sed*, quomodo idem locutus c. 67. 'Nisi, quod illi in tanto malo turpis vita integra fama potior fuit, improbus, instabilisque videtur.' Et 'Nisi tamen resp. pariter ac sævisimo imperio bene atque decore gesta.' Sic et ab aliis usurpatur; dixit enim Cicero epist. l. l. XIII. ad Memmium: 'Nisi tamen multo minus tibi concedi potest:' et ibidem, epist. 73. 'De re nihil poseum judicare: nisi illud mihi certo persuadeo, te talem virum

nihil temere fecisse:' et ad Atticum epist. 14. l. v. 'Nisi tamen id erit mihi gratissimum:' et ad eundem epist. 6. l. XI. 'Nisi illud erat infinitum:' et ibidem, epist. 23. 'Nisi illud quidem mutari non video posse:' et ad Hirtium l. IX. apud Nonium: 'Dicis, quid quæso istuc intererat? nescio: nisi tamen id erat mihi jucundum.' Item in oratione pro Sex. Roscio: 'Quid erat, quod Capitonem prius nunciavit, nescio: nisi hoc video, Capitonem in his bonis esse socium.' Et Plautus in Epidico, act. II. 'Si placebit, utimur Consilium: si non placebit, reperitote rectius. Mihi istuc nec seritur nec metitur: nisi ea, quæ vis, volo.' Et in Persa act. II. 'Dii deique te omnes perdant, Nisi hodie, si prehendero, defigam in terram colaphis.' Et in Stichus act. I. sc. 2. 'Miror, quid siet: Nisi ut periculum fiat, visam quid velit.' Et Terentius in Andria act. IV. sc. 1. 'Nescio; Nisi mihi deos fuisse iratos scio, qui auscultaverim.' Quo in loco Donatum fæde errasse, mihi videtur, mutilum locum esse existimans; hæc enim dicit: 'Deest Quia; ut sit, Nisi quia.' Et Euanth. act. III. sc. 4. 'Nequeo satis mirari, neque conjicere; Nisi, quicquid est, procul hinc libet prius, quid sit, sciscitari.' Et act. V. sc. 1. 'Nescio, nisi amasse credo Pamphilam.' Et act. V. sc. 6. 'Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum, Nisi quia necesse fuit hoc facere, id gaudere.' Et Heaut. act. II. sc. 2. 'Joco an serio, illæc dicat, nescio: nisi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.' Et act. IV. sc. 1. 'Nisi aliquid video, ne esse amicam hanc gnati resciscat senex.' Et Adelph. act. I. sc. 2. 'dixit velle uxorem ducere: Sperabam jam deferuisse adolescentiam: Gaudēbam: ecce autem de integro: nisi quidquid est Volo scire, atque hominem convenire.' Et act. IV. sc. 3. 'Nequeo satis decer-

nerē : Nisi me credo huic esse natum rei ferendis miseris :’ quo in loco male Donatus. Et act. iv. sc. 5. ‘Nescio, nisi quia tam misere hoc cupio esse verum, eo vereor magis.’ Et Phormione act. iiii. sc. 1. ‘Nescio, nisi Phœdria haud cessavit pro te emiti.’ Et act. v. sc. 7. ‘Nescio, nisi me dixisse nemini, id certo scio.’ Et Hecyra act. i. sc. 2. ‘Quid egerint inter se, nondum etiam scio : nisi sane curæ est, quorsum eventurum hoc siet.’ Et act. ii. sc. 3. ‘Nec qui hoc mihi eveniat scio : Nisi pol filium multis modis jam exspecto ut redeat domum.’ Gellius quoque x. 12. ‘Item aliud, inquit, quod hercle an ponerem, dubitavi, ita est deridicula vanitatis, nisi idcirco plane posui, quod oportuit nos dicere.’ Et Plinius xxxv. 11. ‘Nisi accitus a rege,’ &c. sic enim legendum ex omnibus antiquis libris ; non, ut in per-vulgatis, *Sed*. De Græcis autem Aristophanes : *Ἐδ τος λέγειν ἔμοργε φα-ροῦθον ἄδων, ἢ λῆθ ἐν μέσων δέδουκα Μανθῆς*.

*Supra quam ego sum*] Non me tantum Jugurtha petit, sed quod majus est; totius Numidiæ, et fortasse totius Africae regnum : nec sperat, se posse et meo regno potiri, et vobis amicum esse ; quare nemini dubium est, quin ipse, spreta amicitia vestra, etiam vobis invitis meum regnum realit. Et hoc est quod dicit hisce verbis : ‘utrum gravius existimet, nemini occultum est :’ id est, omnes sciant, utrum gravius esse sibi putet Jugurtha, non posse, videlicet, sperare amicitiam vestram, an non posse sperare regnum meum. Nam patam est, eam gravius putare, non habere regnum meum, quam amicitiam vestram. *Cast.*

*Utrum gravius existimet*] Omnino legendum *utrum gravius existimet*. Cæsar l. vii. ‘hæc si gravia aut acerba videantur, multo illa gravius estimari debere :’ et lib. iiii. de Bello civili,

‘Leviusque tempestatis quam clavis periculum estimaverant.’ Sic enim legitur in manuscriptis exemplaribus, non, *existimaverunt*. Ciaccon.

*Imperatorem Numidis possitatis*] In Catil. ‘Lacedæmonii, devictis Atheniensibus, triginta viros imposuere.’ *Idem*.

*Nam ego quidem*] Servius Fuldano ad i. *Æneidos* melius sic citat : ‘Nam ego quidem vellem, et hæc quam scribo, et illa quam antea in Senatu questus sum, vana ferrent potius, quam miseriam meam verbis fidem.’ Videtur posse legi, *vana fore potius, quam miseriam meam verbis fidem facere*. Putsch.

*Quam miseria mea fidem verbis faceret*] In nonnullis est : *vobis faceret*. sed alterum, quod in manuscriptis quoque est, magis probarim : pro, ad credendum mihi vos impelleret : seu, ad habendam fidem verbis meis induceret. *Rivius*.

*Ut Jugurtha scelera ostentui eorum*] Id est, ut ostenderem : alias, ut ostentarem. Infra : ‘Illa deditiois signa ostentui credere :’ licet paulo diversiore significato. Tacit. xii. ‘Auribus decisis vivere jabet, ostentui clementiæ suæ.’ Et xv. ‘Itarum Tridatem ostentui gentibus, quanto minus quam captivum.’ Et, ‘Ore ac membris in eum pallorem albertibus, ut ostentui esset multum vitalis spiritus egestum.’ Est ergo, *Ut in me Jugurtha scelera ostenderentur*. Ciaccon.

*Tantummodo inimici imperium et cruciatus corporis deprecor*] Hæc nimis vera lectio est : quamvis in Beroaldino sit, *cruciatus corporis ut eorundem deprecor*. Fuit, credo, qui non intellexerit elegantem usum verbi *deprecor*, is ea quæ supersunt adjecte de suo : atque hoc deinde forte e spatio irrepsit in contextum. *Rivius*.

CAP. 25 *Et quam primum Adherbati subveniendum*] *Td os*, in duobus manuscriptis non erat. *Idem*.

*Interim de Jugurtha consuleretur*] Sic in manuscriptis; nisi quod in Fabriciano τὸ ὄντι, quod Gymnicus habet, additum in spatio erat. *Idem.*

*Summa ope enim est, ne tale decretum fieret*] In aliis, *summa ope enim, omisso verbo substantivo, et sic codices in membrana descripti. Idem.*

*Sed ab iisdem illis fautoribus regis summa ope enisum est*] *Enisum est, dixit passive, tanquam enisor esset passivum, ut supra: interpretatum ab interprete. Glarean.*

*Legantur tamen in Africam majores natu nobiles, amplius honoribus usi*] *Legendum amplius honoribus; id quod frequens est apud Ciceronem. Operarum incuria hoc mendum irrepsit; quamvis eodem modo codex Basilienis. Rivius.*

*In quis fuit M. Scaurus*] In aliis, *M. Scaurus Scaurus. In quis, pro inter quos dixit: est enim Græcismus, quomodo in Lælio Tullius, 'nisi in bonis amicitiam esse non posse,' pro inter bonos. Idem.*

*M. Scaurus*] Vide et de eo Valerium Maximum non uno in loco, et S. Aurelium Victorem, sive quisquis Scriptor ille de Viris Illustribus, qui Cornelius Nepos eo credi solet, quia Nepotis nobis Epitomen dedit. Hominem fuisse sapientem, et tectum gravitate multa; et naturali quadam auctoritate pollentem, Tullius auctor est in Bruto, ubi et Historiam de Vita sua scripsisse ait ad L. Fufidium, quicum arcta ei amicitia erat. Verba sunt Ciceronis illa: 'hujus et orationes sunt, et tres ad L. Fufidium libri scripti de vita ipsius acta: sane utiles, quos nemo legit: at Cyri vitam, et disciplinam legunt, præclaram illam quidem, sed neque tam rebus nostris aptam, nec tamen Scauri laudibus antependendam.' Meminit et Valerius l. iv. Plinius, Tacitus, alii. *Voss.*

*De quo supra memoravimus*] C. 15.

*Et tum in Senatu princeps*] Manu-

scripta duo: *Senatus princeps.* Quamquam utrunque recte, et utroque modo Cicero loquitur. Sed et in inscriptione quadam Arimini, *PRINCEPS IN SENATU*, legitur: ubi alias fore, *Princeps Senatus.* Livius: 'Princeps,' inquit, 'Senatus tertium lectus P. Scipio Africanus.' Hoc genus honoris, ut in Africani vita testatur Plutarchus, iis tantum deferri consuevit, qui auctoritatem et gloriam maximis in remp. meritis, præstantissimisque rebus gestis essent consecuti. *Rivius.*

*Utica*] Punicarum in Africa urbium, si Carthaginem demas, nulli cedit Utica. Sexaginta autem stadiis a Carthagine distabat, ut testatur Appianus; nempe versus occasum. Stephanus eam scribit Tyriorum coloniam fuisse. Quod et Justinus affirmat libro xviii. 'Cum et opibus et multitudine Tyrii abundarent, missa in Africam juventute, Uticam condidere.' Itaque de antiquitate gloriabatur non parum; quin et eo nomine Carthagini præferebatur. Silius Italicus lib. iii. 'Proxima Sidonibus Utica est effusa manipulis, Priaca situ, Veterisque ante arces condita Byræ.' Aristoteles in libro mirabilium: τῆς δὲ Λιβύης ἐν Ἰτῆκι καλουμένη, ἢ αἰτίαι μὲν, ὅς λέγουσιν, ἐν τῇ κόλπῃ τῇ μεταξὺ Ἐρυθρίας καὶ τῆς Ἰσπύου ἕκρας, ἐπίκειρα δὲ Καρχηδόνος ὡς σταθίους διακοσίου. ἢ καὶ πρότερον κτισθῆναι λέγεται ἀπὸ τῆς Καρχηδόνος ἕκρας διακοσίου ὀδοσκοποῦντα ἐπὶ τὰ, ὡς ἀναγράφεται ἐν ταῖς θουακίαις Ἰουαίαις. Id est: *In Libye Utica, quam vocant, quam in sinu sitam esse sicut inter Mercurii et Hippo promontoria, ultra Carthaginem stadiis fere ducentis, atque annis CCLXXXVII. ante Carthaginem esse conditam, ut in Phœnicis historiis scriptum legitur.* Vellejus Paternulus circa Codri tempora, qui Sauli fait æqualis, Tyrios paucis annis post Gades Uticam condidisse refert. Urbi igitur tam vetustæ nomen fecit ipsa antiquitas. Utica enim vel Ityca Punice Ἰτῆκι, Itica, id est,

prisea dicebatur. *Bochart.* Qui nunc locus a Barbaris Manachares appellatur. *D. Marius Niger.*

*Utica adpulsi*] Utica igitur in Romana erat provincia, quam accedere postea Jugurtham jusserunt Legati. *Glar.*

*Seque ad eum ab senatu missus*] In manuscriptis est omissa conjunctio, *se ad eum, &c.* quomodo et in impresis vetustioribus. *Rivius.*

*Porro animus cæcus cupidine, ad inceptum æctus rapietur*] Manuscripta duo, *rapietur*; ut subaudias *Jugurtham*; sed utrum rectius, aliorum este judicium: nam ego mihi non liquere fateor. *Paollo inferius. Rivius.*

*Casum*] Pro occasione dixit. Sic infra: 'Fortunam illis præclari facinoris casum dare.' Et Tacit. l. vi. 'Tuæ distractis Orientis viribus, et quoniam inclinarent incertis; casus Mithridati datus est occupandi Armeniam vi militum.' *Ciacconius.*

*Adherbali potiretur*] V. c. *Adherbale*, et ita legit *Servius*; licet pro *conveniret*, habeat, *videret*: *Nomius* tamen, *conveniret*, ut vulgatae editiones. *Ursinus.*

*Ac tantæ senatus verbis minæ graeco nunciabatur*] Sic in vetustis; ac si quid ego judico, elegantius adjectivum sequitur. Porro *senatus verbis*, pro *Nomine senatus* dixit. *Rivius.*

*Quod ab oppugnatione non desisteret*] Sine præpositione dixit lib. *Histor.* ii. 'ut actione desisteret.' Et *Terent.* *Phormione*, 'Quid vis tibi dari in manna, herus his desistat litibus.' *Ciacconius.*

*Quod ab oppugnatione non desisteret*] In manuscripto quodam est præpositio omissa, quomodo *Virgil.* 'Mene incepto desistere victam.' Sed præpositionem addas, nec ne, parum sane refert. *Cæsar*, 'oppugnatione destitit,' inquit. *Cicero*: 'Quasi destiterim pristina causa.' Sic *Cæsar*, 'consilio desistere.' 'itinere desistere' dicit. *Cicero* præpositionem interdum addit, 'ut ab illa mento desisteret.' I-

tem, 'Cur abj a causa desistere necesse esset.' *Rivius.*

*CAP. 26 Italici*] Quos supra *Jug. c. 21. togatos* dixerat. Quæras unde illic *Italici*? Respondeo, ex provincia post divisionem regni per legatos, quasi pro præsidio impositi. *Bad.*

*Italici*] *Italicos* vel pro Romanis sumpit, vel pro iis, qui in Provincia *Italici* nominis erant. Alioquin inter cives Romanos, Latinos, et *Italicos* erat differentia. Quippe Latinos *Latii* incolas, populi Romani federatos, jure Latii donatos ex antiquitate liquet: sic *Italicos* reliquos ad Rubiconem *Italiam* habitatores, populi Rom. Federatos, jure Italico præditos commode definiri posse cenemus. *Italiam* enim domicilium eos accevit a Gallis et Provincialibus: federis communio ab iis, vel civibus Romanis, vel peregrinis et exteris, qui quacunque de causa in *Italiam* oppidis versarentur: jus *Italicum* ab iis *Italia*, qui tum *Italiam* tenerent, non jure tamen *Italico* fruebantur. *Italico*rum porro numerum expleverunt ad mare *Tyrrhenam* trans *Tiberim* *Etrusci*, quod *Latinos* ultra *Lirim* *Campani*, *Lucani*, in *Siculo* *Brutti*, in *Ionio* *Messapii*, et *Sallentini*, ad *Adriaticam* *Apuli*, *Frentani*, *Picentes*, et *Senones*: *Mediterranei*; *Umbri*, *Sabini*, *Marsi*, *Vestini*, *Marrucini*, *Peligni*, et *Samnites*. *Sigon.*

*Italici*] Hic vel pro quibuscumque Latinis Romanisque sumuntur: vel pro iis, qui ad Imperium Romanam in Provincia *Africana* pertinent.

*Adherbali suadent, uti sese et oppidum Jugurtha tradat*] Manuscripta, *ut seque et oppidum*. Hic est peculiaris fere loquendi mos *Historicorum* et *Comicorum*. *Sallustius* postea: 'Aqua modo seque et jumenta onerare.' Idem, 'Phileæni conditione probata, seque vitamque suam reip. condonare.' Idem in *Catilin.* 'Æquitate seque et remp. curabant.' *Rivius.*

*Si interseretur*] *Fabricianum*, *adverseretur*; quod antiquitatem magis



redolet, quam nuce observat Crispus. *Idem.*

*Jugurtha in primis Adherbalem exortatum necat*] Fabricianum, *Igitur Jugurtha in primis, &c.* Perperam hoc in impressis omissum videtur, cum mire interim ad sententiam faciat: quamvis non sit in Merseburgensi atque aliis. *Idem.*

*CAP. 27. Et res in senatu agitari cepit*] *Manuscripta, agitari cepta.* Quamquam idem est utrobique sensus. Cicero in Bruto; 'Qua in urbe primum litteris oratio est cepta mandari: pro cepit; et III. de Oratore, 'Post adhiberi cepta est ad ornatum etiam et dignitatem.' Livius III. ab U. C. 'Sed contemni,' inquit, 'cepi erant a finitimis populis: pro ceperant. Idem.

*Memmius*] Is est, qui postea, cum peteret consulatum, a Saturnino tribuno plebis fuit interemptus, ut Livius l. LXIX. Cicero in Oratione IV. in Catilinam, Orosius v. 17. Florus III. et Appianus Bellorum civilium l. I. literis mandarunt. Fuit Memmius mediocris orator, ut ait Cicero in Bruto. *Cast.*

*Uti per paucos factionos, Jugurthæ scelus condonaretur*] Sic et manuscripti codices, et ceteri vetustiores; atque ita mollius est. Quam duriter enim et aspere conerunt, *fuctionos scelus!* Hoc quamvis leve, non tamen prætereundum esse duxi. *Rivius.*

*Prolatandis consultationibus*] Fulvii liber, *Prolatandis*, quo modo item c. 43. Catilin. idque magis olet antiquitatem. *Manutius.*

*Prolatandis consultationibus*] Ita legendum, non ut alii volunt: *Prolatandis consultationibus.* Sallustius in Catilinario: 'illos dubitando, et dies prolatando magnas opportunitates corrumpere.' Idem in oratione Philippi, libro Historiarum primo: 'Non prolatandis seditionibus, inquit ipse, nos in solitudine retineas.' Livius l. II. ab U. C. 'prolatandis igitur comitiis cum magistratu dictator abisset,

res ad interregnum rediit.' *Poppo.*

*Prolatandis consultationibus*] Sic quoque Mss. Pall. ideoque minime admittendum aliorum, *proletandis*. Gruterus.

*Lege Sempronia*] Singulis annis senatus futuris Coss. duas provincias decernebat: eas creati Coss. sortiebantur, aut inter se comparabant. Hoc factum fuit lege a Sempronio Graccho de ea re lata. Cic. in orat. de provinc. Coss. 'decernendæ nobis sunt lege Sempronia duæ provincie.' *Ciacc.* Videndus Festus in *Parare*. Ursinus.

*Lege Sempronia*] Quæ sit illa lex, mihi non constat: nec satis faciunt Commentarii, quorum alter ait: 'Sempronius Gracchus legem tulerat, ut Italia et Numidia provincie per Coss. regerentur.' Badius autem: 'Sempronium legem tulisse,' inquit, 'ut si quando bellum timeretur, Coss. futuri in provincias destinarentur: hæc ille. Atqui magis sollicitum me tenet, quomodo Memmius, designatus tantum Tribunus, populum edocuerit, per nobilium avaritiam Jugurthæ scelus condonari; num concione advocata, an per alias technas? Ac idem illud cum ait, *Coss. que declarati*: quid illud *declarati*, proprie hoc loco significet? nam *designati*, id est, in futurum annum pronuntiat, quod Badius exponit, non placet, cum statim hic Consul in Africam proficiscatur; neque vero ante initum magistratum in provincias ire consueverunt. Et ipse Calpurnius non ita multo post Romam ad magistratus rogandos proficiscitur. Fieri potest, ut non integris annis, sed dimidiatis (quod quidam scriptis prodidere) ante designarentur, quam inirent magistratus. *Glaucanus.*

*Provincia futuris consulibus Numidia atque Italia decreta sunt, consulesque declarati sunt P. Scipio Nasica, &c.]* Tò sunt neutroque habent codices manuscripti: et irrepsisse ex glossa videtur. Sed et *consules*, ibi nulla ad-

dita conjunctione, legitur: *Rivius*.

*L. Bestia Calpurnius*] V. c. non habet nomen *Calpurnius*, quod videri potest adjectam ab aliquo, vel certe scribendam *L. Calpurnius Bestia*. *Ursinus*.

*CAP. 28 Quippe cui Roma omnia venum ire, in animo haerent*] *Livius* l. III. 'legem fecerunt, ut liberi libertæque venum irent.' *Tacit. veno* dixit l. XIV. 'et postea veno, irritamenta luxus:' et l. XIII. 'nisi in his quo veno exercerent.' *Clacc.* V. c. habet, *omnia venire*. *Ursinus*.

*Quippe cui Roma omnia venum ire in animo haerent*] *Manuscripta* duo *venire* habent; sed vulgata lectio melior, *venum ire*. Id enim est, quod et initio dixit, et post repetit, 'Omnia Romæ venalia esse.' Itaque permagnam Jugurthæ in avaritia nobilitatis, et in pecunia sua spem habebat. *Rivius*.

*Cui Roma omnia venire in animo haerent*] Nescio cur ab hac lectione abhorreat *Rivius*, nixæ duobus ejus *Mss.* extat sane etiam in *Pall.* selectioribus: ideoque ejeçi, *venum ire*. *Græterus*.

*Ut omnibus mortalis pecunia aggrediantur*] In quibusdam, *omnibus mortalibus nisi pecunia aggrediantur*: ut sit *ὄντις βαρῶν*, legitimo dictionum ordine mutato, quomodo *Cicero*, 'Vix ut intelligantur,' inquit, pro, ut *vix*. Sed et *Sallustius* postea, 'Alii signo dato locum uti desererent.' Tametsi, ne quid diastemem, in *manuscriptis* non est ut, rectiusque subaudiendum videtur: nec est eo in exemplari quod *Ascensius* excudit, castigavit *Alcander*. *Rivius*.

*Nisi regnum ipsonque deditum venissent*] In aliis, *ni regnum*. *Idem*.

*Italia decederent*] Duo sunt de Legatis, quæ ad jus gentium referri passim videmus; prius, ut admittantur, deinde ne violentur. De priorè locus est *Livii*, ubi *Haanno* Senator *Carthaginiensis* in *Annibalem* suo in-

vehitar: 'Legatos ab sociis, et pro sociis venientes, bonus imperator noster, in castra non admisit: jus gentium sustulit.' Quod tamen non ita crude intelligendum est: non enim omnes admitti præcipit gentium jus: sed vetat sine causâ rejci. Causa potest esse, ex eo qui mittit, ex eo qui mittitur, ex eo ob quod mittitur. Sic ex eo qui mittit, *Senatus Romanus* negavit, se *Carthaginiensium* legationem admittere posse, quorum exercitus esset in Italia. Secundo, ex eo qui mittitur, exemplum est in *Theodoro*, qui *ἀθεος* vocabatur, quem a *Ptolemæo* ad se missum audire *Lysimachus* noluit. Tertium ubi causa mittendi suspecta aut odiosa est. Ita *Jugurthæ* legatis edictum intra decem dies *Italiam* finibus excederent, ni regnum et regem deditum venissent: Optimo itaque jure etiam rejci possunt, quæ nunc in usu sunt legationes assidue, quibus quam non sit opus, docet mos antiquus, cui tales legationes plane ignotæ fuerunt. *Grot. de jur. Bell. et Pac. II. 18.*

*Illi infectis rebus ita domum reversi sunt*] *Concinnius* duo libri: *Ita illi infectis rebus domum reversi sunt*. Sic supra *Catilina*: 'Ita illi janua prohibiti tantum facinus frustra susceperant.' Sic infra ex scripto legend. 'Ita *Jugurthæ* spes frustrata, qui copias in quatuor partes distribuerat.' *Putach*.

*Ita infectis rebus illi domum discedunt*] Sic *Mss.* sic impressi omnes etiam *Aldini*: ut mirer unde invehit editioni suæ *Carrio*, *illi infectis rebus ita domum reversi sunt*. Ad hunc tamen alii deinceps constantissime secuti, luscum ducem cæci: quibus tamen de se si creditur ip-sis, omnes excussæ membranæ, omnes editiones: tam quidem super-titione, ut plus de auctore nostro meriti sint, quam de *Thesæo* extractio ab inferis ipsemet *Hercules*. *Græterus*.

*Interim Calpurnius parato exercitu*

*legit sibi homines nobiles, factionos*] In Fabriciano est, *legat sibi*: quomodo et exemplar habet Merseburgense, a verbo *legare*; quemadmodum Cicero sæpe; velut: 'Dolabella me sibi legavit,' et 'Cæsar Cassium sibi legavit.' Item: 'Ego me a Pompejo legari ita sum passus, ut,' &c. Item, 'Isti quos legatos tute tibi legasti:' et; 'Ne legaretur A. Gabinus C. Pompeio expetenti.' Facilis autem et proclivis error fuit, unius immutatione litteræ. Quod ad *ἑρδογραφίας* attinet, legunt alii *Calphurnius*, addito Spiritu. Sed Volateranus alterum magis probat: quicum origo ipsa nominis facit: nam Plutarchus in vita Numæ ἀρὸ τοῦ κάλως, qui fuerint e Numæ liberia, τοὺς Κάλωρ-*vlovs* dictos putat. *Rivius*.

*Legat sibi, &c.*] Id est, legatos sibi assumit. Erant autem Legati, qui singulis legionibus præerant: erantque plerumque prætera functi. *Cicco*.

*Munita fore*] Quid si legas *Impunita fore*. Id certo sensus ipse respondere non videtur, quamvis reclamantibus exemplaribus. Nisi *munita* positum dicas, pro, Velut præsidio quodam confirmata, et quasi intantum collocata. Sed et supra: 'C.' (inquit) 'Bæbium tribunum plebis magna mercede parat, cujus impudentia contra jus et injurias omnes munitus foret:' pro, Armatus et quasi septus atque vallatus. *Rivius*,

*De cuius natura et habitu supra memoravimus*] Supra capite 15. Sed ibi nihil de habitu. *Cicconius*.

*Belli haud ignarus, firmissimus contra pericula*] Sic et exemplar manuscriptum: *prp, constans et intrepidus*: licet in nonnullis, *fortissimus contra pericula* reperiat. *Rivius*.

*Rhegium*] Urbs in litore Calabriae e regione Messanae, secundum alios in Brutiis sita, quibus ego me conjungere malim: quanquam Siciliae urbæ D. Hieronymo in locis Hebraicis. Hanc Strabo conditam a Chal-

cidepsibus, et a Dionysio rege solo æquatam, et a Dionysio juniore ejus partem restauratam scribit, et Phœbeiam appellatam. Aschenas olim diotam docet ex Josepho Gabriel Barrius. Idem addit eam ab Antiocho apud Halicarnasæum Posidoniam sive Neptuniam appellatam. Probus Grammaticus in vita Virgiliti dicit ex Catonis originibus incolas Taurocinos a flumine præterfluente nominatos. Hujus descriptionem lege 12. Variar. apud Cassiodorum. Hodie Rezzo vocatur Leandro teste. *Ortel.*

*Atque inde Siciliam*] Omittit aliquando præpositiones Sallustius in provinciarum nominibus, additque urbibus, quod Cic. etiam et alii faciunt: sed maxime omnium Tacit. ut *Annal.* 1. 'Et comite uno Fabio Maximo Planasiam ventam:' et lib. vii. 'Samum trajecerunt.' *Ciccon*.

*Porro ex Sicilia in Africam transsecta sunt*] Sallustius addit hic præpositionem, quam in verbis quæ præcedunt, omisit, cum dixit: 'Per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam.' Sic Tacitus l. 1. 'Et comite uno Fabio Maximo Planasiam ventam;' et l. vii. 'Samum trajecerant.' Quod vero sequitur, *pugnando cepit*, id pertinet ad antiquam formulam, de qua alibi diximus. *Ursinus*.

*Sicilia*] Quæ et Sicania et Trinacria: aut Triquetra, Plinio teste. Trinacria eam vocat Ovid. *Fastor.* l. iv. *Triquetra* habet Dionys. *Alexandr.* et *Ἰσπανία* Suidas, nisi vitiosus sit codex, quo nomine etiam ejusdem insulae urbem habet Diodorus Sic. Insula autem maris Mediterranei est celeberrima. Cycloperum terram eam Homerus nominat: Tricervicem Lycophron, et Tricaspidem Pindarus. Sed hæc potius Epitheta, quam Synonyma sunt. *Ortel.* Vid. et *Cluver.* de Sicil.

*In Africam transsecta sunt*] Td sunt in Mas. non est. *Rivius*.

*In initio parotis commentibus*] Ma-

manuscripta non habent additum præpositivum in: quomodo et Cicero frequenter, ut in epistolis, 'Quemadmodum scnatius initio censuit:' et iterum, 'Redeo ad illud quod initio scripsi.' Item alibi, 'Iste qui initio proditor fuit, deinde perfuga.' Sic et alias. *Idem.*

*Acriter Numidiam invicemus est*] In quibusdam aggressus est, pro invasit: sed prior lectio est in manuscriptis. *Idem.*

*Multos mortales et urbes aliquot pugnando cepit*] Legendum *mortales* nam sic fore Sallustius. Porro peccare est historicis *mortales* dicere, pro hominibus; neque id adeo est apud oratores frequens: verum historici et verbis et figuris Poëticæ licentiæ æpenumero utantur, locutionibusque et dicendi modis non perinde aliis scriptoribus usatis. Hinc *prolepsis* apud illos pro prole, vox ab ultimis repetita temporibus, ut Fabius inquit. *Tempestas*, pro Tempore. Hinc illudque geminatum, velut 'Meque regnumque meum.' Hinc *τέρας* illa modi, 'festinare,' 'parare,' 'alius alium hortari,' 'hostibus obviam ire,' pro festinantibus, parabant, &c. Hinc ellipsis verbi substantivi sæpe ac aliorum. Hinc frequens Synecdoche, ceteraque hoc genus pleraque, ut *arma*, pro bello. Tacitus, 'Et unum militem, quo tam civillum armorum partem,' pro civillis belli. *Idem.*

*Cap. 29 Ceterum socius et minister omnium consiliorum admittitur Socurus*] In manuscriptis est, *socius et administrator*: quomodo Cicero, 'Timarchides omnium rerum transactor et administrator:' et alibi, 'Administri et satellites Sex. Nævii.' Vocat autem *administrum* Sallustius participem negotii, et adiutorem in re agenda. *Idem.*

*De omnibus factionibus præsens agere*] Vocem *factionibus* otiosam puto. *Cinecomius.*

*Statuit cum eis de omnibus factioni-*

*bus præsens agere*] In manuscripto quodam *agitare* legitur: ac solet plerumque frequentativo Sallustius pro perfecto uti. *Rivius.*

*Ceterum interea fidei causa mittitur*] *Infra*: 'Non possum fidelis causa imagines, &c. ostentare.' *Ciac.*

*Vacca*] Oppidum insignis Numidarum: etiam in Lusitania Urbs ejusdem nominis est, quæ forsitan hujus Vaccæ fuit Colonia. Cujus meminit alibi Plinius. Etiam Vacca flavius medio inter Durium et Mundam intervallo in mare influit: quemadmodum et Munda parvas habens navigationes, ut Strabo ait. Vaccæorum quoque populorum præter Plinium etiam Livius meminit, quippe L. Posthumium in Hispania ulteriore bis cum Vaccæis egregie pugnasse, et ad xxxv. milia hominum occidisse tradit. *Reverd. de Antiq. Lusit.*

*De incidia sui facti*] Manuscripta *facti sui*, ut sequatur pronomen, atque id nimirum rectius. *Rivius.*

*Deinde postero die*] Manuscripta, *dein. Idem.*

*Per satiram*] Lactantius l. 21. 'Pescennius Festus in libris historiarum per satiram refert.' *Ciac.*

*Quasi per satiram legem, sententiis exquisitis, in deditionem accipitur*] Manuscripta, *quasi per satiram sententiis exquisitis*: ut subaudias *legem. Satiram* vero pro *satyram*: quomodo ubique *Sullam*, hic auctor, pro *Syllam*; nam *y* in *u* Latinis sæpe mutatur: unde in antiquis inscriptionibus, *Potucarpus* legitur, et *Pokundrion*: et *Ennius*, ut testatur Cicero, *Purrium* semper, nusquam *Pyrrhum*; *Phryges*, non *Phryges* dixit; quod ipsum antiqui declarant libri. Sed et Diomedes cum manuscripto facit, l. iii. nam quo loco docet veterib. *satyram* facinoris genus fuisse, variis reb. refertum, unde postea *satyra* nominata sit lex, quæ uno rogatu multa simul comprehendat, mox ibidem, 'Cajus,' inquit, 'legis Lucilius meminit in l.

‘ Per saturam ædilem factum qui legibus solvat:’ et Sallustius in Jugurtha, Dein quasi per saturam sententiis exquisitis, in deditiōem accipitur.’ Videsne, ut hic in citatione Diomedes legem omittat? Sed nec in Merseburgensi additur. Sex: quoque Pompejus eodem modo citat, quomodo in manuscriptis est. ‘ Satura,’ inquit, ‘ est cibi genus ex variis rebus conditum. Est et lex multis aliis conferta legibus. Itaque in sanctione legum adscribitur. NEVE PER SATURAM ABROGATO AUT DEROGATO.’ Annus Læscus in ea quam dixit adversus Tib. Gracchum: ‘ Imperium quod plebes per saturam dederat, id abrogatum est.’ Paulo post idem hoc e Jugurtha Sallustii exemplum affert. ‘ Dein postera die, quasi per saturam sententiis exquisitis in deditiōem accipitur.’ Quamquam hodie corrupte in exemplaribus hic locus apud Festum legitur. Sic autem *satura* sine addito substantivo dicitur, ut apud Fabium *civica*. ‘ Divus Augustus,’ inquit, ‘ cum ei Galli torquem aureum c. pondō dedissent, et Dolabella per jocum, tentans tamen joci sui eventum, dixisset, Imperator torque me dona: Malo te, inquit, *civica* donare:’ subauditur autem *coronis*. Sic apud Senecam de beneficiis v: Sunt et alia hujuscemodi pleraque, quæ sine substantivo addito ponantur; velut cum dicimus *tertiana*, *quartana*, *cotidiana*; deest enim febris. Sic *Tusulanum*, *Orculanum*, *Narniense*, subauditur *prædium*. Sed et absolute interdum *suilla*, *bubula*, *ferina* dicimus; ut subaudiatur, *caro*. Sic et *repetundarum damnatus* apud Vellejum; ubi deest substantivum *pecuniarum*. Sed ut ad *saturam* revertar. Quid si nihil ibi subaudias, sed simpliciter intelligas, ut verba sonant? Per *saturam exquisitis sententiis*, hoc est, Nullo ordine in sententiis exquirendis servato, nec ut seniores prius sententiam rogarentur, sed ut consuli

ipsi libuisset: quomodo Justinianus in præfatione quadam digestorum, ‘ sparsim et quasi per saturam collectum opus’ dicit; ‘ utili inutilibus mixto, maxima tamen parte inutilibus deputata,’ ut ipse inquit. Nam variarum rerum mixturam sparsim ac nullo ordine congestarum, *satyram* veteres appellabant. Mecum Alciatus facit. Neque admodum eorum probo opinionem, qui hic *saturam legem* intelligunt, quæ multas ipsas res complectatur, quemadmodum Jugurtha sit in deditiōem acceptus, sed multis præscriptis conditionibus, ut xxx. daret elephantos, pecus atque equos multos cum magno argenti pondere: nam sic fere et Erasmus Roterodamus, et Franciscus Philéplus. Verum prior sententia magis arridet: ut videlicet, per *saturam*, ad participium *exquisitis*, non ad verbum *accipitur*, pertinere judicemus. Rivinus.

*Satyram legem*] Dictionem, *legem*, sustulimus, veterum exemplarium auctoritate adducti. Manutius.

Dein postero die, quasi per saturam sententiis exquisitis, &c.] Sic Justinianus in præfatione quadam Digestorum: ‘ sparsim et quasi per saturam collectum opus dicit: utili inutilibus mixto, maxima tamen parte inutilibus deputata.’ Et Carisius l. ii. ‘ Omnia in se capit, quasi collecta per saturam’ (sic enim lego, non *collectam*), ‘ concessa sibi rerum varia potestate.’ Vide et Diomedem et Festum, a quo miror hunc Sallustii locum iisdem verbis in voce *Satura* recitari, ex L. Lælii oratione, quam pro se dixit; cum præul dubio Sallustii sit. Idem.

Per saturam] Lex porro Satyra lege Cæcilia et Dedia abrogata fuit, id quod Cicero in Orat. pro domo sua testatur: ‘ Decrevit,’ inquit, ‘ Senatus M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam et Deditiam lata essent, populum non tenere:’ et infra: ‘ Quæ est quasi alia vis, quæ sententia Cæciliæ legis, et Deditiæ, nisi hæc; ne

populo necesse sit in conjunctis rebus compluribus, aut id quod velit suscipere, aut id quod nolit reparare? *Popma.*

*Non cum parvo argenti pondere*] Vox non, abundat in meo libro. *Ciaccon.*

*Equi multi, cum parvo argenti pondere, Quætori traduntur*] Sic libuit restituere, suadentibus libris antiquissimis Naz. ac Com. Alii enim adherent editis, habentque, cum non parvo, &c.: quod cur hic admitti necesse sit, non video. *Gruterus.*

CAP. 30 *Romæ per omnes locos et contentus*] Legendum, per omnes. *Rivius.*

*Patres solliciti erant, probarentne*] *Tò erant* non est in scripto. *Putach.*

*Supra diximus*] Capite 27.

*Memmi*] De C. Memmio videndus Cicero in Bruto: et fortasse is est, ad quem pertinent denarii, cum inscriptione, C. MEMMIVS C. F. *Ursinus.*

*Ac potissimum ea dicam, quæ in concione*] Fortasse verbum *dicam* abundat. *Ciaccon.*

*Ac potissimum eam dicam, quam in concione post reditum Bestiæ*] *Fabrianum, ea dicam, quæ in concione, &c.* sic et aliud quoddam calamo scriptum. *Rivius.*

*Ac potissimum dicam quam in concione, &c.*] *Fulvii liber, Ea dicam quæ in concione:* nec displicet; nam, si legatur, *Eam dicam quam in concione,* non video, qui possit apte verbum, *Disseruit,* quod subsequitur, accommodari; quis enim probet hoc loquendi genus, *Orationem disserere?* liberum tamen cuique judicium relinquo. *Manut.*

*Ac potissimum eam dicam*] *Concinne legas? ac potissimum ea, quæ in concione.* *Putach.*

CAP. 31 *Multa me dehortantur a vobis Quirites*] *Dictiones a vobis* non sunt in meo libro. Ceterum hoc orationis initium scriptum est ex oratione Catonis contra Servium Galbam Orig. 7. *Multa me dehortata sunt huc pro-*

dire: anni, ætas, vox, vires, senectus: verum enim vero cum tantam rempub. agier arbitrarer.' *Ciaccon.*

*His annis quindecim*] Haud dubie de eo loquitur tempore, quo post Gracchos occisos, nobiles victoria elati in plebem immodice sæviebant. Ceterum a Tiberii Gracchi cæde hic vicissimas tertius decurrit annus, a Caji autem undecimus. Quare quid sibi hoc in loco numerus quindecim annorum velit, non satis intelligo: corruptum esse valde vereor, sed judicet Lector. *Glarean.*

*Annis quindecim*] Ego legerem, *his annis viginti quinque;* vel, *his annis annorum* computatio: in manuscripto tamen Codice, qui est in Bibliotheca Divi Salvatoris, scriptum est, *his annis duodecim:* ut fortasse intelligat auctor id tempus, quod fuit a cæde C. Gracchi et M. Fulvii. *Cast.*

*Quamque multi*] *Fulvii liber, Quamque inulti:* malo *multi;* etsi nec *inulti,* rejicio. *Manutius.*

*Quam fæde, quamque inulti perierint vestri defensores*] Ita legendum e manuscriptis, non, ut vulgo, *multi perierint:* hoc est, Nulla de his sumpta pœna, qui insectati eos fuissent. Similitudo scripturæ ansam errori præbuit, nam ex præpositione illa *in,* facile fit, si parum animum attendas, *Rivius.*

*Ne nunc quidem, obnoxii inimicis exsurgitis*] Sic Manuscripta quædam, non *obnoxii:* quomodo et sensus ipse exposcit: pro, *Reis* et causam dictaris inimicis. *Idem.*

*Obnoxii inimicis*] Etsi video scriptum esse in quibusdam libris, *obnoxii inimicis;* tamen *obnoxii* magis probò: pro, *subjecti, subditi, vosmet eorum potestati dedentes.* Quod Memmius reprehendit. *Manutius.*

*Ne nunc quidem, obnoxii inimicis, exsurgitis*] Ita diserte etiam *Nazar, noster;* sed extrita deinde litera ultima in *obnoxii;* pessimo facinore

meo quidem animo; nam qui probant obnoxii, id sibi solis probent non mihi. *Gruterus.*

*Quibus vos decet terrori esse*] Manuscripta, *quibus decet*, omisso pronomine, quod rectius subauditur: nec aliter in impressis quibusdam. *Rivius.*

*Quibus vos decet esse terrori*] Ita v. c. cum in aliis desit, *vos*. Supra in Bello Catil. dixit: 'His obnoxii, quibus si resp. valeret, formidini essemus.' *Ursinus.*

*Quod sæpe majores vestri fecere*] Manuscripta, *majores nostri*: sed vulgata lectio magis arridet. *Rivius.*

*Nihil recessione opus est: necesse est suomet ipsi more præcipites eant*] Voces, *necesse est*, hic non necessarias esse puto. *Ciacconius.*

*Sed sane fuerit regni reparatio plebi sua jura restituere*] Manuscripta, ut Beroaldinum, *regni paratio*; pro eo quod est affectatio. Nam et ante dixit, *quem regnum parare ohebant*. Tò jura non habet ullum manuscriptum, neque ex impressis quædam. *Rivius.*

*Quidquid sine sanguine civium ulcisci nequit, jure factum sit*] In Mss. duobus est, *nequitur*: quomodo veteres loqui solitos testatur Sex. Pompejus. '*Nequitum*,' inquit, 'et *nequitur*, pro non posse dixerunt.' Plaut. in Saturione, '*Retrahi nequitur*, quoquo progressa est semel.' Cato Originum I. 'Quod Termino fanum fuit, id nequitum exaugurari.' Diomedes quoque adnotavit I. veteres et *quitur* et *potestur* interdum dixisse; assertque hujus rei ex Poëtis Accio, Cæcilio, et Ennio exempla, quæ nobis non necesse est subjicere hoc loco. Cum manuscriptis facit Beroaldinum. *Idem.*

*Ulcisci nequitur*] Sic sunt locuti antiqui. Plautus Satyrione, '*Retrahi nequitur*, quoquo progressa est semel.' Vide Festum. *Ciacconius.*

*Ærarium expilari*] Merseburgense, *expoliari*: sed vulgata lectio melior. Est apud Ciceronem frequens hoc verbum, ut pro Cluent. '*Expilato ar-*

*mario, pecunia ablata*;' et pro L. Manil. '*expilare socios*, diripere provincias.' Sed et alibi, '*Proserpina fanum expilavit*.' *Rivius.*

*Reges et populos liberos vectigal pendere*] Idem in Catil. 'nam postquam respublica in paucorum potentium jus atque ditionem concessit, semper illis reges, tetrarchæ vectigales esse; populi, nationes stipendia pendere.' *Ciacconius.*

*Sed incedunt per ora vestra*] Apud Tacit. Hist. IV. '*præter suorum ora*,' legitur, et Livium I. XXXVIII. '*præter omnium oculos*.' Sed Livius I. XXI. '*vestros liberos traductos per ora hominum*.' *Idem.*

*Sed incedunt per ora vestra magnifice*] V. c. *Magnifici*. *Ursinus.*

*Servi ære parati, injusta imperia minorum non perferunt*] Sumtus locus ex Catonis lib. de Falsis pugnis, ubi ita loquitur: '*Servi injurias nimis ægre ferant: quid illos bono genere natos, magna virtute præditos*,' &c. *Gellus* x. 3. *Ciacconius.*

*Servi ære parati, injusta imperia minorum non perferunt*] Sic et manuscripta et impressa fere: et hanc veram esse lectionem arbitror. Ceterum Venetum, Argentoratense, alia pleraque, *Servi ære comparati*, habent, pro *pecunia emti*. Quod ad sensum attinet, haud magno in discrimine ponam, utram legas. nam et *parare* et *comparare*, pro *emere* interdum ponitur. Inde apud Ciceronem: '*Trans Tiberim hortos aliquos parare*;' et, '*Agros sibi uspiam parare*.' Item: '*Studiosè comparare supellectilem*.' Sic et apud Suetonium in C. Julio Cæsare, '*Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui comparasse*;' pro *emere*. Idem in Caligula, '*Magisteria sacerdotii ditissimus quisque et ambitione et licitatione maxima vicibus comparabant*;' et postea ibidem, '*Cum ad saginam ferarum muneri præparatarum, carius pecudes compararentur*;' pro *emerantur*. Co-

lunella quoque, ' Qui nequam vicinum,' inquit, ' suis nummis parat.' *Rivius.*

*Vos, Quirites, in imperio nati]* Tacit. in vita Agricolaë: ' Nata servituti mancipia.' *Cicconius.*

*In imperio nati]* Quidam libri præpositionem omittunt: utrumque sententiam habet satis commodam. *Manutius.*

*Vos Quirites in imperio nati]* Merseburgense, *imperio nati*, omiſſa præpositione: pro, *ad imperandum aliis nati*; quomodo sequentia probe quadrant. *Rivius.*

*Vos Quirites in imperio nati]* V. c. *Vos Quirites imperio nati*: et sic locutio est Cicero, cum dixit in oratione de provinciis consularibus: ' Syri natio, nata servituti: ' et Tacitus in vita Agricolaë: ' Nata servituti mancipia.' *Ursinus.*

*Immani avaritia nocentissimi et iidem superbissimi]* Legendum, *iidemque superbissimi*, ex manuscriptis. *Rivius.*

*Itaque quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est]* Manuscripta, *Ita quam quisque, &c.*; ut sit *ἐπιφώνημα*: ubi interdum utimur illa particula, *ita, adeo*, et similibus. Leve hoc quidem, sed non ideo præterendum: sicut nec illud, quod statim sequitur. *Idem.*

*Quos omnes cupere eadem]* Legendum, *quos omnes*. *Idem.*

*Quod si tantam vos curam libertatis haberetis, quam illi ad dominationem accensis sunt]* Manuscripta, *Quod si tam vos curam*, et quæ sequuntur: ut invicem respondeant, *tam et quam*. *Rivius.*

*Quod si tam vos libertatis curam haberetis, quam illi, &c.]* Sic omnino *Mas. nostri*. abeat igitur *Carrionis*, quod si vos tantam libertatis, &c. etsi non negem posse adhuc deleri pronomen *vos*. *Gruterus.*

*Bis per secessionem armorum Aventinum montem occupasse]* L. I. *Histor.*: ' tunc plebs,' inquit, ' armata mon-

tem sacrum atque Aventinum inedit.' Sed duplicem Livius opinionem tetigit l. II. ' Quo facto matarata est seditio; Sicinio quodam auctore, injussu consulum, in sacrum montem secessit, trans Anienem amnem, tria ab urbe millia passuum. ea frequentior fama est, quam, cujus Piso auctor est, in Aventinum secessionem factam esse.' Et l. III. ' Eunt,' inquit, ' agmine ad urbem, et Aventinum insidunt.' Ergo bis Aventinum inedisſe ex Pisonis opinione dixit, sacrumque atque Aventinum, ex aliorum. *Cicconius.*

*Bis per secessionem armati Aventinum montem occupasse]* Utramque secessionem ponit Livius. Sed primam quidem l. II. ex opinione Pisonis, qui Sicinio quodam auctore injussu Consulum scripserit plebem secessisse in Aventinum. Alteram vero l. III. in quo refert plebem rursus in Aventinum secessisse. Idem tamen Livius magis probat opinionem eorum, qui non in Aventinum, ut Piso, sed in sacrum montem secessisse primam plebem dicunt, trans Anienem amnem tria ab urbe millia passuum: deinde iterum in Aventinum montem. Ad quam opinionem respexisse videtur Sallustius lib. I. *Histor.* cum dixit: ' Tunc plebs armata montem sacrum, et Aventinum inedit,' &c. quibus verbis utramque secessionem indicavit. *Ursinus.*

*Aventinum montem]* Aventinus mons ab Anco rege, crescente civium numero, ex parte Urbi additus, non totus habitatus, Tatii Regis Romanorum, et Aventini Albanorum sepulchris celebris: variis appellatus nominibus; a Remo Romuli fratre, Remurius: a Murciae socordiae Deæ sacello, Marcins: a Dianæ templo, colli Dianæ. *Martialis* l. XII. ' Cum tu forsitan inquietus erras, Clamosa, Juvenalis, in Subura, Aut collem dominae teris Dianæ.' Propter longitudinem certo describi nequit: sed ta-



mien tentabimus. Ad ortum in meridiem declinantem respicit mœnia : ad meridiem, campum Figullnum : ad occasum, flumen : ad septentrionem, montem Palatinum. Ortum versus, sed valde in meridiem flexum, propinqua est porta Capena ; meridiem, porta Ostiensis, Cœstii pyramis, mons Testacens ; occasum, Navalia, Sallina, spelunca Caci ; septentrionem, Planæ templum, et Naumachiæ intium ; Aventinus, vel ab Aventino rege dictus, qui in eo extinctus bello et sepultus fuerit, ut iv. Fast. Ovidius ait, vel ab Avente Sabinorum fluvio, ut scribit Varro. V. *Fabric.*

*Majus dedecus est parta amittere, quam omnino non paravisse*] Similia illa in Catilina : ‘ Virtus atque sapientia major in illis fuit, qui ex paucis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus.’ Et in Jugurtha : ‘ Nobilitatem certe peperisse, quam acceptam corrupisse, mellus est.’ Et Thucydides l. ii. in concione Periclis : *Ἀλοχου ἔχοντας ἀπαρθεῖναι ἢ κτωμένους ἀνυχῆσαι. Manutius.*

*Dicit aliquis, quid igitur? censes vindicandum in eos, qui hosti prodidere temp.* Non manu, neque vi, quod magis vos fecisse, quam illis accidisse, indignum est ; verum questionibus, et indicio ipsius Jugurthæ] In hunc modum exemplar in pergamenis descriptum. Sed quam male sit hic locus in recentioribus distinctus, facile videbit qui conferre non gravetur. *Rivius.*

*Non manu, neque vi*] Quidam, non manu neque vi censeo, legunt : sed in meis Mss. et codice Aldino, verbum *Censeo* omissum est : præcedenti enim versu, *quid igitur censes*, inquit ; idque errori occasionem dedit : et in Catilinario Sallustius : ‘ Placet igitur eos dimitti, et augeri exercitum Catilinæ? minime : sed ita censeo ; publicandas eorum pecunias ; ipsos in vinculis habendos per municipia, quæ maxime opibus valent, neu quis de his

postea ad senatum referat, neve cum populo agat : qui aliter fecerit, senatum existimare eum contra rempub. et salutem omnium facturum.’ Neque enim hoc loco verbum, *Censeo*, bis repetitum est, in antiquis, et impressis quibusdam libris : et ob id, cum multo verior, tum elegantior est hæc lectio. *Popma.*

*Qui si deditus est ; profecto jumis vestris obediens erit*] Sic in quibusdam reperi, velut Merseburgensi, Veneto, atque aliis, sed Gymnicus hoc loco recte *Dediticius* : pro, Si in deditio-nem venit. Utitur hac voce Cicero quoque ad Brutum, quum inquit : ‘ Id S. C. plerique interpretantur etiam ad tuos sive captivos, sive dediticios pertinere.’ Titus Livius vii. ab U. C. ‘ Quicquid deinde patiemur dediticii vestri passuri :’ et paulo inferius, ‘ Ut dediticiis suis parcerent.’ Sed et Cæsar identidem hac voce in Commentariis usus est. Cum Gymnico facit exemplar Fabricianum. In Badiano, quod castigavit Alexander, *Deditivus* est, sed haud dubie perperam. Nisi quis ita Sallustium pro *Dediticio* dixisse *deditivum* putet, uti Marcellinus alicubi *Subditivos* dixit, pro *subditicos*, l. xxvi. Sed quid si incuria librariorum hoc commissum forte est? nam fuit proclivis ex altero in alterum lapsus. Quanquam et Plautus in Amphitryone (si mendo vacant codices) *Subditivum*, pro *subditicio* dixit. *Rivius.*

*Sin ea contemnit, scilicet existimabitis qualis illa pax aut deditio sit*] Mss. vero *æstimabitis* : id quod sensus magis postulat. *Idem.*

*In republ. damna*] V. c. *At in republ. damna* : illud vero *At*, a librariis in *Ad* conversum, ex consuetudine mutandi *t*, in *d*, occasionem dedit aliis scribendi, *Ad republ. ßc. Ursinus.*

*Dominationis eorum satietas*] Notant Grammatici a Sallustio *Satias*, pro *Satietas*, scriptum esse, ut l. ii. Hist. ‘ ex inopia gravi satias facta ;’ quod

a Cicerone, Terentio, aliisque usurpatum est, et a Cornel. Tacito ac Livio: quare videndum an hoc etiam loco, *Satias*, sit legendum. *Ciac.*

*Et illa quam hæc tempora magis placent, cum regna, &c.*] *Badius* legisse videtur, et *illa tempora magis placent, cum regna, &c.* omissis verbis, quam *hæc*; et planior multo est sensus absque illis. Comparat enim illa tempora, quando regna, provinciæ, leges, jura, judicia, bella atque paces, postremo divina et humana omnia, penes paucos erant, quod certe factum est post Gracchorum cædem, ad ea tempora quæ olim fuerunt, quando plebs in vera fuit libertate. Nisi quod malim legas: et quam illa, hæc tempora magis placent: ita ut illa referatur ad pristinam libertatem; et hæc ad præsentia, post Gracchorum mortem: nec multum ambigo ab *Sallustio* ita scriptum, sed ab sciolo quopiam, ut fieri solet, temere mutatum. *Glaroan.*

*Bella atque paces*] *Sergius* in artem II. *Donati*: 'Legimus apud *Sallustium*, paces, et luces, in numero singulari.' *Ciac.*

*Vos autem, hoc est, populus Rom.*] *Voces, hoc est pop. Rom.* mihi suspectæ sunt. *Idem.*

*Vos autem invicti ab hostibus*] *Impressorum, antiquorumque codicum lectio est, Vos autem, hoc est populus Romanus, invicti ab hostibus.* Ego verba illa: *Hoc est populus Romanus, delevi.* Fieri namque solet, ut in margine, glossematis vice, quædam adjiciantur, quæ deinde ab iis qui libros exscribant imperitis (ut id genus hominum esse solet) in textum irrepant. *Pepma.*

*Vos autem, hoc est, populus Romanus invicti ab hostibus, &c.*] *Injuste hæc mutilant homines; minime attendentes emphasi egregia inferri, hoc est populus Rom.* et vero comparent in *Naz.* ac *Com.* ut etiam in *Pall.* ceteris atque edd. primis. *Gruterus.*

*Atque ego tametsi virum flagitiosissi-*

*mum existimo, impune injuriam accepisse*] *Quid si legas, tametsi viro flagitiosissimum pro fœditissimum atque turpissimum.* Id e manuscripto propemodum colligo. nec aliter sensus ipse postulat. *Rivius.*

*Atque ego tametsi viro flagitiosissimum existimo injuriam impune accepisse*] *Scripti viros flagitiosissimos: alii variant, Virum, vero, verum.* Sed legendum, uti reposuimus, viro flagitiosissimum. *Miror* tamen cur illud *Rivius* ejecerit, cum alias nullus sensus commode elici queat. Atque illud quidem cum emphasi hic poni capiendum est; ut supra: 'Verba viris virtutem non addere.' Et: 'At ego vobis si viri esse vultis.' Et: 'Memineris te virum esse.' *Valerius Flaccus*: 'Sed tarpe viro timuisse futura.' *Conjecturam* hæc non modo probare, sed et confirmare *Janua Dousam* notis ad fragmenta, postea comperi. Deinde in nostro scripto legitur: 'Nisi demum faciundi licentia erigitur,' et 'vobis alterna sollicitudo remanebit.' *Putachius.*

*Virum flagitiosissimum existimo impune injuriam accepisse*] *Suspectus locus.* quod si *Virum* deleas, quomodo in *Gryphianis* libris impressum est, hæc erit sententia: *Tametsi flagitiosissimum rem existimo, ut aliquis injuriam accepit impune; id est, impunito eo, qui injuriam ipsam intulerit: tamen, &c.* *Alii, Viro,* reponunt; quod improbo; impressam lectionem comprobat *Fulvii liber. Menantius.*

*Virum flagitiosissimum*] *Quid si de Jugurtha loquatur? ut ita intelligatur: etsi Jugurtham virum flagitiosissimum impune injuriam nostram in suum commodum accepisse arbitror, quippe cum quocunque modo sibi consultam voluerit in belli necessitate. Thys.*

*Tamen vos acceleratissimis hominibus ignoscere*] *Legendum, hominibus acceleratissimis: id est sonantius et lenius, et præterea Sallustianum magis est,*

nec aliter codices in membrana descripti. *Rivius*.

*Nam et illis quantum importunitatis habent*] M. l. quantum importunitati habent. Sed locus est obscurus. *Ciacconius*.

*Nam et illos, quantum importunitatis habent, parum est impune male fecisse*] In manuscriptis aliisque vetustioribus est, *illis*, casu dativo. *Rivius*.

*Nam et illis, quantum importunitatis habent*] Com. noster *oportunitatis*: editio autem prima, *inoportunitatis*: sed nihil mutandum censeo: etsi non satisfaciat lectio vulgata; nisi etiam, quantum importunitatis habent, notat idem atque *præ ea qua sunt importunitate*; non adsequor quid velint. *Græverus*.

*Nisi deinde faciendi licentia eripatur*] Manuscripta fere, ut et *Beroaldinum, eripitur*; indicandi modo: quam veriore esse lectionem puto. *Rivius*.

*Æterna sollicitudo*] Alii libri, *alterna. Ciacconius*.

*Et vobis æterna sollicitudo remanebit, cum intelligetis aut serviendum esse, aut per manus libertatem retinendam*] In nonnullis est, sed impressis, *alterna sollicitudo*: pro, *quæ vicissim jam de hoc, jam de illo angat et cruciet*. Sed hic nihil pronuntio: tantum diversam lectionem indico, suum cuique iudicium relinquens. *Rivius*.

*Nam fidei quidem et concordie quas spes est*] In manuscriptis est, aut *concordie*, conjunctione disjunctiva; quomodo et in impressis vetustioribus. *Idem*.

*Facere illi injurias, vos prohibere*] Sic et manuscriptum exemplar: *perperam* in nonnullis est, *injuriam*. Sic alicubi Cicero: 'facere injurias omnibus' et, 'Gravissimas injurias voluntaria oblivione contriveram.' *Idem*.

*Hosti acerrimo prodita Senatus auctoritas*] Tacit. *Annal.* 1. 'An cives vos appellem, quibus tam projecta Senatus auctoritas.' Sed *Livius* utraque junxit: 'Projectas,' inquit, 'ac pro-

ditas ad inconsultam atque improvidam pugnam legiones.' *Ciacconius*. *Projecta* igitur dixit, pro eo quod *Salustius* dicit *prodita*. *Ursinus*.

*Proditum imperium vestrum est*] *Tb est*, non reperi in manuscriptis, ac majore cum gratia abesse poterit. *Rivius*.

*Neque ego vos, Quirites, hortor, ut jam malitis cives vestros perperam quam recte fecisse*] Ego hunc sensum *hercule* non probe intelligo, neque ullus *Commentatorum* explicat, nisi intelligamus fuisse lætam plebem, si qui ex magnatibus peccarint, ut ipsi occasio esset pœnæ ex inimicis sumendæ. *Ultimam* porro orationis hujus periodum quam frigide tractant! *Badius* ad proxime præcedentem confert sententiam de memoria vel præstiti beneficii, vel perpetrati sceleris. Ego autem puto hoc eum dicere velle: *Si puniantur acclerati*, quod tota oratione, ut fieret, egit, non *toties egebitis auxilio tribunitio*, quippe non tot injuriæ erunt. *Glareanus*.

*Neque ego vos, Quirites, hortor, ut malitis cives vestros perperam, quam recte fecisse*] Hoc loco particulam *jam* sustuli ex consensu omnium *Mss. codd.* quæ in vulgatis libris post verbum *Malitis* erat. Sensus autem horum verborum et *Glareanus*, et multos post illum torsit, diu me quoque suspensum tenuit; tandem puto ita accipiendam esse. *C. Memmius* cum superbiam et avaritiam nobilium accusaret, quod ante oculos civium magnifice incederent, triumphos ostentarent, senatus auctoritatem proderent, domi, militiæque repub. venalem haberent; videbantur cives injuriam reipub. et sibi illatam effrenato et præcipiti favore vindicaturi. Eos his verbis, atrocitatem rei leniens, hortatur *Memmius*, ne id facerent, neve putarent omnia perperam, et sine causa ab iis facta esse, sed viderent ne semper ignoscendo malis, bonos perditum irent. Atque hæc interpre-

tatio nostra ipsius Memmii verbis confirmatur : nam paullo ante : ' neque ego vos,' inquit, ' hortor, quod saepe majores vestri fecere, uti contra injurias armati eatis.' *Popma.*

CAP. 82 *L. Cassius*] Hic fuit vir summa severitatis ; nam multa ejus extant severitatis exempla. Hic etiam Tribunus plebis plures leges tulit, ad minuendam nobilitatis potentiam. Hujus extant leges de suffragiis ferendis non voce, sed per tabellam. *Soldus.*

*L. Cassius*] Hic est L. Cassius, qui non multo post consul a Tigurinis in Gallia caesus est ; quod scribunt Livius l. LXV. Caesar de Bello Gallico l. I. et Orosius v. 16. *Cast.*

*Secuti morem imperatoris sui*] ' Quales,' inquit Cicero, in epistola, perjucunde, ' in Rep. Principes essent, tales reliquos solere esse cives : ut apud Platonem nostrum scriptum est divinitus.' Platonis verba sunt libro tertio de Legibus : Μηδεις ὁμᾶς γενέτω, ἃ φίλοι, ἀλλ' ὅστων, καὶ βίον, μεταβάλλων ἐν ποτε πάλλω, καὶ τοὺς νόμους, ἢ τῇ τῶν δυναστεύοντων ἡγεμονίᾳ. Eadem prope Xenophon l. VIII. de Cyri Paedia : Ὅσοιοί τινες ἂν προστάται ᾖσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἕπ' αὐτοῖς ἐπὶ τὸ πολλὸν γίνονται. Et Isocrates ἐν τῇ πρὸς Νικακλέα, περὶ τοῦ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἔλεγε ἴσως ὁμοιοῦται τοῖς ἔρχοσι. Et idem in ea qua inscribitur Nicoles : φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τοῖς τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸν βίον διάγειν ἐν οἷς ἂν τοῖς ἔρχοσιν τοὺς ἑαυτῶν ὄρασι διατρέβονται. *Manut.*

*Fuere qui auro corrupti, elephantos Jugurtha traderent*] Manuscriptum, *elephantos*. Nota est varietas inflexionis in hoc nomine. ut quod modo per tertium, modo per secundam declinetur. Cic. in Catone majore : ' Nec adolescens vires tauri aut elephantis desiderabam.' Idem alibi : ' Elephantos belluarum nulla prudentior.' *Rivinus.*

*Tanta vis avaritiae in animos eorum invaserat*] Tacitus, ' in hostes inva-

dere,' saepe dixit ; sed cum eadem sententia totidem verbis scripta sit in Catil. ' Tanta vis morbi, atque uti tabes, plerosque civium animos invaserat.' dictionem in abundare existimo, ut in quibusdam libris impressis reperi. Sed utroque modo Cicero loquitur. *Ciaccon.*

*Tanta vis avaritiae in animos eorum, veluti tabes invaserat*] Sic et codex in pergamenis descriptus : in vetustis nonnullis omissa praepositione legitur, *animos eorum invaserat* : quomodo et in Catilina, ' Tanta vis morbi, atque uti tabes, plerosque civium animos invaserat.' Sed utrumque recte ac Latine dicitur, et utroque modo Cicero loquitur. Nam in Offic. ' Panzetius,' inquit, ' negat ullam pestem majorem in vitam hominum invasisse.' Idem in epistolis : ' Mirus furor invasit improbos.' *Rivinus.*

*Cassius praetor*] Antea in vulgatis libris, *Cassius populi R.* quod mendosam duxi. Itaque reposui, *Praetor*, pro *populi R.* non differentibus antiquis notis, quorum ignotatio errorem peperit. Nam praetor scribebatur sic PR. Populi R. sic P. R. Praeterea historiam sum secutus : nam Cassius praeturae gerebat ; quod ante paucos versus ostendit Ballustius. Cum haec scripserem, eundem Fulvii librum inspexi, qui conjecturam meam confirmat : nam in ea diserte ita scriptum est : ' Cassius Pr.' *Manutius.*

*Percula omni nobilitate*] Sic infra : ' Nobilitas, noxia, atque ideo percussa ;' et : ' Ita percussa nobilitate.' *Ciaccon.*

*Quoniam se populo Romano dedidisset*] Sic antea in omnibus vulgatis libris legebatur. Ego dedidisset reposui ex conjectura. *Manutius.*

*Quo se populo Romano dedidisset*] Soldus exponit, ut se populo Romano daret, ac ab eo veniam peteret, quasi Jugurtha non antea jam se dedidisset. Quare rectius Badius quoniam, pro quo legisse videtur, hoc sensu : quo-

niam se populo Romano dedisset: potest et quando legi pro quo. Glareanus.

*Privatim præterea suam fidem interponit*] Cic. pro Sext. Roscio: 'Si hanc ei rem privatim Sextus Roscius mandavisset, et cum Chrysogono transigeret atque decideret, inque eam rem fidem suam interponeret.' Et Cæsar l. v. de Bell. Gall. 'inque eam rem se suam fidem interponere.' Ciaccon.

*CAP. 23 Contra decus regium*] Sic infra: 'alio atque alio loco sæpe contra decus regium noctu requiescere.' Tac. Hist. i. 'donec Otho contra decus imperii thoro insistens.' *Idem.*

*Contra vis et injurias omnis munus foret*] In editione Coleri, pessimo exemplo mutatum, *vis et injurias*. Credo usum vocis hujus non assequeretur, quem exponit Priscianus l. vi. Lurætinus l. ii. 'Sed quam multarum rerum vis possidet in se atque potestates.' M. Messala Augur apud Macrobi. 'Quæ vis cæli maxima, duas vis disparēs colligabat.' *Putachius.*

*At Cajus Memmius advocata concione, &c.*] Ita meliores Mss. non *Ac*. quod est in vulgg. *Grutor.*

*Quamquam regi infesta plebs erat*] In vetustis plerisque, *plebes*; idque cum antiquius est, tum Sallustianum magis. *Rivius.*

*Para nisi socios sceleris sui aperiret*] In vetustis, *ni socios sceleris aperiret*, pro, *Ni conscius et participes sceleris indicaret.* *Idem.*

*Dignitati quam ira magis consulens*] Magis attendens dignitatem populi Romani, quam iram: quia non decebat populum Rom. facere id, quod ira suadebat. Nam si de Jugurtha supplicium sumpsisset, contra dignitatem suam fecisset: quia fidem datam Jugurthæ violasset. *Sold.*

*Postremo confirmare fidem publ. per sese involatam fore*] Vide num necesse sit geminare verbum *sese*. Si *Memmius* refert, ut *Soldus* exposuit, non

videtur geminandum: *sic rampubl.* ut *Badius* effert, fortassis videbitur, quod omnes codices ita habent. *Glareanus.*

*CAP. 24 Sed se suasque spes corrupturum*] M. l. *opes corrupturum*. *Ciaccon.*

*Multitudo quæ in concione aderat*] Voces, in concione, additas esse auguror. *Idem.*

*Terrebat eum clamore, vultu, sæpe impetu*] *Badius* eum putat exponendum *Jugurtham*, non *Bæbium*: quia alloqui diceret, *Terrebat Bæbium, civit tamen impudentia ejus*. Sed errat, deceptus malo exemplari, quod *Bæbii* habebat ante *impudentia*. Nam quomodo rex loqueretur *dediticus*, cum *Tribunus*, populi Rom. magistratus prohibebat? Aut quare rex *Tribunum* corruperat, si is nihil pro eo facere voluisset? Denique quorsum attinebat *Bæbium* imperare, si regi licebat contra *Bæbii* jussum loqui? Clamabant igitur in *Bæbium*, non in regem. At ille, quæ fuit impudentia, nanci fecit, tanta vis pecuniæ erat. *Glareanus.*

*Quæ ira fieri amat*] Sic infra: 'Sci licet ea quæ secundæ res amant, lascivia atque superbia incessere; alias autem Sallustius, *amat*, dixit, pro *solet*, Græcorum imitatione, qui *φιλεῖ Amat* et *Solet* dicunt. Notavit hoc *Quintilianus* ix. 3. 'Ex Græco,' inquit, 'translata Sallustii plurima: quale est, 'vulgus amat fieri.' Sic *Tacitus*. *Annal.* iv. 'ut fere amat posterior adulatio.' *Apul.* *Florida* l. iii. 'Quod genus in Comœdia fieri amat.' *Ciaccon.*

*Ex concione discessit*] *Fabricianum*, *discedit*, tempore præsentis. *Riv.*

*Ex concione discedit*] *Com. discessit*, ut et aliquot *Pal.* nec non avorum ævo editi: stat tamen pro priorē *Naz.* ac *Pal. sec.* Si mei foret arbitrii, voces tres postremas abjicerem, ceu irreptitias. *Grutor.*

*CAP. 25 Eret ea tempestate Romæ quidam nomine Massica*] *Manuscripta,*

*Numida quidam, &c.* nec vecus in impressis vetustioribus. *Riv.*

*Erat ea tempestate Romæ Numida quidam]* *Numida*, verbum omittit Aldinus codex: quod alii omnes habeant; nec ego omittendum puto. *Glaucum.*

*Hic Spurius Albinus, is qui proximo anno, &c.]* Sic codex in pergamenis descriptus: In recentioribus pronomen is deest. *Riv.*

*Sp. Albinus]* Spurius Posthumus Albinus, (Orosius) hic rogatione Manilia sublatu est. *Cast.*

*Cum Q. Minucio Rufo consulatum gereret]* Videndam an hic sit, qui in argenteis denariis Q. MINVT. RVF. dicitur. *Ursin.*

*Q. Minucio]* Marcum Minucium appellat Livius l. LXV. *Cast.*

*Jugurtham ob scelera invidia cum metu urgeat]* Naz. ac Pal. sec. *Jugurthamque*; nec est quod refugiamus tales nexu. *Græter.*

*Ipsi provincia Numidia, Minucio Macedonia evenerat]* Sic et manuscripta. In quibusdam est, *obvenit*; quomodo Cicero: 'Simul atque ei sorte provincia obvenit.' Idem: 'Verrisorte provincia obvenit.' Utitur et verbo *obtingere* nonnunquam in hunc modum: velut ad Atticum, 'Asiam Quincto suavissimo fratri obtigisse audisti.' Idem in Vat. 'Cum tibi aquaria provincia sorte obtigisset.' Exemplar Badianum, *evenerat*. Superius tamen Sallustius, 'Scipioni Italia obvenit,' inquit. Livius quidem verbo 'Evenire' plerumque utitur, velut III. ab U. C. 'Cui ea provincia evenerat' et IV. 'Cui ea provincia sorte evenit:' neque unquam fere aliter Livius. In VII. tamen semel quam sciam 'Ea,' inquit, 'provincia Cn. Manlio obvenit:' pro quo *obtigit* sibi dixit. *Riv.*

*Macedonia]* Europa celeberrima regio: hanc a Septentrione, a Dalmatia Moesiaque montana sejungunt; ab occasu mari Adriatico sive Ionio; ab ortu

Ægeo abluitur. Meridianam oram Epiroticæ gentes et ipsa Græcia excipit. *Passim.* Emathia ante dicta fuit, Plinio et Trogo testibus. Pœonia primo vocatam scribit Livius l. XL. deinde Æmoniam. Item Edonia et Pieria Solino. Etiam Bœotiam quondam dictam Trogu auctor est. Ejus partem *Maxeria* Hesychius et Stephanus appellant, et inde totam regionem nomen accepisse refert Eustathius in Dionysium. Posterioribus sæculis hujus pars *Salutaris* dicta fuit, ut constat ex libro Notitiarum; quæ partim Macedoniæ, partim Dacis adscribitur. Item *Prævalis* seu *Præalitana* apud S. Rufum. Est etiam Macedonia maritima apud Dionem: quam dicit a Pœonibus habitari circa Rhodopen montem. Hæc Macedoniæ regio prima vocatur apud Liv. l. XLV. Is enim Macedoniam in quatuor regiones dividit. Macedones atque Illyrios liberos esse voluisse Romanos idem scribit. Posterioribus temporibus Macedoniæ tantam primæ et secundæ mentio, et frequens memoria in Conciliis. *Ortel.*

*Macedonia]* Per Macedoniam  $\text{מַכְדוֹן}$  sive Chittim in sacra Scriptura intelligi, nequaquam dubito, etsi variæ hæc de re sint doctorum sententiæ. Auctor primi libri Machabæorum, haudquaquam contemnendus scriptor, putavit haud dubie Chittim esse Macedones. Quippe statim initio libri narrat Alexandrum Macedonem egressum esse ex terra Chetim,  $\text{עַרְשֵׁת כְּתִים}$  *Kethim*: et c. VIII. vs. 5. Perseum illum Macedonem, de quo Romani triumpharunt,  $\text{Κριόων Βασιλέα}$ , regem Cilitæorum, appellat: cui sententiæ non parum roboris videtur accedere, quod Esaias c. 26. vs. 1. Tyrifis excidium interminatus, addit, erup-turum hoc malum ex terra Chittim, quod referunt ad Macedones, qui Alexandro duce Tyrum oppugnarunt et devastarunt: quin et nomen Macedoniæ eo alludit; antiqui enim Ma-

cettiam vel Macettiam teste Hesychio dixerunt. Vide tamen *Bochartum* in suo *Phaleg.* III. 5.

*Alium mala fama et timor animi impediebat*] Ex scripto reposuimus, *timor animi impediebat*; quod vere *Salustianum*. *Supra*: 'timor animi auribus officit.' Et, 'virtus animi.' *Infrat*: 'Sed nec illos qui procul manserant timor animi satis muniverat.' *Post de Metello*: 'Vir egregius in aliis artibus nimis molliter aegritudinem animi pati.' Sic ibi lego ex scriptis. *Putschius*.

*Alium mala fama et timor impediebat*] Sic *Mss.* primarii omnes; notæ deterrimæ et timor animi, vel timor populi: scias utrumque figmentum interpretum. *Gruter*.

*Itinera egressusque ejus*] *Tacit.* xv. 'Et quia aditu *Neronis* prohibebatur, egressus obsidens, audiret insontem.' *Ciac*.

*Illumque obruncat*] *Manuscripta*, consentiente *Beroaldino*, illum obruncat; omissa conjunctione *que*. *Riv*.

*Sed ipse deprehensus multis hortantibus*] Vide ut acceperit illud hortantibus; certe pro jubentibus ac cogentibus. verum id pusillum. Quod continuo sequitur, ingentem habet difficultatem, cum inquit: *Fit reus magis ex æquo et bono, quam ex jure gentium Bomilcar comes ejus, qui Romam fide publica venerat*. *Commentatores* exponunt, jus gentium esse, propter fidem publicam datam, ut *Jugurtha* cum suis non violaretur: ergo eum puniri non debere, sed in locum suum reverteretur, ac deinde juri aisteretur; quæ expositio mihi prorsus displicet. Puto enim auctorem hoc dicere velle, quando *Bomilcar* contra jus gentium peccaverat, et fidem publicam facto irritam fecerat, quippe qui perfugam occiderat, et prorsus hostilia fecerat; tamen clementia ac benignitate Romanorum, ex æquo et bono, hoc est, æquitatis consuetudine magis fit reus quam jure gentium, qui jam judicatus

erat: quod regem haud latuit: ideoque cum in *Numidiam* remisit, ne judicio damnatus occideretur, regno in hoc magis quam vadibus consulens rex. *Vades* autem a rege pro *Bomilcare* datos intelligendum, quod postea auctor, ubi *Metellus Bomilcarem* de regis proditione sollicitat, fatetur his verbis: 'Igitur *Bomilcarem*, qui Romæ cum *Jugurtha* fuerat, et inde vadibus datis de *Massivæ* nece clam judicium fugerat, quod ei per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur: quæ ideo adduximus, quod hic non satis liquet quid referat illud qui, cum inquit: 'qui Romam fide publica venerat: *Jugurthamne an Bomilcarem?* *Badius* ad *Jugurtham* refert. Veram propter quid ea verba posuerit auctor, aut quo referantur, id vero haud satis constat, nisi intelligamus et *Bomilcarem* fuisse in fide publica, quam tamen facto hostili, at dictam est, violaverat. Nec enim minus quibus datur, quam qui dant, eam irritam facere possunt, quod etiamnum nostra ætate servatur. Verum ne hoc quidem satis perspicuum, vadesne *Numidæ* fuerint, an *Romani*. 'Ex amicis,' inquit, 'quingenta vades dederat.' Deinde illud obscurissimum est quod ait: 'Igitur quamquam in priore actione ex amicis, &c.' Nam si de *Memmi* actione, qua *Jugartham* in judicium traxit, intelligit, quid ad *Bomilcarem*, pro quo, non pro *Jugurtha*, vades dati sunt, ea attinet? Totus igitur hic locus cum judicio legendus, quo ego me noudum explicæ. *Glarem*.

*Indicium prosteretur*] *Tacit.* v. 'et summum supplicium parabat, ni professus indicium foret.' *Sustonius* in *Domit.* c. 13. 'Professus conspirationis indicium, et ob hoc admissa, legenti traditum a se libellum: et attento suffodit inguina.' *Plin.* l. III. *Epist. ad Nepotem*: 'Eadem apud *Claudiam*, uxori *Scribonii*, cum illa

profiteretur indicium.' Et in l. v. ad L. Cornel. de Sicar. et l. xxiv. D. de Fal. Ciaccon.

*Fid reus magis ex æquo et bono, quam ex jure gentium Bomilcar]* Manuscripta, consentiente Beroaldino, *magis ex æquo bonoque.* Porro quid *ius gentium*, quid *æquum et bonum*, de eo proluxa Budæus in annotationibus in Pandectas. Ideo autem Bomilcarem Sallustius *magis ex æquo bonoque reum fieri, quam ex jure gentium* ait, quod cum comes esset ejus qui Romam fide publica venerat tutum esse eum ab omni injuria par erat. Sed interim reclamabat æquitas, ut qui facta cæde fidem ipse publicam violasset, non de homicidio reus fieret. Nisi contra quis hanc esse sensum velit, Bomilcarem quamvis ob rescissam ab se patrata nece publicam fidem nullo modo foret ad causam dictionem admittendus, tamen clementia quadam populi R. hoc est, ex æquo bonoque magis quam jure summo reum factum esse, cum potius fuisset indicta causa mox ad supplicium rapiendus. *Fidem publicam* Sallustius pro eo posuit, quod vulgo *salvum conductum* vocant: inde apud Ciceronem, 'postulare fidem publicam,' *Elept hegeren*, et 'fidem alicui publicam dare,' *Elept zulfagen*. quod Sallustius 'interponere fidem publicam' supra dixit. *Rivius.*

*Jure gentium]* Sallustius hic non ex jure gentium, sed ex æquo et bono Bomilcarem comitem Jugurthæ reum fuisse scribit. Bonum et æquum, id est, merum naturæ jus patitur pœnas exigi, ubi reperitur, qui deliquit; at jus gentium legatos, et qui his similes fide publica veniunt, excipit. Quare ut rei fiant legati, contra jus gentium est, quo vetari multa solent, quæ jus naturæ permittit. Sicuti igitur legati, vel qui fide publica venerunt, ita et comites, et vasa legatorum sui generis sanctimoniam habent, sed accessorie. *Grof.*

*Quinquaginta vades dederat]* Jugurtha quinquaginta amicos invenit, qui certam pecuniæ summam promiserunt, ni sisteretur reus: eosque Romanos, non Numaldas fuisse existimo. Sic etiam apud Livium Decadis primæ l. lll. multis vadibus Virginius vadatus est Cæsonem Quintium reum. Non enim id vadimonium tale fuisse existimo, ut vadibus ipsis moriendum esset, si ab reo Bomilcare deserti fuissent. *Cast.*

*Clam in Numidiam Bomilcarem demittit]* Legendum, *dimittit*, ita ut et codices in pergamenis descripti, et impressi fere habent; nec aliter sensus postulat. *Rivius.*

*Veritus ne reliquos populares motus invaderet parendi sibi]* Fabricianum exemplar, *popularis*; qua terminatione antiquitas uti amat. *Idem.*

*Paucis diebus]* In quibusdam libris, *Paucis post diebus*, sed perperam: non enim mutatione opus est: cum *paucis diebus*, idem sit, quod, *Paucis post diebus*; quod Ciceronis, aliorumque exempla declarant. *Manut.*

*Italia decedere]* Livius l. lxtv. ait Jugurtham ob Masinissæ cædem, eam Romæ periclitaretur (causam enim capitis dicere jussus est) clam profugisse. *Cast.*

*Si emtorem invenerit]* Eutropius, Paulus Diaconus, *inveniret*. Ciacconius.

CAP. 36 *Albinus Aulo fratre in castris pro prætoris relicto, Romam discessit]* Sic et e manuscriptis duo, et Venetum quoddam: sed *discessit*, quomodo Gymnicus, mihi magis placet. Nam id proprie significat a mandato custodiæ suæ loco recedere. Unde consules, proconules, prætores dicuntur *e provincia decedere*: Item præsidia de urbibus atque castellis, ita uti diligenter annotavit Valla. Cum Gymnico facit unum e manuscriptis. *Rivius.*

*Romam discessit]* Sic iterum reponendum putavi, ejecto aliorum *dece-*



ait; ob consensum membrarum ac vet. edd. Gruterus.

CAP. 37 P. Lucullus] Aliter: *Lucilius*. quidam codices formis excusi habent, *Lucianus*. Cast.

*Tribuni plebis continuare magistratum nitēbantur*] Tribunatus pl. magistratus appellatur. Proprie tamen, si Plutarcho credimus, magistratus non est; cum neque lictores habeat, neque jus dicat, neque purpura utatur: quibus etiam alia Plutarchus adjungit, ut probet non esse magistratum. Cum quo sentire videtur Livius l. ix. 'Ardere,' inquit, 'ira, tribunus, viatorem mittit ad Consulem, Consul licitorem ad tribunum, privatim esse elamitans, sine imperio, sine magistratu.' Sed utrumque refellit Cicero in Ep. vii. l. i. Fam. cum ait: 'Quo quidem tempore, ut perscripsi ad te antea, cognovi Hortensium percupidum tui studiosum Lucillum, ex magistratibus autem L. Racillum, et fide et animo in te singulari.' Quem enim hic in magistratu esse dicit, eum tribunum pl. nominat Ep. i. et v. l. ii. ad Quintum Fratrem. Et in oratione pro Quinctio de tribunia pl. 'Per eum magistratum qui auxilii causa constitutus est.' Et l. i. de Oratore: 'Exierant cum Crasso adolescentes, C. Cotta qui tribunatum pl. tum petebat, et P. Sulpitius, qui deinceps eum magistratum petiturus putabatur.' Et in libris de claris Oratoribus: 'ita tacitus Crassi tribunatus, ut nisi in eo magistratu cœnavisset apud prætorem Granium, idque nobis narjavisset Lucilius, tribunum pl. nesciremus fuisse.' Apud Nonium autem Fenestella his verbis: 'Ut magistratum inierunt tribuni pl. C. Cato Ptolemæo regi et Lentulo Consuli assiduis concionibus invidiam concitare cœpit.' Et Asconius idem significat in Commentario Verrinæ ii. cum interpretans illud Ciceronis, 'Magistratum ineat necesse est nominis Decembris. Eo,' inquit, 'die

tribunus pl. futurus.' Et idem in orationem pro Cornelio: 'C. Cottam legem tulisse, ut tribunis pl. liceret postea alios magistratus capere,' duobus in locis ait. Et ibidem: 'Tiberium Gracchum tribunum M. Octavio collegæ suo, magistratum abrogasse,' tradit. Mirari equidem aliquis possit, quod scriptum Plutarchus reliquit, 'tribunus pl. purpura non esse usus,' cum in oratione pro Cluentio de tribuno pl. Quinctio legatur hæc: 'Facite ut non solum mores ejus et arrogantiam, sed vultum et amictum, et illam usque ad talos demissam purpuram, recordemini.' Verum non est inter eos controversia. notat enim Cicero purpuram in Quinctio tribuno pl. tanquam indicium insolentiæ, quod amictu uteretur; ceteris tribunis inausitato. *Manutius*.

*Continuare magistratum nitēbantur*] Tac. l. ii. 'Id quoque morum Tiberii fuit, continuare imperia.' *Ciaccon*.

*Quem Propratorem in castris*] Scribendum: *Quem Pro Prætorē in castris*, &c. cum autem hic idem A. Albinus panlo post Legatus dicatur, integra ejus inscriptio erit, *Legatus Pro Prætorē*. Sic enim in antiquis numismatibus reperitur, *LEG. PROP. &c.* ut in notis ad Cæsarem diximus. *Ursinus*.

*Quem propratore in castris relictum supra diximus*] Dictum sane supra, et vix tribus lineis lutercedentibus. Quapropter si cui a glossa videbatur, ei facile subscripserim. *Gruterus*.

*Milites mense Januario ex hibernis in expeditionem evocat*] Sic et Aldinum exemplar, ni fallor, et manuscripti codices habent, in quibusdam tamen, velut Argentoratensi et Veneto, est, *ex hibernaculis*: qua voce Livius aliquoties utitur, pro, Ubi milites hiberno tempore commorentur: ut v. dec. iv. 'Deinde in hibernacula milites deduxit:' et x. ejusdem, 'Loca pacata me ad hibernacula electurum.'

Tac. ii. 'Legionum aliae itinere terrestri in hibernacula remissae.' Hæc aliae hibernae proprie dicuntur: nam *hibernacula* fere vocamus ipsa tentoria, quando sub pellibus hiemem agere miles, non in oppidis neque sub tecto cogebatur. Quocirca mihi quidem lectio prior magis arridet. Nam et frequens est apud Ciceronem, 'cohortes in hiberna mittere.' Et 'Exercitum in hiberna dimittere,' hoc est, in oppidum aliquod commodius, ubi per hiemem agant. Sallustius postea, 'Metellus,' inquit, 'cunctos senatorii ordinis ex hibernis prope accersi jubet.' Est apud Ciceronem et *hibernare* verbum; velut cum inquit: 'Quomodo milites hibernent?' et; 'Ubi sis hibernaturus?' pro quo Sallustius inferius dicit *hiernare*: 'Nam omnis exercitus, uti convenerat, Numidia deductus in provincia hiernabat.' Rursus, 'Ceterum exercitum in provincia, quæ proxima est Numidiæ, hiernandi gratia collocat.' Sed et Cicero hoc verbo utitur aliquoties, ut in epistolis: 'Cupio scire ubi sis hiernaturus?' et in Verrem: 'ubi piratæ quotannis hiernare soleat.' Sallustius, ut adnotavit alicubi Seneca, *aquis hiernantibus* in historia dixit. Hunc imitaturus Aruntius quispiam, quem idem Sallustianum fuisse testatur, cum dicere vellet frigidum annum fuisse, ait, 'Totus hiernavit annus.' *Hiernare* apud Tranquillum in Augusto, pro Affligi incommodo hiemis ponitur. 'Quamvis parum,' inquit, 'salubrem valetudini suæ urbem hieme experiretur, assidueque in urbe hiernaret.' Cæsar itidem ut Cic. pro *hiernem transigere* posuit: velut ii. 'Ita populi R. exercitum hiernare atque inveterascere in Gallia moleste ferebant:' et iii. 'Uti in iis legionem hiernandi causa collocaret.' Ibidem: 'Alteram partem ejus vici Gallis ad hiernandum concessit:' et, *Inde* in Allobrogas per-

duxit, *ibique hiernavit*. Sic et aliae sæpe. *Rivius*.

Ad oppidum *Suthul*, ubi regis thesauri erant] Strabo lib. ult. *Capsam* ait vocatam, ubi regis Jugurthæ fuerint thesauri: sed puto errorem esse, qualem paullo ante [c. 21.] indicavimus. Nam Sallustius postea de Capsa disserens, nihil de regis thesauris meminit, verum locum quemdam alium ad flumen Mulucham denotat. Hæc nobis ideo referuntur, ut locorum nomina diligentius emendentur, maxime locorum facta diligenti comparatione. *Glar*.

*Suthul*] *Muthul* et *Suthul* sunt barbara oppidorum nomina, auctore Prisciano. *Ortel*.

Quod quamquam et *sævitia temporis*, et *opportunitate loci* neque capi, neque obsideri poterat] In quibusdam est, *inoportunitate loci*: pro eo quod est, *iniquitate loci*: sic autem præter alia et Beroaldinum, et Venetum exemplar habet: quæ excudit Pincius, Pomponius castigavit, sed utrum rectius, alii viderint. Ut autem ab *opportuno* deducitur *opportunitas*, quid ni ita ab *inoportuno*, nam hac voce utitur Cicero, deduci *inoportunitas* queat? Nisi quis *importunitate loci* legere malit: quomodo inferius dicit, 'Aggeribus turribusque et aliis machinationibus fuisse locum importunum.' Ego vulgatam lectionem probo: nam *opportunitatem loci* cum propter incolas et cives, pro quibus illa erat; tum ob hostes Romanos, adversus quos erat, mihi dicere videtur. Sic enim alibi, 'Statuit,' inquit, 'urbes, quæ viris aut loco pro hostibus, et adversum se opportunissimæ erant, singulas circumvenire:' pro, quæ urbes munitissimæ erant. *Rivius*.

*Hiernantibus aquis*] Scriptus *hiernantibus aquis*. Varias conjecturas adferunt Critici, sed vulgatam defendit Seneca epistola cxiv. 'Dixit Sallus-

tius hiemantibus. Arrantius in libro primo belli Punici ait. Repente hiemavit tempestas.' Et quæ sequuntur. Dicat quis nescire nos locum hunc innuat Seneca, an vero illum ex deperditis historiarum libris: malim tamen asserere locum hunc in animo habuisse Senecam, quam temere quid mutare, aut frustra investigando in historiarum libris fatigari. *Putschius.*

*Hiemalibus aquis paludem fecerant]* Produxit editio Carrionis, *hiemantibus aquis*, neque culpo. Sed nostrum tuetur se toto grege manuscriptorum Pall. neque aliter Commelinianus. *Gruterus.*

*Vineas agere, aggerem jacere, aliaque quæ cepto unius forent, properare]* Quamvis et manuscriptum, et Badianum exemplar *præparare*, tamen *properare* magis placet, pro festinanter comparare. Sic apud Tacitum: 'properare deditonem.' Item: 'voluntariam mortem properare:' pro Celeriter sibi consciscere. Virgilius VIII. 'Hæc pater Æoliis properat dum Lemnius oris:' pro, Properanter facit. et est honesta locutio, inquit Servius. In manuscripto volumine, pro *cepto*, *incepta* legitur. ut et in impressis quibusdam; sed vulgatam lectionem relinquendam esse duco. *Rivius.* Vide supra c. 21. et 22.

*CAP. 38 Subdole ejus augere amentiam]* In manuscriptis est, *subdolos*: quæ nimirum verior lectio est. *Idem.*

*Subdole ejus augere amentiam]* Sic et antiquus Fulvii liber. *Subdolos*, reposui, quod ita scriptum in plerisque antiquis libris comperissem. *Manutius.*

*Vitabundus]* Vitañs, fugiens. Considerent docti, num Diomedes Grammaticus hunc locum citet l. 5. ubi sic ait: 'Item cum legitimus apud Sallustium: Vitabundus,' inquit, 'per saltuosa loca recedebat.' *Cast.*

*Denique Aulum spe pactionis pepulit, uti Sathule relicto]* Manuscripta, *perpulit*. *Rivius.*

*Die, noctuque]* Servius in l. Georg. profert alium Sallustii locum huic similem, in quo est: 'Die noctuque laborare, festinare.' Tacitus l. xv. 'Continuum die noctuque iter properabant:' infra tamen dixit Sallustius, 'Diu, noctuque:' ut l. i. histor. citante Charisio, in quo erat: 'Noctu diuque stationes et vigillas tentare.' Item: 'Diu noctuque fatigare animam.' *Ursinus.*

*Intempesta nocte cum multitudinis Numidarum Auli castra circumvenit]* Cum, non est in ullo manuscripto, ac rectius abest, sed nec Florentinus codex id habet, neque Beroaldinus. *Rivius.*

*Auli castra circumvenit]* Non possum quin indicem Nazarianam a prima ac secunda manū variare perpetuo in nomine *Auli*. A prima enim est, *Albini*; a secunda, *Aulini*: nisi sine capitis XXXVI. ibi enim initio fuit, *Albinus Aulo fratre in castris*: mutatum tamen et ibi statim *Aulino*. *Gruterus.*

*Arma capere alii, alii sese abdere]* Etsi omnes excusi codices, quibuscum consentiunt Mss. quidam, *Arma capere, alii sese abdere*, habeant, longe tamen, meo quidem iudicio, concinior et elegantior est hæc lectio, quam hic restitimus. Hoc eodem in libro Sallustius: 'alii fugere, alii arma capere:' et, 'monere alii, alii hortari:' et iterum; 'quam plerimas uxores alii, alii denas habent.' *Popma.*

*Construare, trepidare omnibus locis vis magna hostium]* Intreduxi aliam distinctionem ab ea, quæ hactenus fere obtinuit, coactus auctoritate membranarum; sed et alioqui prima editio, *confirmare*. *Trepidare omnibus locis vis magna hostium*: quam distinctionem minime posthabuerim vulgatiore, præferente; *confirmare*; *trepidare*: omnibus locis vis magna hostium. *Trepidare* hic notat, Satagere cum fructu. *Gruterus.*

*Cohors una Ligurum]* Celticam hæc

fuisse gentem ex Servio ad Virgil. *Æneid.* l. x. ubi de origine Urbis Pisaram agit, apparet, cum dicit: 'Alii Pisum Celtarum regem fuisse Apollinis Hyperborei filium tradunt, et postmodum eandem regionem Teutones habitasse, ipsum oppidum Teutam appellatum refert.' Etsi autem ejus verba mirum in modum sunt mutilata ac conturbata, tamen ista Celtarum, Teutonum, Teutarumque vocabula, genus Ligurum aperte ac manifesto indicant: quippe ad Arnun usque flumen, et urbem Pisas olim pertinere Ligures. Itaque Celticæ sive Germanicæ originis sunt Ligures. Atque id, præter alia, etiam oppidorum nomina satis evincunt. Strabo Brigantium, Scincomagum vicus eorundem dicit. Caturigum, qui Liguribus accenseatur, oppidum recenset Ptolemæus, Eborudunum, quod nunc est Embrun. Duo itineraria antiqua, Antonini et Hierosolymitanum, eodem tractu habent Caturigas, locum, qui Tabulæ Itinerariæ est Catorigomagus, prope quem in eadem Tabula est Istudurum. At Dunum, Magus, Durum, Briga, Brigantium Celtica esse vocabula dubium non est. His insuper adde quæ Plinius tradit III. 16. his verbis de Pado: 'Metrodorus Scepsius dicit Ligurum lingua amnem Bodincum vocari, quod significet fundo carentem.' Cui argumento, adest juxta Industriam, vetusto nomine Bodincomagus; ubi præcipua altitudo incipit. Certe hodieque omnibus pariter Germanicis gentibus fundus vocatur *Bodem*, et *Boddem*. Quam certissime igitur liquet Celticam gentem esse Ligures. Porro de his ita Florus II. 3. loquitur: 'Ligures imis Alpium jugis adhærentes inter Varum et Macrum flumen, implicitosque dumis sylvestribus, major aliquanto labor erat, invenire quam vincere. Tutum locis et fuga, durum atque velox genus, ex occasione magis atrocina,

*Delph. et Var. Clas.*

quam bella faciebat.' Hactenus Florus. Ligures autem omnes fallaces esse dixit l. II. Orig. Cato. *Cluv.*

*Turmis*] *Turma* proprie sunt equitum. Nam *Turma* triginta equites continet, dicta quasi ter dena, eo quod terdeni equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Ramnensium, ac Lacerum fiebant: erant autem in legione *turma* tricenariæ 10. seu equites 300. Sunt ergo *turmæ* in ala, quot cohortes in legione; et *decuriæ* quot manipuli: *ternæ* enim in *turma*. *Lips.*

*Thracum*] Thracia, Europæ regio celebris ad Pontum Euxinum. Xenophon Sexto Cyripæd. præter hanc Europæam, Asiaticam quoque habuit. Herodotus scribit eos Bithynos dictos, postquam in Asiam transfretassent. Ammianus l. XXVII. ejus sex provincias nomine numerat, item S. Rufus, suntque illæ: Thracia speciali nomine, Mœsia secunda, Scythia, Europa, Rhodopa, et Hæmimontum. Hodie uno nomine Romania nuncupatur. *Ortel.*

*Centurio primipili*] *Primi pilus* et *primus pilus*, non idem sunt. Vide Quæsitæ per epistolam. *Manut.*

*Primipili*] *Primipilus* erat caput et ductor omnium centurionum. Etiam in collegam suum sinistrum *Primipilum*, jus aliquod habebat. Nam hæc de dextro accipienda et summo, nisi tamen imperium hoc habuere per vices. Imperabat quidem suæ duntaxat centuriæ, sed quia mandata Imperatoris, aut Tribunorum sæpe per illum edebantur in vulgus, etiam in acie, in agmine illum aspectabant, et ad ejus nutum sistebant, aut procedebant, ideo quia Aquilam regebat, primum signum. Et ita præerat Aquilæ, ut etiam sub iter ipse eveleret refixam, et signifero suo in manus daret: quin etiam in ipsa acie assistebat, et tuebatur. Quia igitur Aquila in *Primipili* tutela, et ei velut assignata, inde manavit, ut Aquila

*Sallust.*

20

pro ipso illo munere et Primpilatu usurparetur. Huic muneri non modo dignitas, sed et opes adjunctæ. In Codice Justiniani et Theodosii, Primpili munus ministerium magis fuit, quam honos: sic enim dicti, qui ad pascendos milites solenniter ad limitem destinantur. *Lips.*

*Tertia legionis*] Legiones apud Romanos plerumque nomen a numero sortiebantur: unde apud Ciceronem, Cæsarem, Tacitum, et alios primam, secundam, tertiam, quartam, quintam, et ne longius prosequar, decimam, vigesimam, et trigesimam legionem invenies. *Cast.*

*Tametsi ipsum cum exercitu fame ferroque clausum tenet*] Est in quibusdam, *tenet*: id Latinitatis ratio exposcere magis videtur, nisi si ἐρέπωσι modi esse malis. *Rivius.*

*Sub jugum*] Tribus hastis jugum fit, humi defixis duabus, superque eas transversa una deligata. Livius l. III. ab U. C. et Dionysius Ant. Rom. l. III. *Cast.*

*Quæ quanquam gratia, et flagitii plena erant*] Manuscriptum, *Quæ gratia quamquam*: et sic sæpe Tacitus: velut v. 'Hæc mira quamquam, fidem ex eo trahabant.' Laur. Valla haud scio an memoria lapsus, *flagitio plena* legit libro elegantiarum III. quo loco docet Ciceronem *Plenus* cum genitivo jungere solitum, plerosque eodem sæculo cum ablativo. Mox enim subdit cum Varronis e tertio de re rustica, 'Utrum his piscibus stagnum habeat plenum, an ranis,' tum hoc e Sallustio exemplum, *flagitio plena*; quo id comprobet. Quod Ciceronem affirmat semper hoc nomen cum genitivo jungere consuevisse, in eo plane est memoria lapsus; id quod exempla sequentia ostendunt. 'Ornamentis sanorum plena domus:' et, 'Otiosa vita, conferta et plena voluptatibus:' et, 'Litteræ gravissimis verbis sententiisque plenæ.' Sed et 'noctem plenam timoribus,' apud

eundem legis. *Rivius.*

*Mortis metu mutabentur*] Sic in Catil. 'Pace bellum mutavit;' et in orat. Philippi: 'Quorum nemo non diurna mercede vitam mutaverit.' Hunc locum non recte interpretatur Turneb. Advers. XVIII. 7. cum enim illi miseri mortem expectarent, eam mortis metum cum ignominia commutatum facile tulerunt. Infra: 'cunctaque præsentis ignominia mutastis.' Nonius, 'mutare, aliud pro alio accipere. Lucill. Publicanus vero ut Asiæ fiam scripturarius, pro Lucillio; id ego nolo, et uno hoc non muto omnia.' *Ciaccon.*

*Mutabant*] Manuscripta et alia quædam, *mutabantur*, pro permutabantur: id est, quia hæc patienda potius quam moriendum censebant, vel, quia vitam hac re suam redimebant. Nam mutatio fit, quum aliud pro alio substituitur. Legitur et *mutabantur*. *Rivinus.*

*Sicuti regi placuerat*] Passim in omnibus exemplaribus excusis sic legitur. Libri duo calamo exarati: *Sicuti regi placuerat*: quo verbo sæpe Sallustius utitur: nam supra; 'propter dissensionem placuerat dividi thesauros:' et infra; 'atque hoc utinam a principio tibi placuisset:' et iterum; 'Ita Jugurthæ placuerat speranti mox effusus hostes invadi posse.' Nos tamen nihil mutamus. *Popma.*

CAP. 39 *Sed ubi ea Romæ comperta sunt*] Vulgati receptio; codices ita habent. Priscianus, 'Hæc ubi Romæ comperta sunt,' legit. Sed et ipse Sallustius in Catilinario, 'Hæc,' inquit, 'ubi Romæ comperta sunt, Senatus Catilinam, et Mallium hostes judicat.' Nos tamen nihil mutamus. *Idem.*

*Sociis et nomine Latino*] Notandum Latinos et Italicos sæpe absolute *socios* appellari. Quin et aliquando Latini et Italici confundebantur. Ita Valerius Pelignos, qui Latini non erant, ita tamen appellavit. *Latham*

autem discrevit Latinos ab Italia, qui non erant in Latio: fœdus ab illis civibus Romanis, qui agrum Romanum possidebant aut colebant in Latio; jus Latii ab iis Latinis; qui cum agrum Latinum tenerent, non tamen Latii jure fruebantur. Ex fœdere autem, quod cum Latinis est percussum, jus illud emanavit. Quod est jus Latii, vel Latinitas appellatur, quod constat quidem jure civium Romanorum fuisse deterius, Italico vero aliquanto commodius. Quod autem jus habuere illi, qui fuere Latini nominis? Jus privatam quod attinet, diversum erat a jure Quiritium. Nam et beneficii loco illud iis concedebatur. Non enim, si per leges Romanas civis Romanus neque a privato verberari, neque a magistratu cædi potuit, propterea etiam Latinus non potuit: nec si quid juris patricii aut plebeji Romæ habuerunt, idem etiam Latini usurparunt. Nam sacrorum jura quædam et connubiorum, et patrum in liberos, et legitimi domini, et testamentorum et tutelarnm, propria civium Romanorum fuisse, ita ut nullis aliis, nisi jure Quiritium impertito, communicata sint, ita perspicuum est, ut longiorem orationem non desideret. Age vero videamus, quod ad jus publicum pertinet. Militasse primo Latinos pro Romanis, non est dubium. Hoc enim et aliis ante fœderibus et maxime Cassiano est provisum, ut Latini Romanorum arbitrio copias pedestres et equestres darent, quarum opera ipsi in bello uterentur. Suffragium porro illorum in Civitate Romæ quod attinet, ita illis usi sunt, ut, quantum ex Annalium veterum monumentis, et Populi R. Actionibus colligi potest, nec tribum certam, in qua suffragium ferrent, habuerint, nec nisi ad leges jubendas et judicia faciendâ vocati sint, nec intercedente vel Consule, vel Tribuno plebis jus ullum suffragii ferendi habuerint: sed sæpe Urbe in quam

suffragiorum causa venerint, abire jussi. Hoc autem Cassiano etiam fœdere impetratum apparet. Civitatem vero neque omnino cum suffragio, neque sine suffragii latine datam, sed ad arbitrium magistratum, ex Dionysio apparet, qui ita loquitur: 'Cum Cassius Hernicos iisdem fœderis conditionibus, quibus Latinos obstrinxisset, atque agrum Hernicis ademptum, plebi Romanæ, Latinis Hernicisque divisurus esset, eique rogationi intercederet; Latinos et Hernicos, quam plurimos potuit, ad suffragium ferendum accivit. Qui cum frequentes venissent, urbem hospitum turba repleverunt. Quod cum ad Virginium collegam ejus delatum esset, per compita edicli jussit, ut qui in Urbe domicilium non haberent, intra certum diem exirent. Cassius autem contra edixit, ut qui civitate donati essent, donec lex accepta esset, manerent.' Ex hoc quoque jure illud est, quod Livius refert contigisse anno Urbis DCLII. AP. CLAUDIO, Q. FVLVIO COS. Italia Bello Panico secundo flagrante, in judicio M. Posthumii Pyrgensis ad populum: 'Testibus,' inquit, 'datis tribuni populum summoventur, sitellæque allata est; ut sortirentur, ubi Latini suffragium ferrent.' Hæc ille. Neque vero, nisi jus suffragii aliquod habuissent, sortitione ante tribuum opus fuisset, in quibus suffragium ferrent, nec si tribum, ut jure optimo cives obtinuissent, ubi suffragium dicerent, sortiendum fuisset. Extremum fuit jus magistratum petendorum Romæ. Asconius: 'Cn. Pompejum transpadanis colonis jus dedisse Latii, ut possent habere jus, quod ceteræ Latine colonie, id est, ut petendi magistratus gratia civitatem Romanam adipiscerentur.' Quid est autem, petendi magistratus gratia civitatem adipisci? Quid est enim? An ut cives Romani fierent tantummodo, ut Romæ honores peterent?

Non videtur. Qui enim credibile est, omnes Latinos jus petendorum Romæ magistratum habuisse, qui ne suffragium quidem, nisi quo dictum est modo, haberent? Est enim jus magistratus magnificentius. multo quam suffragii. Au ut qui jus Latii haberent, præter cetera civitatem etiam Romanam assequerentur, ubi apud Latinos magistratum petissent, vel potius gessissent? Equidem ita arbitror. Id enim aperte tradit Appianus l. III. cum inquit: 'Novum Comum Cæsar ad jus Latii redegit, apud quos qui annum gessissent magistratum, cives Romani fiebant.' Hanc enim vim habuit Latinitas. Hoc vero jus Latini populi usque ad annum DCLXII. usurparunt, quo ex L. Julia universo Latio est concessa civitas, paucis quibusdam oppidiis exceptis, quibus civitatis et suffragii jura singulari populi Romani benignitate fuerant ante concessa. *Signon.*

*Populi injussu*] Sic Livius l. IX. 'Coss. profecti ad Pontium in colloquium, cum de fœdere victor ageretur, negarunt injussu populi fœdus fieri posse, nec sine fecialibus, ceremonisque alia solemnibus. Itaque non, ut vulgo credunt, Claudinsque etiam scribit, fœdere pax Caudina, sed sponsione facta est,' &c. Et paulo inferius: 'Spurius Posthumus, qui sponsionem fecerat, in Senatu, sententiam a Coss. rogatus, ita disserit: Quæ sententia testis erit, mihi an legionibus vestris pepercerim: cum me seu turpi seu necessaria sponsione obstrinxi: qua tamen, quando injussu populi facta est, non tenetur populus Romanus; neque quicquam ex ea, præterquam corpora nostra debentur Samnitibus. Dedamur per feciales nudi, vincitque exsolvamur religione Populum, si qua obligavimus,' &c. Et paulo inferius: 'Neque ego inficias eo, Patres Conscripti, tam sponsiones, quam fœdera sancta esse apud eos homines, apud quos

juxta divinas religiones fides humana colitur: sed injussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat.' *Ciaccon.*

*Postquam eo venit*] In nonnullis est, *Postquam eo ventum est*; quomodo et alias. *Rivius.*

*Animo ardebat*] 'Ardere ira,' 'dolore,' 'desiderio,' dixit Cicero; et, 'ardet animus:' ut Sall. in orat. de repub. ord. 'ardet omnibus animis.' Cæsar VII. 'Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas civitates adjungeret.' *Ciaccon.*

*Animo ardebat*] In quibusdam, *animus ardebat*; videlicet Albini consulis. Sed prior lectio melior, pro studio et cupiditate flagrabat: sic enim et manuscripta. *Rivius.*

*Quos præter fugam soluto imperio, licentia atque lascivia corruperat, et copia rerum*] In manuscriptis ceterisque vetustioribus, *ex copia rerum, statuit sibi nihil agendum*: pro, Ut res sese dabant, sive Pro statu et conditione rerum. Sic postea Sallustius, 'Tum Marius ex copia rerum consilia trahit:' id est, *ex tempore*; vel, *pro re nata*. Tacitus, 'Ex re consulere,' dixit. *Idem.*

*Ex copia rerum statuit nihil sibi agendum*] Sic infra: 'Marius ex copia rerum consilium trahit:' contra: 'Tamen ex inopia quod optimum videbatur, consilium capit.' *Ciaccon.*

CAP. 40 *Interea Romæ C. Mamilius Limetanus tribunus plebis, rogationem ad populum promulgat*] Hic tam varia est in exemplaribus lectio, ut quæ potissimum probanda, haud facile judicare possis. In Veneto est, *C. Mamilius Limitanus tr. pl.* nec secus in Argentoratensi, atque aliis plerisque. In Parisiensi, quod est a Badio excusum, castigatum ab Aleandro, *G. Mamillus Limentanus*. In Fabriciano, quam lectionem maxime omnium probandam puto *G. Mallius Limetanus*. Quamquam in spatio quod versus dirimit, adscriptum ibidem est, *Mamil-*

las. Sed et postea ubi in aliis fere, *ex Manlii rogatione*; in Badiano, *ex Mamilli*; in manuscriptis est, *ex Maliana*. Sed quid multis? Aut hæc lectio vera est quam habet manuscriptum, aut ea quæ in pervulgatis est exemplaribus. dialogi de claris oratoribus quem Brutum vocant, quo loco Cicero de C. Galba Sergii F. loquens *hujusce* trib. pl. meminit: 'nam rogatione,' inquit, 'Manilia, Jugurthinae conjurationis invidia cum pro se ipse dixisset, oppressus est.' Ibidem paulo post de L. Bestia loquens: 'Nam invidiosa lege Manilia quæstio C. Galbam sacerdotem, et IV. consularibus L. Bestiam, C. Catonem, Sp. Albinum, civemque præstantissimum L. Opimium, et quæ sequuntur.' Nisi quis *Mamilia* ibi, non *Mamilia* legendum esse contendat, ita uti de doctis quidam censent: tametsi Erasmus quidem in postrema editione Chilliadum, *rogatione Manilia* legit, hunc Ciceronis e Bruto locum citans. Similis fere error est in *Octavio* illo *Tusculano*, apud T. Livium I. ab U. C. quem *Mamilium* alii vocant, alii *Mamilium*; quod posterius in *Anthropologia* comprobatur Volaterranus, quicum eruditi quidam faciunt. Sex. Pompejus F. *Mamiliorum familia* diversam facit ab ea quam *Manliam* alii vocant. 'Mamilia,' inquit, 'turris, intra Suburræ regionem, a Mamilio nomen accepit. Mamiliorum familia a Mamilia filia Telegoni, quam Tusculi procreavit, est appellata, quando id oppidum ipse condidisset.' Mox, 'Manliæ gentis patriæ decreto, nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum affectasset, damnatus necatusque est.' Hæc totidem ferme verbis repetit Sipontinus. Quod nisi mendum est in exemplaribus Sex. Pompeii, ut esse suspicor, errat et Volaterranus ipse, et quicumque alii

*Manilium* vocant principem illum Latini nominis *Octavium Tusculanum*. Sed mihi legendum apud Festum videtur, *Maniliorum familia, a Manilia, &c.* Livii exemplaria variant; nam est in aliis *Manilius*, in aliis *Mamilius*. Sed et auctor libelli de magistratibus R. *Mamilium* vocat, cum *Manilium* alias legi, sit in margine adnotatum. Contra, qui de viris illustribus scripsit, eundem *Manilium* appellat, quem admodum et Florus I. I. et e recentioribus Alexander Neapolitanus. Quin et apud Ciceronem II. de Natura Deorum, quo loco sic Hervagius, 'Cum A. Postumius dictator cum Octavio Mamilio Tusculano prælio dimicaret,' &c. ibi Aldus, *Manilio* excudit; tametsi idem Aldus in epistolis ad Atticum, 'Manlium' dicit, 'Male,' inquit, 'Tarquinius, qui Porsenam, qui Octavium Manlium contra patriam: quomodo et aliud quoddam Venetis impressum, et illud Basilicæ ab Hervagio excusum. Cura me hercule non deesset, ut Livii nostri verbis utar, si qua ad verum via inquirentem ferret. Nunc mirari magis, adeo discrepare inter se codices, quam quid veri sit, discernere queas. Quod si Græci nobis exemplaris copia D. Halicarnass. foret, perfacile huic rei inveniri remedium posset. Sed de hoc satis. M. Manlius qui Capitolium defendit, a Plutarcho *Μάλλιος* dicitur. Is vero unde lex *Manilia* nomen habet, *Μαίλιος* ab eodem in Ciceronis vita; sed in Pompeii, *Μάλλιος*, mendose ut opinor, et incuria librariorum: quando, ut dixi, diversa Romæ fuit prosapia *Manliorum* et *Maniliorum*. Hoc ceu auctarium addere libuit. Pro *Interea*, est in manuscriptis *Interim*, nec aliter in impressis vetustioribus. *Rivius*.

C. *Mamilius Limitanus*] Alii, *Limentanus*; quod mendosum est. Sincerum autem, *Limitanus*, aut, *Limentanus*: cum i, et e vicissim veteres usur-



paverint. Est autem hic C. Mamilius is, qui legem Mamiliam celebrem tulit de limitibus, cujus mentio est in libro De limitibus agrorum et apud Ciceronem De legibus, et in Bruto. Nummum præterea argenteum ipsi vidimus apud clarissimum virum Andream Lauretanum, patricium Venetum, in quo est, C. MAMILII. LIMETAN. *Manutius.*

C. *Mamilius Limetanus*] Ita nos jam pridem emendavimus ex auctoritate veterum codicum, itemque numismatum, in quibus est, C. MAMIL. LIMETAN. *Ursinus.*

*Quorum consilio Jugurtha senatus decreta neglexisset*] Manuscripta duo, *senati decreta*: qui est genitivus antiquus, atque ob id Sallustio antiquario magis conveniens. Sic Plaut. 'Senati columen' dixit. *Ricinus.*

*Occulte per amicos, ac maxime per homines Latini nominis, et socios Italicos impedimenta parabant*] In Mss. ceterisque vetustioribus, *per homines nominis Latini*: nam hoc ordine verborum et alias quoque utitur. Nec aliter in vetustis inscriptionibus, ubi fere primis tantum litteris hæc verba notantur, in hunc modum, N. L. quibus litteris significatur, *nominis Latini*: unde conjicere licet, hac serie fere collocanda esse hæc verba, et hunc fuisse usum publicum et observationem communem: idque maxime, si obscenius alioqui concurrant litteræ, nisi ordinem verborum immutes. T. Livius, 'Quina millia socium Latini nominis,' inquit, quomodo et alias idem sæpe. Sed cum tale obstat nihil, ordine priore verborum fere utitur; velut x. dec. iv. 'Fabius sociis atque nomini Latino remittere delectum:' et ii. dec. ejusdem, 'Circa nomen Latinum a prætore missæ litteræ.' Sic alibi, 'Ut socii nominis Latini,' inquit; item, 'Ut cum sociis ac nomine Latino,' &c. *Idem.*

*Socios Italicos*] Videa supra B. J

c. 26. in princ.

*Sed plebs, incredibile est memoratu*] Manuscriptum allaque, *plebes*; id mirum rectius est. *Idem.*

*Sed questionis exercitata uspere violenterque*] Manuscripta duo, *exercida*; idque haud scio an melius: nam et iudicium et quæstio exerceri dicitur. Cicero; 'Qui cum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset.' Livius, 'Quam acriter questiones exercuisset.' Neque tamen priorem lectionem repudio: nam peculiare est Sallustio nostro frequentativis uti pro primitivis, quomodo allcubi, 'agitare prædas,' pro *agere* dixit, et 'ducere exercitum,' pro *ducere*. Rivius.

CAP. 41 *Ceterum mos partium popularium et senatus factionum*] Valde discrepant libri: editio princeps præfert, et *Senatorum factionum*. Naz. *mos partium popularium et factionum*, sine voce *Senati*; quæ nec in Comm. nisi a calamo recenti: etiamque interpolata in Pal. sec. nam tert. *mos partium popularium, Senatus factionum*, sine copula: sext. *mos partium pop. et mos Senatus, &c.* nisi fallor restituendum: *ceterum mos partium et factionum*, omisis ceteris. Imo si quis adhuc amputarit, et *factionum*, ei apud me præmium. *Gruterus.*

*Et paucis ante annis*] Tò et perperam est in Gymnico additum. *Rivius.*

*Quæ prima mortales ducunt*] Sic infra: 'et alia quæ prima ducuntur:' et, 'prima habere.' *Ciaccon.*

*Nam ante Carthaginem deletam*] Vellejus Paterculus l. ii. 'Potentiæ Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuriæ posterior aperuit: quippe remoto Carthaginis metu, sublataque imperii æmula, non gradu sed præcipiti cursu a virtute deactum, ad vitia transcursum, vetus disciplina deserta, nova inducta: in somnum a vigiliis, ab armis, ad voluptates, a negotiis in otium conversa civitas.' Latius hæc apud Augusti-

num libris de civitate Dei, qui et in eam rem luculentissimas Sallustiani naufragii tabulas conservavit, quas habes infra, primo historiarum libro. *Putschius.*

*Metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat]* Alii *continebat*: sed eodem sensu; quamquam posterius mihi quidem magis aridet: nam et Florus eadem de re loquens, eo ipso verbo est l. iv. usus. Sunt apud Vellejum Paterculum quæ huc faciant, ea subjicere visum. ‘Potentiæ,’ inquit, ‘Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuriæ posterior apernit. Quippe remoto Carthaginiis metu, sublataque imperii æmula, non gradu, sed præcipiti cursu, a virtute descitum, ad vitia transcursum, vetus disciplina deserta, nova inducta; in somnum a vigiliis, ab armis ad voluptates, a negotiis in otium conversa civitas.’ Sallustius in 1. historiæ: ‘At discordia, et avaritia atque ambitio,’ inquit, ‘et cetera secundis rebus oriri sueta mala, post Carthaginiis excidium maxime aucta sunt. Nam injuriæ validiorum, et ob eas discessio plebis a patribus, aliæque dissensiones domi fuere jam inde a principio: neque amplius quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio et bellum grave cum Etruria positum est, æquo et modesto jure agitatum.’ Hæc ex Augustino, II. de Civitate Dei. *Rivius.*

*Sed ubi illa formido mentibus decessit]* Manuscripta, *discessit*. Tu vide utrum rectius ‘Discedere spem alicui,’ est apud Cæsarem: ut et ‘formidinem discedere,’ non absurde forsitan dicere possis. *Idem.*

*Sed ubi formido illa mentibus discessit]* Produxi cum Carrione scripturam Mss. codicum, improbato illo, *decessit*. Gruter.

*Amant]* Græcismus. Ita enim et *φιλοῦν* dicunt. Vide supra Ciaccon. in fine c. 24. B. Jug.

*Otium postquam adepti fuerit, acer-*

*bis, asperiusque tulere]* Rejecta vulgata lectione, hanc scripturam amplector, ut sinceram, et cum illa quæ sequuntur, congruentem, et consentaneam. *Popmæ.*

*Otium postquam adepti sunt, asperius acerbiusque fuit]* Ita sine ullo dissensu Pall. ut mirer quid Popmæ venerit in mentem isthæc sæde interpolanti, etiam contra consensum editionum exoletarum. *Gruterus.*

*Namque capere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubricum vertere]* Sic est in manuscriptis, quæ ipse viderim, contra quam Gymnicus habet. Ultra lectio verior, aliorum esto iudicium. *Rivius.*

*Capere nobilitas dignitatem; populus libertatem]* Libri scripti præferunt: *capere nobilitas dignitatem in superbiam, populus libertatem*: alii codices; *nobilitas dignitatem in dominationem*. Multus est Sallustius in commemoranda superbia nobilitatis. Paulo post: ‘nobilitas factione pollebat,’ legendum, inducto magis, quod abest a scriptis. *Putsch.*

*Namque capere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubricum vertere]* Sic Mss. ætate provectiores: et recte, nam libidine laboratum æque in plebe juxta ac nobilitate. Libri plane recentes, duo Pall. sept. ac dec. ignorance vocis *lubidinem*, invexerunt amplius, *nobilitas dignitatem in dominationem, populus, &c.* vel etiam, *nobilitas dignitatem in superbiam*: stulte: tollenda enim utraque vox; fortassis quoque præterea, *capere*. Gruter.

*In multitudine desperat]* Contra infra: ‘In patribus summa auctoritas erat, vis multo maxima in plebe.’ *Ciac.*

*In multitudinem minus poterat]* Reduxi posituram verborum ac distinctionem, quæ in Mss. editisque vet. quibus tamen in *multitudine*, ut forsitan binæ illæ dictiones sint ab librariis; certe præpositio, quæ alioqui non est in Pal. nono. *Gruter.*

*Belli domique]* Sic dixit ut belli

*militiæque*; infra: 'animus belli ingens, domi modicus.' Et in Orat. Cotta: 'domi bellique impeditissima respublica.' *Ciaccon.*

*Resp. agitabatur*] *Resp.* non est in ullo manuscripto, nec in codice Be- roaldino. *Rivius.*

*Uti quisque potentiori confinis erat*] Quamvis in quibusdam sit *affinis*, tamen prius illud magis arripit, et ad sensum magis facit: pro, *conterminus*, ut Plinius loquitur. *Idem.*

*Neque sancti habere*] Id est, et nihil sancti habebat: hoc refertur ad id quod dixit, *polluere*. *Nihil sanctum habere*, est omnia sancta violare; nam id dicitur *sanctum*, quod violari nefas est: ut fides, pietas, justitia, religio: hæc omnia et his similia sancta dicuntur, quia ea pollui et violari non licet. Sed nobiles Romani nihil sancti habebant, quia omnia violabant, quæ violari non licet: nam fidem et justitiam pro pecunia violabant, ut ante dixi. *Sold.*

*Semetipsam præcipitavit*] Legendam, *semetipsa*, ex vetustis quibusdam. *Rivius.*

*Quasi permixtio terræ oriri capit*] Verba duo postrema non videntur legitima auctoris. Naz. habet, *quasi permixtione terra fore capit*: emendatumque deinde, *terræ oriri*; ac refert Commel. *quasi permixtione terræ oriri capit*, quomodo et a manu recentii Pal. sec. cui prius fuerat, *quasi permixtione terrere capit*: sed nec satis intelligo hanc permixtionem terræ. *Gruter.*

*Quasi permixtio terræ*] Fortasse: *rerum*. Gronov.

CAP. 42 *Quorum majores Punico, atque aliis bellis multum Reipubl. addiderunt*] Gracchi multa præclara facinora bello gesserunt, et in bello Punico, et in aliis. Nam Sempronius Gracchus consul et collega P. Cornelii Scipionis; patris Scipionis Africani majoris, ad insidias missus contra Carthaginenses, bello navali fe-

liciter dimicavit, septem navibus captis, ceteris in fugam versis. Idem apud Placentiam contra Hannibalem feliciter pugnavit, pulso hoste in castris. Tiberius autem Gracchus Han- nonem dnce Pænorum cum exercitu fudit apud Luceriam, ex quo prælio paulo minus duo millia hominum cum ipso dnce fugerunt. Item P. Sempresius consul in agro Crotoniensi cum Hannibale confixit; fuso fugatoque exercitu quatuor millia hostium occidit: paulo minus trecentos cepit, undecim signa militaria capta sunt. Ex his patet, quomodo majores Tiberii et Caji Gracchorum multum reip. addiderunt. Denique Tiberius Gracchus pater eorum, bis consul fuit, ac bis triumphavit. *Sol.* Vide Liv. Decad. III. lib. III. IV. et V. et Decad. V. lib. I. *Cast.*

*Modo per socios, et nomen Latinum*] Vide supra c. 39.

*Deinde paucos post annos*] Manuscriptum *dein*. *Rivius.*

*Paucos post annos*] Inter utriusque cædem undecim, vel summum duodecim anni interfuerunt. Tiberius enim, Scævola et Calpurnio, Cajo autem, Fabio et Opimio consulibus occisus est, inter quorum consulatus undecim anni intercesserunt. *Cast.*

*Eadem ingredientem*] Id est, Eadem molientem et conantem, quæ ipse Tiberius conatus fuerat: videlicet ferentem leges Agrarias. *Sold.*

*Cajum, Tribunalum*] Post *Cajum*, distinguendum, atque deinde divisim inferendum: *Tribunum pl. alterum* (nempe, Tiberium) *alterum Triumvirum* (nempe Cajum) *coloniis deducendis*. M. enim Fulvius Flaccus non cum Tiberio, sed Cajo occisus est: ut auctor est Florus in altera Epitome I. LXI. Quod admonendum duximus; quoniam hic locus in plerisque codicibus corrupte legitur, et a Commentatoribus misere tractatur. *Gkæra.*

*Haud satis animus moderatus fuit*] Immo intemperatus fuit Gracchus

cupidine victoriae; unde ab Juvenale seditiosissimi innuntur Satyra secunda, ubi dicit: 'Quis tulerit Græchos de seditione querentes?' *Badius.*

*Ex lubidine sua*] Vox sua mihi suspecta est. *Ciaccon.*

*Ex lubidine sua*] Inter voluntatem et libidinem hoc interest, secundum Ciceronem in quarto Tusculanarum: 'Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat: quæ autem ratione adversa incitata est, ea libido est, vel cupiditas effrenata.' Ergo desiderium in bono voluntas dicitur, desiderium in malo libido vocatur. *Badius.*

*Multos mortales*] Legendum mortalibus. Riv.

*Quæ res plerumque magnas civitates præsumedit*] Manuscriptum, *passum dedit*, ut sint duæ dictiones, non una composita. Corn. Tacit. III. 'Quod multos etiam bonos passum dedit.' Sic et *passum ire* divisim dicitur: velut apud Plin. 'Passum iere vitæ prætia:' et Plant. 'Passum abeat.' Ne multis, *passum dedit* sic divisim dicitur, ut in oratione Lepidi Sallustius *venum datum* dixit, 'quasi Cimbricam prædam venum aut dono datum:' et Livius, 'Ignaros omnium se venum a principibus datos;' pro, *occidatos*. Apulejus v. 'Nisi eam passum de tantis opibus eiecero:' pro, 'nisi exturbaro atque evertero tantis bonis.' *Idem.*

*Alteri alteros vincere*] Ex Catone hoc sumtum apud Gellium, 'alteri alteros occidere.' *Ciaccon.*

*Tempus quam res maturius me deseret*] In manuscriptis quibusdam non reperi me, ac citra detritum sensus omitti potest. *Rivinus.*

CAP. 43 *Post Auli fædus exercitusque nostri fædam fugam*] In aliis *fugam fædam*. Quomodo supra: 'Nostri fuga fæda, plerique abjectis armis, proximum collem occupavere.' Est autem 'fædam, turpe et flagitiosum, dedecorisque et ignominie plenum.' Nec inepte hoc epitheton tribuitur

formidosæ fugæ. Cicero ad Atticum, 'Mitto illam fugam ab urbe turpissimam.' *Idem.* 'Quid fœdus, quid perturbatius hoc ab urbe discessu? sive potius turpissima fuga?' Titus Livius IV. ab U. C. 'Per aversam portam fuga turpi deseruntur.' *Idem* VI. belli Punici secundi, 'Hinc omne Punicum nomen maris terraque fæda fuga impleturum:' et IX. ejusdem, 'Cum multa cæde ac fæda fuga retro ad naves compulsi sunt.' *Idem* I. belli Macedonici. 'Vix tentato certamine turpi fuga repetunt castra:' et VII. 'Deinde redire in pugnam jubebat, pavorem et turpem fugam increpans.' *Idem.*

*Q. Metellus*] Hic est Q. Cæcilius Metellus, qui postea Numidicus est appellatus. Fuit vir magni animi: quippe qui in legem Saturnini jurare unus noluit, et de civitate maluit, quam de sententia, dimoveri. Cicero in Orationibus post Reditum ad Quirites, et in Senatu, pro Cornelio Balbo, pro Sestio, in Pisonem, de Claris Oratoribus, et in Epistolis ad Lentulum. Livius I. LXV. et LXVI. Paterculus libro priori. Auctor de Viris Illustribus c. 46. Valerius Maximus IV. I. Orosius v. 16. et 17. Eutropius I. IV. Appianus Bellorum Civilium I. I. Plutarchus in Mario et in Lucullo. *Cast.*

*Silanus*] M. Junius Silanus, qui paulo post adversus Cimbro infelicitè pugnavit: ut leges apud Livium lib. LXV. Paterculus in Volturno priori, et Florum III. 3. quare miror, cur Eutropius contra scripserit; inquit eum: 'A M. Junio Silano collega Q. Metelli Cimbrum in Gallia victi sunt.' *Idem.*

*Particaverant*] Valde verisimile est Sallustium scripsisse *paracaverant*, ut existimat Victorius. Vide Obs. I. 1. 10. *Gruter.*

*Metelloque Numidia ecerat*] Sic et manuscriptum; quamvis in aliis, *obvenerat*: sed eodem sensu. *Rivinus.*

*Alia omnia sibi cum collega communia ratus]* Communia, Fulvii liber non habet. *Manut.*

*Alia omnia sibi cum collega communia ratus]* Tò communia, non reperi in ullo manuscripto, nec in impressis vetustioribus; at sensus tamen id exposcere videtur, ut opinor. *Rivius.*

*Milites eligere, scribere]* Tò eligere, non est in manuscripto. *Idem.*

*Et reges ultro auxilia mittendo]* Magis Sallustiane scriptus, *auxilia mittere.* *Putsch.*

*Cum propter bonas artes]* In antiquis, *cum propter artes bonas:* sic inferius, *certanteis,* ubi hodie *certantes:* sequitur autem adjectivum in manuscriptis et impressis vetustioribus. *Rivius.*

CAP. 44 *Exercitus ei traditur Spurio Albini proconsulis iners]* Ita optimi codicum, Naz. ac Com. non ut alii editique, *traditur a Spurio Albino proconsule.* Quod si cui libitum reseccare adhuc illud *proconsulis,* faciet auctoritate Pal. quarti. *Gruter.*

*Comitorum mora]* Mora nominandi casu dictum est, ut recte exposuit Badius. Soldus putavit auferendi casum esse, ideoque hunc locum mire exponit. *Glarean.*

*Quantum temporis in imperio fuit, plerumque milites in statutis castris habebat]* Manuscriptum, *stativis castris:* quomodo Cicero, 'Iste novus imperator pulcherrimo Syracusarum loco stativa sibi castra faciebat.' Cæsar III. de bello civili, 'Eodemque die uterque eorum ex castris stativis a flumina Apso exercitum educunt.' Ibidem, 'Scipio in castris stativis biduo moratus.' *Rivius.*

*Quantum temporis astirorum imperio fuit]* V. c. addit præpositionem, *in;* nam habet, *in imperio fuit.* *Ursin.*

*Neque muniebantur ea, neque more militari vigiliæ ducebantur]* Locus hic in omnibus editionibus mancus, deminutusque fuit: eum nos ope et auxilio antiquissimi codicis restitui-

mus. Neque hæc priora verba adalterina, vel e glossemate alicujus inserta sunt, sed Sallustiano stylo, et sententiæ hujus loci optime conveniunt: loquitur enim de castris; id quod verba paulo ante præcedentia ostendunt. *Popma.*

*Sed neque more militari vigiliæ ducebantur]* Quod hic interserat Popma, *Sed neque muniebantur ea, neque more militari, &c.* sciamus oportet, nihil tale inveniri in libris Palatinis, adeo ut putem codicem ejus antiquissimum nihil habere præter nomen. Plane, si examinaverimus trigam illam verborum, reperimus falsum esse: non modo, quod ubi castra, ibi etiam munitio; sed quod verosimile, galeatos istos lepores probe sibi cavisse vallo ac fossa a superventibus hostium. *Gruter.*

*Vigiliæ]* *Vigiliæ* et *excubiæ* sæpe confunduntur. Proprie autem *vigiliæ* erant nocturnæ, *excubiæ* diurnæ. De utrisque breviter agendum. *Excubiæ* autem erant ad portas et vallum castrorum; atque adeo Romanis mos fuit totas cohortes et turmas habere, et ponere quietas ante ipsas portas, non unum aut alterum militem, ut hodie fieri solet: illi, plures, atque etiam cum periculum esset, alios super alios, et longius abjunctos. Id vocabant ab ipsa re stationes: stabant enim, tam equites quam pedites. Hæc stationes olim quidem totum diem habitæ, sed mutavit *Emilius* ob causas, et binas in diem statuit. Utiles valde, quod nunquam hostis imparatos, aut paucos deprehendebat, imo qui essent resistendo, donec succurreretur. Anxie autem servatæ, et omnino capitale (nisi magna vi abriperentur potius, quam pellerentur) deseruisse. Has stationes puto ex omni genere militum, exceptis veliti- bus, obiisse: ad singulas portas non minus cohorte et turma una; interdum et plures, cum juxta hostis, Quatuor autem portæ: in universum

44. cohortes et totidem turmae, exceptis iis, qui ad Prætorium extraordinarii aut selecti, hi enim erant ab hac re immunes. Ergo munus rediit decimo quoque die; imo quinto, si illius mediam dividis cum Æmilio. Porro in vigiliis nocturnis locum habebat tessera, ipsa vigilia, et circumitio. Tesserarius quotidie sole jam inclinante ad Tribuni tentorium venit, et signum petit: illud Tribuni ab Imperatore accipiebant, in milites per centuriones transfundendum. Signum aut tessera militaris erat tabella latiuscula e ligno, inscripta: nempe ipso nocturno signo, aut dicto, quod esse vellet Imperator. Tesserarius, accepta tessera a tribuno, non loci aut dignitatis ordine dabat, incipiens a primis manipulis: sed contra redibat ad sanam et ultimum manipulum, et centurioni dabat in tabernaculo adhibitis testibus, quo, si in ea re peccatum esset, constare posset: ille acceptam proximi manipuli centurioni, ille iterum proximi, donec ad primos manipulos perventum esset: bonus hic ordo dupliciter: tam ut vigiliæ in ultimis castris et hosti propinquis statim constituerentur, tum ut tessera sic via recta, et sine flexu ad Tribunos rediret. Porro in vigiliis vigiles quaterni se dividerunt in quatuor partes, ita ut singuli vigiliam unam noctis obirent, sorte dividente, per ternas quique horas. Erant igitur quatuor vigiles, et si una; sed una ex iis sua vigilia quisque perstabat intentus et vere vigil: alii adjacebant aut accubabant. Itaque his quies aliqua, et ille stans, si auxilium posceret, ad manus habebat. Qui vero ex vigiliis destinati sunt, ex singulis eorum excubiis unusquisque manipuli Tergidactor seu Optio ducit vespert ad Tribunum, qui primas vigiliæ sint acturi. Probabile autem est illos primos tesserulas, aliorum quoque vicem, quis futurus esset ordo vigiliarum, accepisse.

Optio omnibus vigiliam acturis dat tesserulas plane exiguas pro quaque vigilia. Hæ tesserulæ diversæ fuerunt a priori: illa uniusmodi fuit, et signum aut dictum nocturnum, quæ sese ab hoste internocerent; istæ diversiformes, et propriæ cujusque vigiliæ. Etiam in modulo discrimen. Illa tabella latiuscula, istæ plane exiguæ, aut velut talleolæ. Omnino non aliud fuisse videntur, quam ligella, cum nota duplici impressa: altera manipuli, altera vigiliæ ipsius. Id hoc fine, ut Tribunus, ea reddita, statim conspiceret, quis in quoque manipulo, et quota vigilia munus fecisset, aut non fecisset. Circuibant vigiliæ equites, nonnunquam et ipsi Tribuni, si propius discrimen. Quin et ipse Imperator interdum et cum eo Legati. At sub Vegetii ævum Circitoris proprium munus fuit, et militiæ gradus. Initio porro vigiliarum omnia signa cecinerunt, aut potius paulo ante ipsas, cum nimirum Prætorium dimitteretur, et hoc signum erat imperii. Erant autem vigiliæ quaternæ, et singulæ in horas ternas, ut supra diximus, divisæ. Has Primiplus clepsydris discernerebat: habebant enim vascula aquaria, sive mensuras ex aqua, quibus illa tempora æqualiter distinguebant. Vigilabant autem armati, olim tamen scutum iis ademptum, ne, ubi fessi sint, ianixi pilo, capite super marginem scuti posito, sopiti starent. Postea vero redditum. Qui autem illo die in expeditione fuerat, ne vicibus quidem suis vigilabat: causa ab humanitate, et quia tales egebant quiete.

*Lixæ.*

*Lixæ*] Fulgentius de prisco sermone *lixæ* interpretatur mercenarium. Ad opinionem illius accedere video Festum: '*Lixæ*,' inquit, 'qui exercitum sequuntur questus gratia, dicti, quod extra ordinem sint militiæ, eisque liceat, quod libuerit. Alii eos a *Licha* appellatos dicunt, quod

ille Hereulem sit secutus; quidam a liguriendo quæstum.' Hactenus Festus, qui alibi istiusmodi mercenarios *Metellos* appellavit. Satis autem inepte ille. Melius Nonius Marcellus, qui a lixa, quam veteres aquam appellabant, dictos recte censet. Sed qua lingua veteres dixerint, ignorat. Galli, qui fuere olim consortes ejusdem cum Germanis linguæ, *lic* et *lec* aquam dixerunt; unde Lecca fluvius. Et *lecken* proprie nostratibus aquam sorbere. Hinc et lixæ. *Thys.*

[*Diu noctuque*] Adducitur a Carisio alter locus ex I. Histor. 'noctu diuque stationes et vigilias tentare;' et infra; 'dium noctuque fatigare animam.' *Ciaccon.*

[*Pecoris et mancipiorum prædas certantes agitare*] Manuscripta duo et ex impressis quædam, *agere*, quomodo Plautus, 'Næ ille pulcram prædam agat,' inquit. Sed alterum forte magis Sallustianum; tametsi idem postea, 'Ex sociis nostris prædas agentes,' inquit. Libenter autem Sallustius verbo *agitare*, nec eodem modo semper utitur: ut, 'Mente quid agitare,' in Catilina, pro, *versare*. Item, 'vitam, imperium, remp. agitare.' Sic 'gaudium' et 'lætitiâ agitare:' et in Jugurtha, 'Pacem agitare,' 'noctem agitare,' 'moras agitare,' 'præcepta patris agitare,' 'agitare prædas.' *Rivius.*

[*Panem in dies mercari*] Laur. Valla libro elegantiarum tertio, quo loco docet, *In diem* aliud esse, quam *In dies*: hic ita legit, *panem in diem mercari*: quasi dicat, inquit, præsentis diei habere rationem, nihilque cogitare de crastino, cum quo facit Linaer. Exemplaria quotquot ipse viderim, *in dies* habent; neque aliter citat in Terentii Eunuchum Donatus. *Idem.*

[*CAP. 45 Metellum non minus magnum et sapientem virum fuisse comperio*] Sic Tacit. Ann. iv. 'Hanc ego Lepidum temporibus illis gravem et sapi-

entem virum fuisse comperio.' *Ciaccon.*

[*Metellum non minus, quam in rebus hostilibus, magnum et sapientem virum fuisse comperio*] Manuscripta, *comperior*, ut sit deponens; idque rectius est. Nam hoc verbo Sallustius est alias quoque usus: sed et Tertullianus et Apulejus *comperior* dixere, pro *comperio*; nimirum, ad imitationem Sallustii. *Rivius.*

[*Namque edicto primum adjumenta, &c.*] Non male quidem editi, *edicto primo*; sed contra optimos Mss. Pal. pr. sec. Com. nam nonus vocem eam habet, tantum a correctore. Et vero impune omitti posse valde suspicor. *Gruter.*

[*Aut quem alium coctum cibum venderet, ne lixæ exercitum sequerentur*] Est in plerisque manuscriptis, *aut quem alium cibum coctum*: quæ collocatio verborum, si quid est in me judicii, melior. Sed et Val. Maximus I. II. quo loco de militari disciplina agens, hujusce rei meminit, eodem ordine verborum utitur. 'Namque lixas,' inquit, 'e castris summovit, cibumque coctum venalem proponi vetait.' *Rivius.*

[*CAP. 46 Ex nuntiis accepit*] Hic locus a Nonio citatur in voce, *Innocens*: et in veteri exemplari legitur, *ex nuntiis acceptis*, ut referatur ad *certior factus*: quod non displicet. Infra tamen, 'Marius ubi ex nuntiis quæ Lignus egerat, cognovit.' *Ciaccon.*

[*De innocentia certior Romæ factus*] Roma legitur in Nonio, hunc locum recitante in *Innocentia*. Manut.

[*De innocentia ejus certior Romæ factus*] Antiqui et typis excusi codices, quos quidem mihi videre contigit, *Romæ non Roma* habent, mendose et nullo intellectu: nec tamen quicquam mendum subesse sensit. Dubitandi autem occasionem Nonius mihi præbuit, qui totum hunc locum in, *Innocens*, recitat, omissa dictione *Roma*. Ego quamquam Nobil Mar-

collis lectionem ferri sustinerique posse existimem, dictionem tamen *Romanam*, ut omnino delerem antiquis libris refragantibus, nulla ratione adduci possum: nam si *Roma* legamus, locus planum apertumque sensum continet. *Popma*.

*De innocentia ejus certior Romæ factus*] *Popma* iterum persuadere nititur, substituamus *Roma*. Non male, nisi adversarentur omnes ad unum *Msa*. nostri, etiam editio princeps: ac vero adfines videri queat, Jugurthum compertam innocentiam Metelli, cum *Romæ* esset. *Gruter*.

*Legatos cum supplicis mittit*] Hoc est, cum supplicum velamentis; infra, 'vel cum precibus' infra, 'fatigati regis supplicis.' Item: 'legatos supplices mittere.' *Ciaccon*. *Supplicis* hic ponit pro iis, quas *Græci lætropolis* vocant. *Ursin*.

*Ubi contra faciem bellii*] *Tacit*. XIII. 'dum positis loriceis in faciem pacis veiretur:' et in vita *Agricolæ*. 'Ea enim pugnae facies erat.' *Ciaccon*.

*Obviam procedebant*] *Fulvii* liber, *Obvii* *proc*. *Manut*.

*Parati frumentum dare*] Sic infra: 'proinde parati intentique essent signo dato Romanos invadere:' ut *Virgilius*, 'Et cantare pares, et respondere parati.' *Tac*. *Hist*. v. 'paratusque decernere.' *Ciaccon*.

*Omnia illa deditiois signa ostentui credere*] Sic et exemplar *Fabricianum*. Verum quod ad distinctionem attinet, *rd* omnia referri ad superiora illa posset, late explorare: tametsi nihil immuto. Est præterea in quibusdam, ostentui esse credere: pro, in speciem ostentari, cum re vera non sit deditioem facturus, *Auff* *ein* *Wheim*. In manuscriptis non est esse, idque fortasse rectius. *Rivius*.

*Omnia illa deditiois signa ostentui esse credere, et insidiis locum tentare*] *Vetustus* codex verbum, omnia, ad superiora necit, late explorari omnia, idem fore pro esse legit. *Aldinus*

codex utrumque sustulit, quod placet. At illud, *Et insidiis locum tentare*, ita subjungitur, quasi *Metellus* insidiis locum tentet, cum ad regem referatur: non dubitavit enim *Metellus* Jugurtham his technis locum insidiis querere. *Glaucanus*.

*Tentare*] *Legendum*: tentari. nempe ab *Jugurtha*. *Gronovius*.

*Item, &c.*] *Dehinc*, pro, *item*, est apud *Nonium*, hæc recitantem in comment. de gen. arm. *Manutius*.

*Funditorum*] *Funda* Latinis dicta, quod ex ea fundantur lapides. De inventione variant. *Plinius* Phœnicibus tribuit, *Strabo* *Ætolis*, communis opinio *Balearibus*. Materies *Fundæ* triplex. *Prima*, *Melaenchra*, quod est spartum, cujus copia in *Hispania*, estque junci acuti species, atque eo nomine linum et cannabam etiam comprehendimus. *Alter*, pilli vel setæ. *Tertia*, nervi. Forma talis: *Funiculus* in medio latior, ovali forma, et paulatim instrictus abit. At medium et fundus, ut sic dicam, fundæ circinat. Rotabant enim circum caput, et vires ista dabant, ter, ut videtur, ex arte aut more. *Dno* *Fundis* missa, *Lapides* et *Glandes*. *Lapides* jaciebant minus pondere, nempe *drachmarum* 100. Hinc *Cæsar* dicit 'Fundas librales.' Ad hos lapides, et ut frequentare possent ictum, sacculos pelliceos ferebant iis implendos; magis expedite, quam ut sinu etiam præ se ferrent. quod in lapidibus quoque factum. Telam alteram *Glandes*, atque eæ e plumbo, ideo *μολυβδίδες* *Græcis*: et *Plumbæ* simpliciter *Spartiano*. *Sphæruas* vocat incertus apud *Suidam* scriptor. His inscribi aliquando solere, et occulte sic ad hostem mitti, legitur, ut omnia quæ gererentur, hostes scirent. *Appianus* ad istam rem tesseras plumbeas quasdam adhibet. Revera autem non istæ communes glandes fuerunt, sed tabellæ magis productæ, et huic rei aptatæ. *Funda* variis gentibus in



neu, quia prompta; iteratū facilis, tum etiam quia longe et fortiter feriret. Nam sæpe adversum bellatores cassidibus, catafractis, loriceisque munitis, teretes lapides de funda vel fustibulo destinati, sagittis sunt omnibus graviores: cum membris integris lethale tamen vulnus importent, et sine invidia sanguinis, hostis lapidis ictu intreat. Ergo per ipsa arma interfecit, etsi sine sanguine; quia contusio plerumque et confractio ex ictu lapidia. Glans tamen profecto penetrabat. Quod cum ita sit, telum tamen hoc parum honestum habitum, et junioribus aut vilioribus assignatum. Itaque ipsi Romani raro usi, inter Auxilia habebant. Præter communem illam Fundam, quæ vulgo in neu, fuerunt etiam distinctæ quædam species, ut Achaica, Cestrosphendene, Fustibalus. Lips. Vide Stewechium.

*Sagittarii*] Romanis ipsis ab antiquo vix fuerunt Sagittæ. Sed post Panicum bellum secundum creberime in Romanis castris Sagittarii, sed Auxiliares, non cives. In hoc numero maxime Cretenses, quos et excelluisse hac peritia certum est; et quidam originem primam ad eos trahunt: alii ad Persas: alii ad Scythas: et certe nostrate lingua *Sagittare*, etiam nunc est *schicten*, forsitan a Scythis. Scythæ igitur inter inventores censentur, et celebratur arcus Scythicus, cuius forma τοῦ Ἰσθμίου Græcorum: sed et Parthi hoc tali arcu usi. Ab arcu Festus notat Arqutes dictos, arcu præliantes, qui nunc Sagittarii. Ipsæ sagittæ dictæ etiam virgæ. Sic et Græci usi voce *βέβου*, item calami, quia sæpe ex leviori illa materia. Etsi quædam firmiores atque etiam grandiores. Et Arabes majoribus usi. Pleræque autem sagittarum hamatæ, et ne facile evelli possent, quædam etiam triplici hamo; quædam quadruplici. Hippocrati *τετραγωνα βέλη*, id est,

quadrangulæ sagittæ. At illæ Parthorum mirificæ, quæ videntur aciem super aciem habuisse, quæ tenui ferro nexæ, aut ut involucrium insertæ, in corpore fere manerent, et rumpentur, si quis tentaret educere. Tanta autem violentia sagittæ mittebantur, ut arma perfringerent; et per omne quod obstaret durum aut molle penetrarent, quibus neque thorax nullus, neque scutum posset resistere. Fœrunt et thæcæ sagittis, quas pharetras aut corycos prisci dixerunt. Leo imperator pharetras vocat cocura, sive cocurra: vox nostras, *een koker*. Festo scorteum. Lips.

*Velites*] Prisci *velites* vere Anippi dicendi sunt, hoc est, equitibus juncti. Ut enim desultores veri equites erant, qui de pedibus pugnabant, ita Velites veri pedites erant, sublatis tamen in equos, ut equitibus eadem celeritate adessent, eosque in pugna de pedibus juvent. Tales eos Valerius describit l. II. c. 3. §. 3. 'Velitum,' inquit, 'usus eo primum bello repertus est, quo Capuan Ful. Flaccus Imperator obedit: nam, cum Equitatu Campanorum, crebris excursionibus equites nostri, quia numero pauciores erant, resistere non possent, Q. Nævius centurio e peditibus lectos expediti corporis, et veloci saltu jungere se equitibus, et rursus celeri motu relabi instituit, quo facilius equestri prælio subjecti pedites, viros pariter et equos hostium telis incesserent.' Quod hic Valerius subobscurè dicit, 'equitibus se jungere et rursus relabi,' Livius explicatè scripsit l. xxvi. 'Ex omnibus legionibus electi sunt juvenes maxime vigore ac levitate corporum veloces, &c. eos singulos in equos suos accipientes equites assenefecerunt, et vehi post se, et desilire perniciter, ubi signum datum esset.' Hactenus Livius. Igitur equites erant ante pugnam, pedites plerumque in pugna: nam ex equis pugnasse subinde Vegetius in-

dicat III. 24. 'Velites,' inquit, 'juvenes erant levi armatura, corpore alacri, qui ex equis missilia optime dirigebant.' Auctoritate forsam Dionysii hæc scripsit Vegetius, qui II. 2. scribit, ex equis pugnasse Celeres, ubi campus ad equestre certamen erat commodus. Ita ille. Celeres autem Velitibus multo sunt antiquiores. Velitibus similes Ferentarii nostri, *Drageons*, nisi quod paulo etiam digniores; quippe qui soli propriis equis vectantur, cum illi alienis, et post singulorum equitum terga. *H. Hugo.*

*Et militia inerat] Erat, Fulvii liber. Manutius.*

*Et militia inerat] Quamvis in manuscripto ceterisque vetustioribus erat legitur; tamen priorem lectionem magis probo: nam libenter geminabant propositionem antiqui, ut ostendit Priscianus. Sic Cicero, 'Nullum dedecus reperiri potest, quod in hoc non insit.' Idem, 'Inest enim natura philosophia in hujus viri mente quædam.' Rursus, 'Manere in vita, in qua nihil insit nisi miseria.' Sic persæpe alias. *Rivinus.**

*Absens vel præsens] Ita editiones principes, ita Mss. pretii majoris: nam alii, partim absens et præsens; partim, absens an præsens: ex quibus varietatibus animadverto, restituendum, absens præsens, sine ulla voce intermedia. *Gruterus.**

*Pacem an bellum gerens] Nescio an aliquid hic desit. *Ciacconius.**

*Pacem an bellum gerens perniciosior esset] Bongarsii vetus liber, perniciosior; quod si tolerari potest, restituendum item eju-dem formæ verbum infra c. 85. 'tanto horum socordia flagitior; sic enim idem liber, pro eo quod vulgo est, flagitiosior: quod utrumque adnotatum ad liberi oram amico illi meo et multis certis certissimo. *Gruterus.**

CAP. 47 *Vacca] Vide supra c. 29.*

*Italicæ generis] De Italicis, vide supra c. 21.*

*Huic consul simul tentandi gratia, &c. præsidium impositum] Manuscripta, Huic consul: ut sit adverbium. Sic postea, 'igitur Vaccenses, quo Metellus initio Jugurtha pacificante præsidium imposuerat.' Quamquam autem vulgata lectio bene habet, altera hæc tamen verior. *Rivinus.**

*Huic COS. simul tentandi gratia si paterentur] Hic locus mirum in modum corruptus est, neque in ullo codice mihi recte emendatus. Juvant tamen Lectorem aliqua parte ex diversis, quamquam corruptis, codicibus collati loci. Badius conatus est hunc emendare, sed non potuit: exlætimavit enim Metellum præcepisse præsidii militibus importare oppidanis frumentum, quod nunquam facerent Romani, nisi alia causa urgeret. Ceterum pro huic, etiam putat legi posse huc, et pro parentis rebus, pacatis rebus, quod non rejicio. Deinde quod comportare pro præparare quidam codices habent, nihil refert, cum neutrum requirat sensus, et ego utrumque plane supposititium existimo. *Imperare frumentum, et quæ bello usui forent, eum Latine, tum frequenter dicitur. Quare hunc locum ita legendum existimo: 'Huic COS. simul tentandi gratia, si paterentur, simul propter opportunitates loci, præsidium imponit. Præterea imperavit frumentum, et alia, quæ bello usui forent: ratus, id quod res monebat, frequentia negotiatorum, et comæntum juventurum exercitum, etiam pacatis rebus, munimento fore.' *Glareanus.***

*Et si paterentur opportunitates loci, præsidium imposuit] Legendum existimo, Et si pateretur: ut inde colligeret, pacem, firmam ne, an fictam crederet. Et si puteretur, loci ipsius opportunitate adductus præsidium imponere statuit. *Ciacconius.**

*Frequentium negotiatorum, et comæntum juraturum exercitum] Alii libri comæntu, et infra paratis rebus. Quid ai patratû legas? *Idem.**

*Frequentiam negotiatorum et commeatum jvaturum exercitum, etiam paratis rebus munimento fore*] In vetustis quibusdam, sed impressis, desunt hæc verba, *jvaturum exercitum*; ac si quid est in me iudicii, rectius omittuntur, præsertim cum illud participium *jvaturus* nusquam fere lectum sit, nisi apud Plinium in epistolis semel, nec ejus ulla usquam apud Priscianum mentio, qui alioqui diligentissime solet, si quid tale. uspiam exstat in veteribus, adnotare: præterea quamvis in cunctis fere, quæ ipse viderim, exemplaribus legatur, *etiam paratis rebus*; tamen ego libentius profecto legerim, *pacatis*, hoc est, *tranquillis*, cum jam nullum fuerit bellum; et sic quoque sensus ipse postalat. *Rivius.*

*Jvaturum exercitum*] Tanquam minus Latinum inducit Palmerius, quam bene, ipse viderit; ego scio quodcumque in bonis auctoribus a Grammaticorum legibus abhorret, non statim inducendum aut censoria virgula damnandum esse: hoc eodem itidem utitur elegantissimus Petronius in Satyrico. 'Nam neque sacra quenquam volgaturum, et si quod præterea aliud remedium ad tertianam Deus illi monstrasset, adjuvaturus nos divinam providentiam vel periculo nostro.' *Putschius.*

*Frequentiam negotiatorum et commeatum, jvaturum exercitum, et jam paratis rebus munimento fore*] Ita quoque Mss. meliores, nisi quod unica voce representent, *etiam*; quæ tamen dictio abest Naz. poniturque inter lineas. At enim Pall. octavus non agnoscit, *jvaturum exercitum*; ut nec editiones primæ Valentiniana ac Mediolanensis; ut arbitrer invectum a temeritate scolorum, ejiciendumque, restituto: *frequentiam negotiatorum ac commeatum, etiam paratis rebus munimento fore.* Gruterus.

*Quos item consul uti priores illectos ad prodicionem domum dimittebat*] In vetustis, *Quos item uti priores consul*

*illectos.* Hæc collocatio verborum melior. Mihi mehercules illa inversio ordinis verborum, nullo modo ferenda videtur, quantumvis alii forsam negligant. Porro *illectos* quondam dixere, ubi hodie fere *illectos* dicimus: id quod et mollius et suavius esse videtur. *Rivius.*

CAP. 48 *Ager hostibus cognitus*] Contra mox Inf. 'Regio hostibus ignara.' *Ciacconius.*

*A quo mons aberat ferme millia passuum xx.*] Nonius hunc locum adducit in *Vastescant*; et ibi xxx. legitur, sed si diligentius consideremus, propinquum satis locum cognoscemus: nam ab eo monte præmissus Rutilius ad flumen eodem die eo pervenit, et castra munivit; ac eum vacuum animo est adortus Bomilcar, prælioque victus; et tamen Metello obviam proficiscitur: quæ omnia, si tantum spatii interesset, fieri minime potuissent. Quare legendum videtur, *millia passuum* III. tribus x. in tres I. ut a libranis sæpe fit, versis; aut certe VII. Et præterea in quibusdam Nonii codicibus, *vastatus* legitur, non *vastus*, in aliis, *vastus*, et, *humano cultu*, ut male acceptus hic locus jam olim fuerit, Tacit. Annal. II. 'milesque nullo illic hominum cultu, fame absumtus.' Ibidem, 'insulam immitem et sine cultu hominum esse.' *Idem.*

*Quæ humo arida atque arenosa gignuntur*] Fabricianum, *arido atque arenoso*: recte an secus, aliorum esto iudicium. Ipse conjecturam meam subijciam. Adnotavit igitur libro VI. Priscianus, *humum* neutro etiam genere inveniri apud veteres, citatque illud Livii in Adone, 'Humum humidum pedibus fodit:' et Gracchi in Thyeste, 'Mersit sequenti humidam plantis humum.' Jam in manuscripto, *humus* quidem jam legitur, sed ant *humo* ibidem, aut *humus* fuit; nam erasa est littera ultima, et suppositum i. Porro *humus* veteres pro *humo* dixisse, testatur alicubi Non. Marcellus. Ecce autem

cum jam hæc adnotassem, ac Priscianum forte in manus submissem, idem reperi quod in Fabriciano. Nam libro XVIII. 'Humi,' inquit, 'sum, en, est. Sall. in Jugurth. quæ humi arido atque arenoso gignantur.' Quid si Sallustius est ita locutus, ut identidem Tacitus? velet i. 'Ut occulta saltuum scrutaretur, pontesque et aggeres humido paludum et fallacibus campis imponeret.' Rursus, 'Illi sanguine suo et lubrico paludum lapsantes.' Sed et aridum substantive positum videri alicui possit, ut subaudias *sohm*. Cæsar IV. 'Cum illi aut ex arido, aut paululum in aquam progressi,' &c. Idem paulo inferius, 'Nostri simul in arido constiterunt:' et postea, 'Quasque in aridam subduxerat,' pro, *in terram*. Atque hoc modo *humi* adverbialiter poni necesse est. Nos hic nihil pronuntiamus, contenti et diversam lectionem ostendisse, et conjecturam nostram subjecisse, tametsi et in altero quodam manuscripto fuerit eodem modo, id quod etiam nunc videre licet. Sed et Beroaldinum volumen habet, *quæ humi in arido atque arenoso loco gignantur*: unde ut nihil aliud, illud certe colligitur, mendosam esse hodie lectionem vulgatam. *Rivius*.

*Humi arido, atque arenoso*] Sic legit Priscianus lib. XVIII. nec omnino discrepant veteres libri: quemadmodum ab aliis quoque jam animadvertsum ac notatum video. *Manutius*.

*Quæ humi arido atque arenoso gignantur*] Sic quoque Naz. ac Palat. sec. reliqui enim *quæ humo arida et arenosa, &c.* Com. noster præfert, *quæ humo aridaque arena gignantur*. Gruterus.

CAP. 49 *Igitur in eo colle, quem transverso itinere perrectum docuimus*] Nusquam hoc docuit. *Ciacconius*.

*Quem transverso itinere perrectum docuimus*] Nisi Latiniora essent, quam ut facile venirent sub stylum glossatorum, dicerem spuria. Interim errat insigniter Ciacconius; arbitratus nos-

quam hoc ante prodidisse Sallustium: factum enim linea ab hac fere quinta; ubi est: 'Sed ex eo medio quasi collis oriebatur in immensum,' &c. *Grut.*

*Jugurtha extenuata suorum acie consedit*] Aliter hæc verba Priscianus refert lib. XVIII. quo loco docet verbum *Sedes* apud Latinos diversos habere casus; subjiciens hæc duo exempla Virgillii: lib. VII. 'Tali intus templo Divum patriaque Latinus Sede sedens.' Idem lib. X. 'Summa petit scopuli, siccaque in rupe resedit.' Et mox Sallustii: 'Jugurtha extenuata suorum acie, montem insedit.' Verum ego Priscianam memoria lapsam existimo: nam et antiqui libri receptam lectionem retinent; et paulo ante *collis* meminit: 'ex eo,' inquit, 'medio quasi colle oriebatur in immensum pertingens.' Itaque nihil immutandum censeo. *Pop.*

*Elephantis*] *Elephantis* antiquos in acie usos notissimum est. Tractæ autem hæc belluæ ad bella a Persarum regibus, eo quod ictibus non cederent, adversarios mole sua terrent, cunctemque haberent, quæ nulla vi transmitti, nullo ferri acumine penetrari posset. Quod apud Cassiodorum traditur, lib. decimo variarum cap. 30. Illud maxime hic querendum videbatur, quo tempore scilicet hæc bestias ipsi Romani in bellum primum eduxerint. Id bello Philippi, P. Sulpitio Galba, C. Aurelio Cotta Coss., id est, anno urbis DLIII. factum ex Livio didici: is l. XL. inquit: 'Ante prima signa locatis elephantis, quo auxilio tunc primum Romani, quia captos aliquot bello Panico habebant, usi sunt.' His bestiis sæpe ante aciem, ut primum impetum sustinerent, interdum post exercitus terga ordo datus est pugnæque incepta, liadem illico via per ordines patefacta, ut de subito visu suo et hostes et equos pariter perterrefacerent. Appiano teste de Bello Hispaniensi. Interdum ipsa equitum

tarmis immiscerantur: Hirtius de Bello Africano. Etiam in munere gladiatorio in circum productas Romanas has bestias, per funes quoque incosuisse, aliaque ludicra exercuisse docet Plin. VIII. 2. 3. 6. 7.; et Dio in Pompejo. Testatur porro auctor de Viris Illustribus, Pyrrhum Epirotarum regem, Lævinum Consulem apud Heracleam Elephantorum novitate turbasse. Novum quippe Consuli erat, has bestias videre in aciem produci. Elephantes autem quinquaginta in usum biennii a Ptolemæo Macedonum rege hoc bello mutuum eundem accepisse Justinus scribit. Quando elephantum pugnaturo erant, et in aciem procedebant, aderant his belluis rectores in acie, qui pro numero bestiarum, quibus præerant, varia nomina sortiti, de quibus consulendus Elianus. Turres autem dorsis eorum inponebantur, in quibus cum variis telis milites. Polybius l. v. 'Classicum canentes, primum cum Elephantis se mutuo invadunt. Pauci ex his, quos Ptolemæus habebat, in adversos ferantur. Ex quibus optimam certe faciebant milites pugnam, jacentes hastas, et se invicem crebris vulneribus afficientes.' Hæc ille. Sicuti autem elephantis et quidem turritis pugnaturo est, ita neque hoc reticendum est, captivas has bestias cum turribus in triumphum deductas fuisse. Meminit ejus Florus cap. 18. lib. primi: 'sed nihil libentius Populus Romanus aspexit, quam illas, quas timuerat, cum suis turribus belluas, quæ non sine sensu captivitate, submissis cervicibus victores equos sequebantur.' Porro in pugna antiqui velites, ut Vegetius auctor est, adversus Elephantos ordinaverunt. Appianus de Bellis Punicis, cum de Equitatu Italico, id est, auxiliariis Scipionis, loquitur, ita inquit: 'singuli horum adjunctum habebant velitem armatum multis telis, quibus arceret belluas.' Ibidem paulo post:

'Scipio Equites Italicos ex postrema acie inductos, et levius armatos, jussit ex equis territis desilire, et in elephantos hæc illic ruentes tela conjicere, primusque ipse descendit, et elephantum procurrentem sauciavit: hoc exemplo confirmatis aliis, et undique jam eos vulnerantibus, retrocedebant. Dum autem in hoc certamen velites missi sunt, latiori ferro hastas gestasse videntur, ut in magnis corporibus majora forent vulnera.' Illud ipsius Livius l. XXXVII. Eutropius l. III. et post eos Isidorus l. IX. prodidit, elephantos retroactos, cum regi a suis non possent, fabrilis scalpro intra aures adacto necatos fuisse. Idque Asdrubalem primum instituisse Livius scribit. Quinimo et veritatis conjectis Romani pedites elephantos Hannibalis avertere, et insecti aversos sub caudis, quia maxime molli cute vulnera accipiunt, sedebant, teste Livio l. XXX. Ignibus etiam ex castris Romanorum exactos ab eodem Livio traditur l. XXXV. Item secures multi extulerunt, quibus pedes Elephantorum amputarunt. Curtius l. VIII. Imo et glacios habebant leviter curvatos, falcibus similes, quos Copidas vocabant, quibus belluarum manus appetebant, teste eodem Curtio libro citato. Sudibus quoque in prima acie armati constitui solebant ad terrendos prohibendosque Elephantos. De cetero adeo vehementes in praelio has bestias fuisse accipimus, ut manu sua vel proboscide arma virosque corripnerint, et super se regentibus tradiderint, quod scribit Curtius l. IV. *Steuwechius.*

*Ipsæ propior monti cum omni equitatu et pedibus delectis collocat]* In manuscripto est, *propior montem*: quomodo Hirtius VIII. belli Gallici, 'Alter quo propior hostem in vallo collocatus esset,' &c. nec aliter in Florentino, et Beroaldino. *Ritius.*

*Turmas]* Vide supra cap. 28.

*Manipulus]* Manipulus ducentos mi-

lites continebat, id est, duas centurias. Nam antiquis hic mos fuit, cum adhuc reges Romæ regnarent, ut manipulos miscerent ex Romanis et Latinis: ita ut una centuria Romanorum et una Latinorum utrum manipulum conficerent, et unum sequerentur signum: *Manipulus* autem dictus est, quia dum Romani adhuc pauperes essent, manipulos fœni perticis alligabant, et eos pro signis sequebantur; ut *Læcanus*: 'Pertica suspensus portabat longa manipulos.'

*Jugum*] Vide supra cap. 38.

*Quæ ab Imperatore deoverint omnia suis provisâ*] Videndum an scribi debeat; *Quæ ab Imperatore debuorint, &c.* nam *Tacitus* qui hunc locum imitatur lib. XXI. sic ait: 'Quæ provideri astu decia oportuerit providiisse, campos madentes, et ipsa gnaris paludes, hostibus noxias.' *Ursinus*.

*Ut prudentes eam imperitiis*] Legendum, uti: sic enim fere semper *Sallustius*. *Rivinus*.

*Cum bello melioribus*] *Belli Fulvii liber. Memnius*.

*Illum diem aut omnes labores, &c.*] Hunc locum sic imitatus est *Tacitus*. *Annal. XII.* 'Eamvero *Caractacus* huc illuc volitans, illum diem, illam aciem testabatur, aut recuperandæ libertatis, aut servitutis æternæ luctum fore.' Et *Hist. IV.* 'isque præcipuus illi dies magnæ offensæ initium et magnæ gloriæ fuit.' *Thucydides 2.* ἡ δὲ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κινήσεων ἔρχεται. *Plautus* *Capteveis*: 'Hic ille est dies, cum nulla vitæ novæ salis sperabilis est.' *Cicconius*.

*Omnes labores*] Legendum, *omnibus*: ita et hoc, et superius illud in *vetustis*. *Rivinus*.

*Dum interim Metellus ignarus hostium, monte digrediens, cum exercitu conspicitur. Primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet*] Sic in cunctis fere, quæ ipse viderim, exemplaribus repeti. ceterum *Donatus* in *Terentii Eunuchum, conspicitur* hic legit, non con-

spicitur; idque ita sensus quoque exigere videtur, ut sit a *conspicior* deponenti, quod est, *videre*. Nam hoc dicit *Sallustius*, *Metellum* vidisse ipsam quidem hostes qui se occultarant, sed ita uti non satis eos propter virgaltæ, inter quæ consederant, internoscere, aut quid tandem rei esset, dijudicare posset; id enim est quod sequitur, *Primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet*. *Florentinum, cum exercitus conspicit eos, non conspicitur*. Idem.

*Cum interim Metellus ignarus hostium, monte digrediens cum exercitu conspicit.*] Mire mutatum dicendi genus. Cum enim dicere vellet, *Jugurtham* ante absconditum, nunc *Metello* visum, ait: *Metellus cum exercitu conspicitur*. Omnia enim continuo sequentia indicant, *Jugurtham* nunc primum *Metello* videri, qui in eo colle, quem transverso itinere porrectum auctor docuit, consederat. *Metellus* dubius erat, non *Jugurtha*. Verum id magis mirandum; quomodo *Metellus* monte digrediens hic dicatur, quem nusquam ascendentem descripsit. Sed neque semel hoc dixisse contentus auctor, bis paulo post repetit; ut hunc locum non debitem prorsus corruptum. Prima quidem verba, si non bis postea descendisse repetisset, ita legi poterant: *Cum interim Metello ignaro hostium monte digrediens cum exercitu conspicitur, scilicet Jugurtha*. Inde enim dubius primum *Metellus*, statim deinde agmen constituit. Plura dicere nolo. Commentatores nihil ad rem dicunt, et nos conjecturas nostras referre nolumus. Lector ipse sibi iudicium suum reservet. Adjuvat iudicium nostrum, quod quidam codices habent paulo post, *incerti cum natura loci, tum dolo ipsi*: ubi alii habent *incertum*; ut non sit mihi dubium locum esse mutilum. *Glaucanus*.

*Monte digrediens*] Sic supra 'neque colle digredi.' *Tacit. Hist. I.* 'Cæcina propiore transitu *Peninis* jugla digredi jussus.' Citat hunc locum

Donat. in Eunucho 2. 3. *Ciacconius*.

*Incerti quidnam esset*] Forte, *incertati*, a verbo *incerto*: vide Nonium; ut sit, *incertati*, *occultati*, *obscurati*. Idem.

*Deinde brevi cognitis insidiis, paullisper agmen constituit*] Volumen Fabricianum, *dein*, et, *paullisper agmen constituit*, *ist stull gestanden*: ut sit *agmen* casus nominativi. Aldinum exemplar facit cum pervulgata lectione. Q. Curtius III. 'Tuuc consistere agmen jubet.' Livius 1. belli II. 'Constitit utrumque agmen, et proello sese expediebant:' licet perperam in Ascensiano *constituit* legatur. *Rivius*.

*Agmen constituit*] Plautus Bacchid. 'Navem ex templo statuimus:' in aliis est *constitit*, ut sit *agmen* nominativus casus. Atque hoc modo et Livius, et Curtius loquuntur. *Ciaccon*.

*Paullisper agmen constitit*] Placet istud. ceterum in Mss. nostris, editisque omnibus visitur, *constituit*. *Grut*.

*In dextro latere, quod proximum hostibus erat*] Manuscripta duo, *quod proximum hostes erat*: pro eo fortasse quod est, *proxime hostes*. Nam Cicero quoque loqui identidem sic consuevit: velut cum ait, 'Ut cum suis copiis quam proxime Italiam sit:' et iterum, 'Habemus exercitum quam proxime hostem;' sic et alias idem. Sed et Sallustius supra, 'Proxime Hispaniam Mauri sunt.' Si quis nomen esse malit *quod proximum* haud multum equidem reluctabor. *Rivius*.

*Funditores et sagittarios*] Vide supra cap. 46.

*Transversis principibus*] Paulo post: 'Ipse cum sinistrae alae equitibus, qui in agmine principes facti erant.' *Ciacconius*. Vide Gronov. l. IV. Observ.

CAP. 50 *Rutilium legatum*] Hic est P. ille Rutilius Rufus (ut puto) qui Consul fuit cum C. Manlio anno ab U. C. 648. nec multo post innocentissimus in iudicium vocatus de pecuniis repetundis damnatus est. Cic. in Bru-

to, pro Fonteio, pro C. Rabirio Posthumo, in Pisonem, de Oratore l. I. de Officiis l. II. Livius l. LXX. Cornelius Tacitus l. III. Paterculus in priori volumine, Valerius Max. VI. 4. Orosius v. 17. Asconius in Divinationem, Seneca de Beneficiis l. v. et VI. Epistolarum l. III. de Divina providentia. *Cast*.

*Praemisit ad flumen*] Scilicet Mathul.

*Transversis praeliis*] Id est, praeliis ex transverso et a latere, non a fronte factis. Nam Metellus agmen instructum dirigebat non contra collem, nec contra Jugurtham, sed versus flumen: ita ut frons agminis respiceret flumen, latus vero dextrum respiceret collem atque Jugurtham: ut necesse esset Jugurtham, si conaretur invadere Romanos, eos a latere et ex transverso, non a fronte, neque ex adverso invadere. *Sold*.

*Post principia habere*] Sic Sisenna hist. l. III. apud Nonium: 'Post principia paulatim secedunt: atque inde fugae se mandant:' quo in loco mendose *post recipia*, legitur. Sic et Gnaetho Terentianus actu IV. Sc. 8. 'Tu hosce lustrae hic, ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.' Et C. Gracchus apud Gellium xv. 12. 'Sed in convivio liberi vestri modestius erant, quam apud principia:' sic enim est legendum, non ut vulgatis *principem*. Et Cicero ad Marcum Brutum. 'Spes libertatis nusquam, nisi in castrorum principis est:' quo in loco male quidam, *praesidia*. Et Varro de Re Rust. III. 4. 'Et vero, ut ajunt, post principia in castris.' *Manutius*.

*Sinistra ala equitibus*] Ala proprie dicitur equitum ordo, eo quod pedites tegant alarum vice. Virgil. I. IV. *Aeneid*. 'Dum trepidant alae, saltasque indagine cingunt.' Sed hoc loco *alae sinistram* accipit pro latere sinistro. *Sold*.

*Ne forte cedentibus adversariis receptus*] Vox *adversariis* glossema esse

videtur. Ciacconius.

*Deinde*] Fabricianum, dein. Rivius.

*Numida alii postremos cadere*] Ita in Mss. non postremo cedere. Atque ita sensus quoque ipse postulat. *Idem*.

*Ludificati in incerto praelio*] Manuscripta, *incerto praelio*, omissa præpositione, idque rectius. *Idem*.

*Incerto praelio*] Qui non poterant conserere manna, cum hostis tentaturus modo accederet, modo retrocederet. *Badius*.

*Non confertim in unum se recipiebant*] Manuscripta, *non confertim, neque in unum*; quomodo et Aldinus codex. *Rivius*.

*Numero priores*] Numero plures, numero superiores: et hæc est sententia hujus loci: Jugurthini equites, qui numero plures erant, si Romanorum turmas a persequendo detertere non poterant, alius alio quam maxime diversi sese recipiebant. Quare Romani eos persequentes dividebantur, et ita statim a Numidis, qui plures erant, circumventi cædebantur. Itaque *priores*, erit nominandi casus, non accusandi. *Cast*.

*Numero priores*] Sic habent plerique libri; quidam tamen illud *priores* in *plures* mutarunt, male, moti raritate sermonis. *Glareanus*.

*Disjectos*] Id est, dissipatos; nam supra dixit: Jugurthinos conturbasse ordine Romanorum. *Sold*.

*Ea vero consueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere*] Duo ex manuscriptis, *eo vero consueti, &c.* ut sit, ad eum collem. *Rivius*.

CAP. 51 *Dispari a suis, pars cedere, alii insequi*] In quibusdam, *Diversi a suis*. Verum eodem plane sensu, pro disjecti et disjuncti. *Idem*.

*Equi, viri, hostes atque cives permixti*] *Tò atque*, non est in duobus manuscriptis. *Idem*.

*Sors omnia regere*] Manuscripta, *Fors*, pro fortuna. sed est idem utrobique sensus. Facit cum manuscriptis Florentinum atque alia pleraque. *Id*.

*Itaque multum dici processerat*] Videtur scribendum, *Et jam multum dici processerat*, vel ut est in v. c. *die*, pro *diei*. Sic enim habetur infra, v. c. 'Et jam die vesper erat.' Item: 'Jamque dies consumtus erat.' *Die vero apxaliois* dixit, ut Plautus Pseudolo: 'Vides, jam die multum esse?' et Virgilius Georgicis, 'Libra die somnique pares ubi fecerit horas.' *Ursinus*.

*Denique omnibus modis, &c.*] *Tò modis* non habent codices in membrana descripti, neque ceteri vetustiores. *Rivius*.

*Denique omnibus labore, et astu languidia*] In solo Aldi codice invento additum verbum, *modis*: *Denique omnibus modis labore, et astu languidia*: quod displicet; pendet enim oratio a sequentibus, non a præcedentibus. Item paulo post: 'Nen paterentur hosteis fugientes vincere.' *Soldus fugientes* nominativi casus existimavit, et supplet *Rom.* *Badius* accusandi, et conjungit ad *hosteis*: sed magis placet *Soldus* hoc loco; vehementer enim timuit *Metellus*, ut sui succumberent. Mox etiam, illud obscure dictum: 'Quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere.' *Soldus* tamquam clarum pulcre transiit. *Badius*, *retineret*, inquit, ne ad suos accederent, pugnando eminus. *Badius* igitur verbum *quos*, ad Romanos retulit, ut *duobis* verbum, quod præcedit. idque mihi placere debet, donec melius vel invenero, vel edoctus fuero. *Glaz*.

*Paullatim milites in unum conducit*] *Tacit.* *Annal.* *iv.* 'At *Sabinus* donec exercitum in unum conduceret.' *l. xv.* 'Et auxilia regum in unum conducta.' *Ciacconius*.

*Cohortes legionarias*] Addit *legionarias*, quia erant etiam cohortes auxiliares. *Cast*.

*Simul orare et hortari milites*] Illa et copula non est in omnibus vetustis. Et jam sæpe monui libenter *Sallustium* facere, uti *asyndeto* utatur: quod, ut alias, ita hic quoque habet.



instans ac urgens quiddam, ac sententiam mire iuvat. *Rivius.*

*Neque illis castra esse, neque munimentum ullum, quo cedentes tendorant]* Fabricianam, *neque illis munimentum ullum:* ut pronomen *illis* denuo repetatur. Nam interdum per pleonasum abundat hoc pronomen, sed non sine gratia; velot apud Virgilium, 'Nunc dextra ingeminas ictus, nunc ille sinistra.' et Terent. in *Adelphis*, 'Quem neque fides, neque iurjurandum, neque illum misericordia repressit, neque reflexit.' Sit hæc conjectura; quamquam mihi quidem ad sententiam mire facere videtur hæc repetitio pronominis, et non gratiam modo, sed et vires addere sensui, et affectum orantis atque hortantis quasi ob oculos ponere: id aliquis non intelligens, ut est audax incertus, cum frustra repetitum croderet, e medio illud removit. *Idem.*

*Neque illis castra esse, neque ullum munimentum]* Ita omnes Mss. præter Naz. qui habet, repetito pronomine, *neque illis castra esse, neque illis munimentum ullum:* de quo visantur castig. Rivii. Nam mihi videtur analphabetarii interpretatio; etsi enim hæc talibus sua venustas, sua vis in re oratoria; at non institutum hic Sallustio pandere eam artem: argumenta tantum, veluti panctis, signasæ sufficit; itaque adimi adhuc possit vocula una atque altera, et scribi: *neque castra, neque munimentum ullum.* *Gruterus.*

*In armis omnia sua]* Legendum, *sua.* *Rivius.*

**CAP. 52** *Et jam diei vesper erat]* In manuscriptis duobus est, *Et jam die vesper erat,* pro *diei:* ut sit genitivus antiquus, cujus et Priscianus VIII. meminit, et Gellius ipse IX.: ubi docet C. Cæsarem in lib. de Analogia II. 'hujus die' et 'hujus specio' dicendum putare: neque in Jugurtha Sallustii summæ fidei et reverendæ vetustatis libro, *die* casa patrio scriptum invenisse, ubi

ille inquit: 'Vix decima parte die reliqua.' Sed et Servius alicubi Sallustium *acie* pro *aciei* dixisse testatur. Ridiculum vero, quod in manuscripto, nescio quis, amotarat, *die,* subaudiendum *deficiente.* *Idem.*

*Regio hostibus ignara]* Vide Nonium. *Ciacconius.*

*Ad flumen]* Scilicet Muthul.

*Quietus]* Sine strepitu aut sonito alio:

*Neque remittit, quid ubique hostis ageret explorare]* Ex scripto legend. *neque interim remittit quid, &c.* *Putschius.*

*Neque remittit, quid ubique hostis ageret, explorare]* Editiones mediæ infarcierunt hic adverbium *interim;* sed non conspicietur in ullo Mss. nisi inter lineas; neque agoscut editioquæ primæ. *Gruterus.*

*Omnes numero quadraginta]* Est in manuscriptis, numero XXX: nec aliter in Florentino. *Rivius.*

*Omnes numero quadraginta interfecti]* Ita emendatum in plerisque Mss. quamvis aliquot referant, xxx. Commel. quidem initio habuerat xxx: sed eo deleto repositum est, xl: ut pateat errorem inde ortum quod arbitrarentur scribere, quadragenarium numerum minime exprimendum quatuor x. *Gruterus.*

*Fessi lassique erant]* Colerus: *lenti que erant,* nos ex Ms. nostro, qui nunc est bibliothecæ Lugdunensis, reposuimus *fessi lassique erant.* Neque vero *lassus* tanquam barbarum, aut minus Latinum rejiciendum: eo utantur Petronius, Justinus, alii. Ovidius Amor. III. 'Sæpe talit lassis succus amarus opem.' *Putschius.*

*Fessi lassique erant]* In vetustis nonnullis est, *fessi lassique erant,* pro *defatigati:* quomodo et sententia postulat. etiamsi secus exemplaria manuscripta. *Rivius.*

*Fessi lassique erant]* Haud mihi recedendum putavi a lectione Mss. Palatinorum; præsertim cum ab ea item constanter atarent membransæ Rivi-

ant. Regnat quidem in hanc usque diem per editiones, *fassi lassique*: sed quae differentia atriusque vocia? mihi enim ambo idem motant: nostra, hoc vult; nihil obstitisse Rutilianis lassitudinem ac gaudium, quo minus Metellianis obviam irent: quod insolens. Nam huic, effectus talia, ut nōlit obtemperare praefectis; illi, ut nequeat: haud aliter istae intellecta veteribus, haurire est ex Palatino tertio, ubi verba ad hanc faciem: *quamquam iitnere etque opere fassi, et praetis lēti erant*, &c. Gruterus.

*Strepitu celati hostes adventare; alter apud, ha.*] Redaxi scripturam antiquam, etiamnum conspicuam in edd. rejectitia. Minus recte hodie libros occupat *adventarent*: nam *adventare* est infinitivus, loco imperfecti, forma locutionis auctori creberrima. *Idem*.

*Et pene imprudentia esset admittum facinus miserabile*] In manuscripto quodam, *foret* reperitur, non *esset*. In Fabriciano vero, neutrum horum est, ut sec Beroaldino. *Rivius*.

*Et pene imprudentia admittum facinus miserabile foret*] Quidam legi voluit: *Et pene imprudentia admittum esset facinus miserabile*: alii et verbum *foret*, et *esset*, sustulerunt; qua ratione ducti id fecerint ignoro. Fecisse tamen suspicor non sine causa. Ego tamen hoc loco verbum *foret* reposui: codices duos *Mss.* secutus atque ita esse legendum declarat locus ille in Catilinario: 'Eo die, post conditam urbem Romam, pessimum facinus patratum foret.' Utitur saepe verbo *foret* Sallustius. *Peponis*.

*Et pene imprudentia admittum facinus miserabile*] Qui hic adtexit e duobus *Mss.* *foret*, oportet aures habeat parum exercitatas ad elegantiam Latiarem, neque, vel per somnium, meminert eorum quae occurrunt Agellii l. v. c. 8. Palatini certe neququam agnoscent id vocis, etiamsi eorum nomenclati exarati a librariis non admodum doctis: unde est, quod apparet

in tertio; *admittum facinus miserabile esset patratum, &c.* Grut.

*Igitur pro metu repente gaudium exortum est*] Tō est, non reperi in manuscriptis. Id cum hoc loco, tum alias saepe ex glossa addita irrepit in contextum. Adnotavit autem et Gellius, *Est, erat, fuit*, plerumque abesse cum elegantia, sine detrimento sententiae, libro v. capite 8. *Rivius*.

*Sua quisque fortia facta ad caelum effert*] Manuscripta, *ad caelum fert*. Utrumque apud Ciceronem reperitur, 'in caelum ferre,' et 'in caelum efferre laudibus.' *Idem*.

*Bonos detractant*] Id est, efficiunt, ut etiam male audiant boni. *Ciacco*.

*Adversus res etiam bonos detractant*] Ita plerique habent codices, *detractant*; per *a* in secunda syllaba: Aldinus vero *decretant* legit, quod verbi non intelligo. *Soldus* more suo transiit: in expositione tamen ait: 'Apud victos etiam, qui fortes, tanquam ignavi vituperantur.' Badius, 'Res adversae,' inquit, 'detractant, id est, deprimunt et vituperant etiam bonos.' Ego (si modo recte legitur *detractant*) exponerem: 'Res adversae bonos detractant, hoc est, bonis derogant.' Nam inde Detractores, qui famae alicujus derogant, dicti videntur. *Fuisse* tamen priscum aliquod verbum per sciolos amotum valde vereor. *Glaucanus*.

CAP. 54 Cum cura reflecte] Adnotet hunc locum, aut alium similem Seneca l. de benef. iv. c. 1. *Ciacconius*.

*Pro victoria satis pugnatum, reliquos labores pro praeda fore*] In quibusdam, *satis jam pugnatum*; Mox, *praeda fore*: pro Ad praedam spectare, seu, praeda gratia subeundos esse, licet manuscripta pro *praeda* habeant. *Rivius*.

*Quod praeter regios equites nemo omnium*] Manuscripta duo, *praeter equites regios*; ut adjectivum sequatur. *Idem*.

*Nemo omnium Numidarum ex fuga regem sequitur*] Quidam codices habe-

bant *sequebatur*, et ita legisse videtur Badius, sed verba sequentia optime indicant legendum esse *arquitur*, in præsentī, non *sequebatur* in præterito imperfecto. Paulo post: ‘Minore detrimento illos vinci;’ minore damno Numidarum intelligendum, ut recte exponit Badius: et inde legendum, *quam suos vincere*; ubi verbum *suos*, in quibusdam exemplaribus male omisum est. Glareanus.

*Quod nisi ex illius libidine geri non posset*] In quibusdam, *libidine*, quomodo veteres fere, ut aibi ostendimus: sic et *libet* et *libet* dicimus. Rivius.

*Præterea inimicum certamen sibi cum hostibus*] Legendum, *iniquum certamen*; ita sensu postulante, et consentientibus quibusdam vetustis; quamvis manuscriptis reclamantibus. Sed cur *iniquum*? quia minore detrimento hostes vinci ait, quam suos vincere. Idem.

*Præterea inimicum certamen cum hostibus minore*] Nihil hic innovassem, nisi institissent Mss. veterumque edd. qui ad usum omnes una cum Rivianis, præferunt *inimicum*, damnato illo altero, quod libros hodie occupat, *iniquum*: et cur ita loqui non posset auctor? Gruterus.

*Sed alio more bellum gerendum*] In quibusdam, *alio modo*; sed eodem sensu. Præterea *gerendum* est in manuscriptis, non *gerendum*. Rivius.

*Interfici jubet*] Ex scripto nostro, et Servio veram lectionem reposuimus: *puerbes interfici jubet; alia omnia militum præda esse*: antea vitiose *legebatur*; *puerbes interficit; jubet alia omnia militum prædam esse*. Putschius.

*Quippe cujus spes omnis in fuga sita erat*] In nonnullis est, *cui spes omnis*, sed quod ad sensum attinet, parum refert utrum legas. Rivius.

*Qui sua loca defendens nequiverat*] Forte, *qui suis locis se defendere*: infra; ‘Jugurtham nisi ex insidiis, aut suo loco pugnam facere.’ Ciacconius.

*In alienis bellum gerere*] Illud *alienis*, ut exponendum, vix equidem scire possum. Soldus, ut notum, transiit. Badius exponit, ‘In alienis, id est, non a se delectis ad pugnam locis:’ quæ verba ego sane non intelligo. Tu vide si *alienis* exponendum sit pro *alienatis*. Glareanus.

*In alienis bellum gerere*] Hæc verba varie conjectandi materiam subministrarunt iis, qui in Sallustium annotationes scripsere. Glareanus quidem se ignorare confitetur, quid illud *Alienis* significet. Badius rationem conjecturamque inicit quendam hand mihi satia probatam. Quamobrem hanc esse existimo hujus loci sententiam. Metellus cum agros vastaret, oppida, castellaque temere munita caperet, ea formidine Namidæ perterriti frumentum, omniaque quæ ei usui essent, dederunt: unde majorem cladem Jugurtha accepit, quam ai, parum feliciter cum Metello pugnasset. Nam cum omnem spem in fuga poneret, magnisque itineribus Metellum antevenerat, eum sequi cogebatur: et dum propria loca defendere non posset, in iis nunc, quæ ab eo defecerant, et in Metelli potestatem venerant, bellum gerere oportebat. Hunc esse horum verborum sensum, conjecturam inde capio, quod paulo ante dixit, ‘Jugurtham a Metello superatum, sese in loca saltuosam, et natura munita recepisse.’ Eam vero Metellum in alienis locis insecutum, his verbis ostendit: ‘Exercitum plerumque in iisdem locis operiri jubet, ipse cum delectis Metellum sequitur.’ *Popma*. Videndus Gronovius iv. Observ. capite 16.

*Exercitum plerumque in iisdem locis operiri jubet*] Hoc est, Majorem exercitus partem. Sic supra dixit, ‘ubi plerumque noctis processit:’ et, ‘plerumque noctis barbari more suo lectari,’ et, ‘Qua tempestate Carthaginienses plerumque Africam imperitabant.’ Nam quod dixit infra: ‘qui

plerumque exercitum ducere scorum a rege solitus erat: *plerumque*, ibi, *sæpe* significat. Livius l. xxiv. 'Hic finis fuit inclyti per Europæ plerumque atque Asiam omnem regni.' *Cicconius*.

*Artis itineribus ignoratus*] Tacit. Hist. iv. 'Eadem in Voculam parabantur, nisi servili habitu per tenebras ignoratus evasisset.' et Hist. iii. 'Ignoratus apud Cornelium Primum, paternum clientem, delituit.' et ibidem, 'ni arreptis scutis, ignorati vincula et libramenta tormentorum abscessissent.' *Cicconius*.

*Romanos palantes repente aggreditur*] In vetustis quibusdam, *palantibus*, quomodo fere Sallustius: et in manuscripto, *aggreditur*: vetusto illo scribendi more. *Rivius*.

CAP. 55 *Cognitis rebus Metelli*] Fabricianam, *cognitis Metelli reb.* Idem.

*Ut sese et exercitum more majorum gereret*] Manuscripta, *ut sequi et exercitum*; nec aliter Florentinum. *Idem*.

*Ut æque et exercitum more majorum gereret*] Quid quæso est *exercitum gerere*? insolens Latinis auribus ista locutio. Servius ad ista l. v. *Æneidos*: 'Huc illic vinclorum immensa volumina versat.' Sic scribit: 'VERSAT. considerat: Sallustius, Exercitum more majorum verteret, hoc est, consideraret: ita diserte extat in editione Petri Danielis, sed in vulgatis tantum erat: *exercitum vertere*: quod tanquam novum fragmentum inter incerta retulerat Carrio, scilicet quia in toto Sallustio, nec vola, nec vestigium istius locutionis exstabat; nobis vero illud, *exercitum more majorum verteret*, ansam dubitandi dedit, et huc referendi. Legamus hic itaque, *ut sequi et exercitum more majorum verteret*: et *ad exercitum vertere* quod inter incerta malo mehercule exemplo collocatum est, ejiciamus: quod nos facere omisimus, ne fucum sibi factum lector curiosus quereretur. *Puts*.

*Ut æque et exercitum more majorum gereret*] Scio quid habeatur in Servio: sed aliud loquuntur nostri Mss. nullo dissensu; et vero *gerere* hic notat *regere*, aut mutandum est in eam vocem; ut pluribus disserui in libellis suspicionum. Unde et infra c. 85. habemus: 'me vosque in omnibus rebus juxta geram,' *Gruterus*.

*Ut in adverso loco victor tantum virtute fuisset*] Legendum, *victor tamen*: sic enim, ut omittam consensum exemplarium veterum, et sensus ipse postulat, facilis autem lapsus fuit, propter scripturam similitudinem. Tò ut non reperitur in exemplaribus calamo descriptis, ac citra detrimentum sensus abesse poterit. *Rivius*.

*In adverso loco, tamen victor fuisset, virtute host. a. p.*] Aldinus et Gothi codices habent: *Ut in adverso loco victor tantum virtute fuisset, hostium agro potiretur*. Quæ verba ego non intelligo: mihi placet, ut post *loco* distinguatur, item ut *tamen*, non tantum legatur, et ante *virtute* distinguatur. Nec tamen *hostium virtute* construendum, sed *virtute potiretur hostium agro*. Glareanus.

*Supplicia decernere*] Ita legendum, non, ut quidam habent codices: *Supplicationem decernere*. Frequenter enim Sallustius, *supplicis* pro *supplicationibus* utitur: id quod in Catilinario c. 9. et. 25. et supr. Jugurth. c. 46. ostendimus. *Popma*.

*Post gloriam incidiam sequi*] Τοῖς μὲρ διὰ τοῦ ἡλίου πορονομήσους ἐνεραὶ κατ' ἀνάγκην σκιά, τοῦ δὲ διὰ τῆς δόξης βαδίζουσιν ἀπολουθεὶ φέρον, ut legitur apud Stobæum. *Cast*.

*Diversi agebant*] Ms. *agitabant*. quod probum. Supra itidem ex scripto reponendum, *pecoris et mancipiorum prædas certatim agitare*, ubi vulgant, *agere*. Infra, 'pro muro dies noctesque agitare: mox; 'pro castris agitare jubet.' *Putschius*.

*Aquarum fontes*] *Lege fontis*. *Rivius*.

*Aquarum fontes, &c.*] Fontes veneno inficere, quod ipsum aut latet, aut non diu latet, Florus ait esse non tantum contra morem majorum, sed et contra fas Deum, sicuti jura Gentium Diis adscribi ab probatis auctoribus solent. Et sunt quædam hæc bellantium tacitæ conventiones. Ceterum non idem dicendum de aquis sine veneno ita corumpendis, ut bibi nequeant, quod Solon et Amphictyones leguntur in Barbaros justum censuisse: et Oppianus de piscatu iv. ut suo sæculo solitum commemorat. Id enim perinde habebatur, atque si avertatur flumen, aut fontis venæ intercipiatur, quod et natura et consensu licitum est. *Grot.*

CAP. 56 *Zama*] Africæ Urbs, quinque dierum itinere a Carthagine distans, versus Occidentem, ut addit Polybius: trecentis M. P. ab Adrumeto, teste Emilio Probo. Regiam Juba dicunt Strabo et Hirtius, sicuti arcem regni noster Sallustius. COLONIA. ÆLIA. HADRIANA. AVGVSTA. ZAMA. REGIA. est in antiqua inscriptione Thesauri Goltzii. *ʿAṣḍma* corrupte apud Ptolemaum. *Zamora* novo nomine vocat Marmolius. Est et ejusdem nominis fons, qui in Africa canoras voces facit, ut testatur Isidorus ex Vitruvio VIII. 4. ejusdem quoque nominis urbs et in Cappadocia, et in Chamænæ præfectura invenitur. *Ortel.* Canorum autem hunc *Zamam* dictum a *ʿṢ*] Samar, quod canere significat, existimat Bochartus. Hæc urbs postea a Romanis diruta est, ut testatur Strabo.

*Oppidanus hortatur, ut mania defendant*] In manuscriptis, ceterisque vetustioribus non est *ut*, ac majore cum gratia abesse poterit nullo detrimento sensus. *Rivius.*

*Additis auxillis perfugis*] Est in manuscripto quodam, *addit auxillis perfugas*; utramque lectionem admittit sensus. *Idem.*

*Quod genus ex copiis regis, quod fal-*

*lere nequibat, firmisimum erant*] Sic et manuscriptum; sed Badianum, *quia fallere nequibat*, eodem sensu. *Fallere pro latere* dicitur: quomodo sæpe et Livius et Tacitus; id quod in Tereuntium est a nobis diligenter annotatum. Firmisimos vero perfugas fuisse ait, nimirum quod metuerent, ne si pax cum Romanis fieret, ipsi per conditiones ad supplicium traderentur; vel quod victo ab Romanis Jugurtha, nullam veniæ atque impunitatis spem haberent. Itaque horum forti fidelique opera Jugurtha usus est, speraque in his summam habuit. *Idem.*

*Ac paullo post cognoscit*] Manuscripta et ex impressis quædam, *post paullo*: quomodo Cæsar l. VII. 'Ipse post paullo silentio egressus;' et l. I. de bello civili, 'Post paullo tamen, internunciis ultra citroque missis, quæ ignorabant de L. Domitii fuga cognoscunt;' pro, *paullo post*. Livius v. ab U. C. 'Cum senatus post paullo de his rebus in curia Hostilia haberetur.' Priscianus l. XVIII. quo loco docet *paullo ante*, itemque *paullo post*, sic a Latinis dici, ut a Græcis *ἄλλῃ πρότερον*, καὶ *ἄλλῃ ὑστερον*. ibidem ex Horatio de *post paullo* exemplum subjicit. *Idem.*

*Sicca*] Vocatur et hæc Sicca Venera, atque eo quidam referunt Suceoth Benoth Assyriorum; fuit enim eorundem in Africa colonia. Trium illa dierum itinere sive M. Pass. plus minus cxx. a Carthagine distat. De colonia illa Valerius Max. II. 6. 'Siccæ est sanum Veneris, in quod se matronæ conferebant, atque inde procedentes ad quæstum, dotem corporis injuria contrahabant.' Ita legit ex Mss. Pigius. Non Suceoth autem solummodo, sed et Siccuth, quod proprie a Sicca abest, tabernacula sonat Ebraice, et probabile satis est idem sonasse Punice, atque eidem Deo, id est, Veneri, eisdem sacris, seu similibus, ex Phœnicia in Africam translatis, coloniam ipsam postea deduc-

tam, nomen suum debeisse. Nam Phœnicæ hunc cultum, hos ritus, et *ꝛ* Succoth Benoth a Babyloniis etiam accepisse facile persuasum habes. et consules, si placet, B. Athanasii adversus gentes orationem, et Sozomen. hist. Eccles. l. 5. et v. 9. Ut autem Latine et Græcæ vocabulorum terminationes in adscitis barbaris servarentur, Succoth Benoth in Siccam Veneream mutari oportuit. *Nama Obsepta* dicitur Ptolemæo et Procopio l. 11. Vandalic. Sicca Veneria Antonino in Itinerario, Veneria tantum Solino, et Sicca tantum Plinio v. 3. sicuti et hic Salmatio. Urbs quoque Panica cum y Syca appellata fuit. Quod adhuc propius accedit ad propositum. *Seldenus*.

*Siccam*] Siccam Veneriam Ptolemæus l. iv. et Antoninus appellant. quod autem quidam scribunt, fuisse in Africa alteram Siccam Syphacis regiam, minime id verum est. Siga enim, non Sicca Syphacis regia appellabatur. de qua Strabo l. xvii. Ptolemæus l. iv. Plinius v. 2. et Pomponius Mela v. 5. *Cæst*.

*Cæstum*] Id est, Occasionem præclari facinoris.

*Signa inferre*] *Inferre signa*, est Signa contra hostem ferre, ut cum eo prælio contendat. Marius igitur signa contra Jugurtham, qui se in portis opposerat, tolit: et repulso Jugurtha per vim evasit. *Sold*.

*Tanta mobilitate sese Numida gerunt*] Manuscripta quædam, *agunt*. quomodo apud Vopiscum Aurelianus, 'In hospitibus caste se agant,' inquit. Nos hic nihil pronuntiamus, sed diversam solum lectionem ostendimus: quamquam, ut verum fatear, prior lectio mihi magis probatur; nam sic sæpe Cicero, 'honeste se gerere,' 'turpissime se gerere,' 'prudenter,' 'perditæ,' aut alio modo 'gerere sese.' *Ris*.

*Mobilitate*] De levitate Numidarum Ammianus Marcellinus loquitur, cum

ad omnes dissensionum motus perfabiles gentes Mauricas appellavit. Tertull. lib. de Anima: 'tamen vulgata jam res est gentilium proprietatum: Comici Phrygas timidos illudunt. Salustius vanos Mauros, et feroces Dalmatas pulsat.' Ita Tertull. De Dalmatis vero id pnto in Historia scripserat. De Numidis etiam Festus Avienus intellexit, in orbis terræ descriptione: 'His fluxa fides, et inhospita semper Corda rigent, trahitur duris vaga vita rapiuis.' *Coler*.

*Militæ Jugurthini paulisper ab rege sustentati*] Illa verba *ab rege* absunt a codice Bongarsii. *Putschius*.

*Paulisper a rege sustentati*] Manuscriptum, *ab rege*. Rivius.

CAP. 57 *Zanam*] Vide supra c. 56.

*Cuncta manna cum exercitu circumvenit*] Illa præpositio *cum*, non est in codicibus manuscriptis, nec impressis vetustioribus, ac rectius abest: irreperit autem ex glossa. *Rivius*.

*Clamor ingens exortitur*] Manuscripta, *oritur*: consentientibus et aliis vetustioribus. Sensus utramvis admittit. *Idem*.

*Infensi intentique*] Supra: 'intentoque atque infesto exercitu in Numidiam procedit.' *Ciacconius*.

*Glande*] Videlicet fundis: glans est plumbum in glandis modum formatum, quod funda jacitur. *Sold*.

*Lapidibus*] Qui aut manna, ut plurimum, aut ballista conjiciebantur. Jaciebant autem vulgo, et minoribus ballistis, lapides fere centenum pondus, atque eo sensu Lucillo ipsa ballista centenaria dicitur. At majoribus, amplius jaciebant, vel pondus 100. Nostra ista fulmina hodie non capiunt, aut pervehunt tantum pondus. Igitur non solum contundebant, sed diffringebant omnia, et disjiciebant. Tanta autem hujus tormenti vis erat, ut scribit Hegeippus, ut percussus unus ex sociis Josephi, qui propter ardeat, comminuto capite rueret, et occipitium ejus usque ad tertium sta-

dium excuteretur; mulier quoque alvo gravis, percussa uterum, supra dimidium stadii de intima sede genitalis secreti excuteret infantem. Non solum autem rotundos lapides istis jaciebant, sed enormes et sepulchrales, imo et molares: quibus domos et ædificia confringerent et quicquid incidissent. Formam ballistæ ubertim Ammianus tradidit his verbis: 'dolantur axes duo querni vel ilicei, curvanturque mediocriter, ut promittere videantur in gibbos: hique in modum serratoris machinæ connectuntur, ex utroque latere patentius perforati: quos inter, per cavernas funes colligantur robusti, compagem, ne dissiliat, continentes. Ab hac medietate restium stilus exurgens obliquus, et in modum temonis jugalis erectus, ita nervorum modulis implicatur, ut altius tolli possit et inclinari; summumque ejus unci ferrei copulantur, e quibus pendet stuppea vel ferrea funda, cui ligno fulcimentum prosternitur ingens cilicium, paleis consertum minutis, validis nexibus illigatum, et locatum super congestos ceapites, vel latericios aggeres. Nam muro saxeo hujusmodi moles imposita, disjectat, quicquid invenerit subter, concussione violenta, non pondere. Cum igitur ad concertationem ventum fuerit, lapide rotundo fundæ imposito, quarti altrinsecus juvenes repagula, quibus incorporati sunt funes, explicantes, retrorsus stilum penes uncinum inclinant: itaque demum sublimis astans magister, claustrum, quod totius operis continet vincula, reserat malleo forti percussum. Unde absolutus ictu volucris stilus, et mollitudine offensus cilicii, saxum contorquet, quicquid incurrerit collisurum. et tormentum quidem dicitur, quod ex eo omnis explicatio torquetur; Scorpio autem, quoniam aculeum desuper habet erectus. Cui etiam onagri vocabulum indidit ætas novella, ea re, quod asini feri, cum venatibus agitan-

tur, ita eminus lapides calcitrando post terga emittant, ut perforent pectora sequentium, aut diffractis ossibus capita ipsa diaplodant.' Hactenus Ammianus. Duo autem hic præcipue annotanda, de nervis, et funda. Nervi ad omnia hæc tormenta maxime requirebantur, secundo capilli, si copia eorum non esset. Nam tormenta nihil prosunt, nisi funibus nervinis intenta fuerint. Equorum tamen setæ de caudis et juba utiles, indubitanter vero crines foeminarum: illi enim cum tenues sint, longi, multo oleo perfusi, cum plectuntur, vires et intentionem validam accipiunt, ut nec dissonent multam a robore nervorum. Historiæ etiam passim de hoc capillo. Carthaginienses obseasi ad catapultarum intentiones raserunt foeminas, aliorum crinium inopia. Romani idem fecere: nam in Capitoli obsidione, cum nervorum copia defecisset, matronæ abscissos crines suos viris obtulere; et ad hanc memoriam Veneri Calvæ templum structum fuit. Idem de mulieribus Salonensibus apud Cæsarem, de Aquileiensibus apud Capitolinum legitur. Funda, quæ in ballista sive scorpione ponitur, stuppea aut ferrea, receptaculum lapidis fuit, et in qua firmaretur. Et ideo ipsæ ballistæ sive Monangones, a nonnullis fundæ vocantur, Græcis *σφενδα*, quas rectissime Hieronymus *fundibulas* vertit. Ita enim illo ævo dixerunt. *Lips.* Hæc antiquitatis causa inserere visum fuit. vide et *Steweck.*

*Scalis*] Scalarum varia fuerunt genera: quædam enim ex his erant compactiles, id est, quæ ant pluribus partibus constant, et plicari rursumque explicari possunt, aut ipsi gradus removeri et recondi, quasi in vaginam, stipite coeunte. Fuere item coriaccæ, reticulatæ, stuppæ, de quibus in Herone c. 2. ita scriptum: 'Illas,' ait, 'esse instar utrius consutas e corio, et inunctas sevo aut adipe circa suturas, ne evaporent: easque erigi ad

marum spiritū inflatas, et dare ascensum. Reticulatas autem format e stupeis funibus, instar retis contextas: ad quarum summitates hamos adjicit, ut murorum pinas apprehendant. Sunt et scalæ, quas ipse spectatores appellat, ita instructæ, ut in supremis aliquis constatu posset, qui spectet, quid in orbe agatur. Sunt et alia, quæ etsi non formam, tamen usum scalarum habebant. Quales sunt Tollenones et Sambucæ, de quibus Vegetius. *Lips.*

*Præterea picem sulphure et tæda mixtam ardenti mittere]* Est in aliis fere, *picæ*, auferendi casu: sed volumen Fabricianum ad hunc modum habet, *præterea picem, et sulphure tædam mixtam ardenti mittere*, quæ una demum vera lectio est, si quid ego judico: et sic in ceteris quoque fuerat. *Rivius.*

*Præterea picæ et sulphure tædam mixtam]* Aldinus et Gothi codices habent *tæda*. Atqui, ut ingenue, quod sentio, fatear, *picem mixtam tæda*, vix abs quoquam intelligi puto. Veteres alii codices habebant: '*Præterea picæ et sulphure tædam mixtam*. Et *mixtam*, id est, *illitam*, recte exponit Badius, qui ad hunc modum legisse videtur. *Glar.*

*Picæ et sulphure tædam mixtam]* In omnes e ligno machinas duo maxime tela valuerunt, saxa et ignea. Lucanus: 'Sed sæper et flammis, et magna fragmine molis, Et sudibus crebris, et adusti roboris ictu, Percussæ cedunt crates, frustra que labore Exhausto, fessens repetit tentoria miles.' Ignis autem fuere varii. Fuere faces, communes illæ e picea, larice, abiete, et quibus in usum hominis domi etiam usi: etsi hæc, credo, paulo robustiores, aut grandiores. Has manu jaciebant, et destinabant in machinas propinquas, sed et iis pugnabant. Aliæ magis sepositæ, et militares, quas malleolos dicebant. Id quoque duplex genus. Simpliciter et rudes, de quibus ita Nonius Marcellus: 'Mal-

leoli sunt manipuli spartei, pice coniecti, qui incensi aut in muros, aut in teatudines jaciuntur.' Hæc ille. Ita autem Festus: 'Malleoli vocantur non solum parvi mallei, sed etiam ii, qui ad incendium faciendum aptantur, videlicet ad similitudinem priorum.' Hactenus Festus. Atque hi non aliud videntur, quam manipulus aut collectio sparteæ, ligata in medio forma quadam mallei, et pice aut sulphure illita, sic projecta. Ligni aut ferri hic nulla mentio. At alterum genus, magis efficax et militare, quod teli in morem formatur et aptatur. Id Ammianus ex professo describit l. XIII. 'Malleoli, teli genus, figurantur hac specie: Sagitta est canna, inter spiculum et arundinem multiforme ferro consomentata; quæ in muliebris cœli formam, quo nentur mntea stamina, concavatúr, ventre subtiliter, et plurifariam patens; atque in alveo ipso ignem cum aliquo suscipit alimento. Et sic emissa lentius invalido arcu (jactu enim rapidiore extinguuntur) si hæserit usquam, tenaciter cremat: aquisque conspersa, acriores excitat æstus incendiorum, nec remedio ullo, quam suprajecta pulvere consopitur.' Simile telum erat falarica, de qua Livius l. XXI. 'Falarica erat Saguntinis missile telum, hastili oblongo, et cetera teriti, præterquam ad extremum, unde ferarum extabat. Id sicut ipso pillo, quadratum, stupa circumligabant, linebantque pice. Ferrum autem tres in longum pedes habebat, ut cum armis transfigere corpus posset.' Hæc Livius. Terribile telum, si examinatis, visu et ictu: et hæc talia, quid nisi præludia nostrorum fulminum? At texere huc libet in eadem Saguntina Historia locum Sillii: 'Armavit clausos, ac portis arcuit hostem Librari multa consuetæ Falarica dextra, Horrendum visu robur, celsisque nivosæ Pyrenes trabs lecta jugis: cui pluri- ma cuspis, Vix muris toleranda lues.



Sed cetera pingui Uncta pice, atque atro circumlita sulfure fumat. Fulminis hæc ritu summis et mœnibus arceis Incita, sulcatum tremula secat aëra flamma.' Sed satis jam ignium. *Lips.*

*Jacula*] Illa duorum fuere generum: Rudia et ferrata. Rudia appello, quæ simplici ligno constabant, non alia materia ad lædendum. In eo genere sudes et faces. Jacula ferrata plura multigena sunt, nec alia in re fecundius Martialia luserunt ingenia. Crebriora fuere hasta, lancea, gesum, tragulum, securis, aliæque. *Idem.*

*Tormentis*] Omnis machina, qua aliquid vi emittitur, dicebatur tormentum: sicut nunc vulgo balistæ et bombardæ vocantur. *Sold.*

CAP. 58 *Portam irrumpit*] Portæ in castris quatuor, ad unumquodque latus una. Atque inter eas prima Prætoria. Solet ea plerumque obverti hosti, ut Decumana averti: et per hanc plerumque exercitus in prælinum ductus. Livius vocat Extraordinarium, ab iis ipsis turris et cohortibus, quæ illuc tendunt. Dux laterales et proximæ portæ principales, e quibus læva altera, ad discrimen, altera dextra: ita dictæ, quod ibi tendunt principes ordines, capita et apices castrorum, ut tribuni, præfecti, prinique centurionum: vel etiam a Principiis ipsis, sed tum magis essent principales. Quarta decumana, a cohortibus Decimis ibi tendentibus dicta. Ea est opposita Prætoriam, et remota ab hoste. Hæc eadem Quæstoria olim dicta. Extra hanc supplicia a militibus delinquentibus sumpta. Inferior ætas minores quasdam portulas interstruxit. Fores et januæ etiam iis impositæ, ad serandum ac reserandum. Turres etiam in portis ad defensionem fuere. Quæ talia tamen non nisi in stativis et diuturnioribus ædibus habuisse credendum est: in nam noctem ne foribus quidem valde opus. Portæ singulæ

50. pedum: latiore enim ingressu opus vehiculis et jumentis. *Lips.*

*Magna pars, vulnerati aut occisi sunt*] Sunt, non est in illo manuscripto, ac rectius subauditur. *Ricinus.*

*Neque inde maxima vi depelli quiverunt*] In nonnullis, *quiescere*. *Idem.*

*Minus frustrari*] Id est, Tela frustra non remittebant, nam quo hostes numero plures essent, vehementius aliquem a sequebantur, et telo eos acriter conficiebant. *Sold.*

*Fugam ad se vorum fieri*] Sic infra: 'ubi animadvertere exercitum ad se vorum pergere.' *Cicconius.*

*Cum alii super vallum præcipitarentur*] Infra: 'præterea alios super vallum in munimentis locare, vigiliis ipse circumuire.' Legendum tamen existimo: *Cum alii se per vallum præcipitarent*. Cæsar l. III. de bello civili: 'Plerique ne in angustias inciderent, decem pedum munitionis sese in fossas præcipitabant.' Sed vide Livium. Tacitus, 'seque e vallo præcipitantibus.' *Cicconius.*

*Vallum*] Vide supra c. 22.

*In loca munita sese recepit*] In quibusdam, *recipit*, tempore præsentis. *Ricinus.*

CAP. 59 *Igitur postero die priusquam ad oppugnandum egrederetur*] Ita manuscripta quoque: sed in quibusdam est, *regraderetur*: id quod sensus quidem non repudiat. Nam et superiore die fuerat oppidum aggressus, tametsi infecto negotio reversus in castra esset. *Idem.*

*Qui in proximo locati fuerant*] Lege ex Ms. qui in primo: ita dictum, ut sæpe apud historicos: 'In primis.' Supra in Catilina: 'in primis pugnantibus cadunt: illic est in primis quod hic in primo: nam quod quidem commentatur in primo adverbialiter hic poni, præter rem est. *Putachius.*

*Non uti equestri prælio solet*] Acies igitur tum diversa fuit a prælio equestri. Peditum enim ordinaria committatur pugna, non equitum, nisi fugiente

jam hoste. Vegetius l. III. c. 14. 'Sciendum est, stantibus duobus ordinibus, tertium et quartum ordinem ad provocandum cum missilibus et sagittis primo loco semper exire, qui, si hostem in fugam vertere potuerint, ipsi cum equitibus persequantur.' Hæc ille. Clare igitur equiti tribuit partes quiescendi, donec hostis in fuga sit. Pugnabant igitur pedites primi, equites ultimi decernebant. Porro veteres equestribus turris in pugna subinde ita miscebant pedites, ut quasi unam efficerent turmam, et vir viro, pedes equiti interponeretur, ut testatur Vegetius l. III. c. 16. Qui mos propter periculum, ne pedes ab equite conculcetur, hodie in usu non est, secus atque apud antiquos. *H. Hugo.*

*Sequi, deinde cedere*] Manuscriptum, *dein cedere*. Rivinus.

*Sequi, dein cedere*] Alii etiam hunc morem descripsisse videtur Sallustius. Hæc enim verba ex historiærum fortasse libris citantur a Servio in *Æn.* II. 'More equestris prælii sumptis tergis ac redditis.' *Cast.*

*Acies*] Romanorum. Quæ dicta est *acies*, quod in morem cuneorum anteriorem partem ad insultum commode faciendum acutiorem habet: unde et cuneus dici solet pars exercitus sic instructa, ut cunei figuram exhibeat. *Bad.*

*Ita expeditis peditibus suis hostes pene victos dare*] Jugurthini equites adversis equis concurrentes, implicantes, ac perturbantes Romanorum aciem, præbebant peditibus suis Romanos pene victos: expediti enim pedites facillius perturbatam Romanorum aciem superabant; et ita *expeditis peditibus suis* sunt dandi casus. *Cast.*

*Cap. 60 Zama*] Vide supra cap. 56.

*Oppugnare, aut parare*] Infra: 'contra hæc oppidani festinare, parare' forte legendum, *propugnare*. Gellius *xv. a. l.* 'Cum L. Sulla oppugnaret

Piræum, et contra Archelium, Mithridatis præfectus, ex oppido propugnaret.' *Ciacconius.*

*Oppugnare*] Obsessi nunquam simpliciter dicuntur *oppugnare*, sed *propugnare*: quemadmodum vicissim obsidentes nunquam *propugnare*, sed *oppugnare*. Itaque hic reponendum *propugnare* docuimus *iv. Obs. Gronov.*

*Aridius alteri alteros sauciare, quam semet tegere*] Fabricianum quidem, quam *semetipso tegere*, sed in aliis nonnullis, *semetipsi*. Id rectius esse puto, consentiente manuscripto quodam. *Rivinus.*

*Consulto lenius agere*] Legerem *lentius agere*. *Ciacconius.*

*Studia suorum astrictis*] Hæc est, *occupatis*; infra, 'quæ Jugurtham fesso, aut majoribus astricto, superaverant.' *Idem.*

*Jam scalis egressi milites*] Sic supra, 'prope ad summum montis egressus est.' Tacit. *Hist. iv.* 'Multos in moenia egressos pagionibus fodere.' *Ciacconius.*

*Et jam scalis adgressi milites, prope summa coperant, &c.*] Videor quidem intelligere cur Carrioni placuerit, *scalis egressi*, contra vet. edd. contra *Ms.* sed tamen quid si legamus? *repente magna vi murum scalis adgressi milites, prope, &c.* vel etiam: *repente magna vi murum adgreditur*; et *Jam scalis milites prope summa, &c.* *Grat.*

*Deinde ubi una atque altera scala comminuta sunt*] *Td sunt*, non habent codices in membrana descripti, neque ceteri vetustiores. Et cum statim sequatur, 'qui supersteterant afflicti sunt,' an non inelegans nimis fuerit hujusc verbi repetitio? *Rivinus.*

*Ceteri quoquo modo potere*] Ex scripto reponendum *quo quisque modo potere*. Sic amat loqui Sallustius; 'Sibi quisque regnum petentibus.' *Putschius.*

*Ceteri quoquo modo potere*] Haud aliter *Pall. nobiliores*: nam de plebe *ceteri quo modo pot. vel. ceteri quoquo*

*ratio potuere, vel, quoque modo potuere.* Est etiam in quo visas, ceteri quoque quomodo potuere: scias non assecutos genium locutionis alterius. Ceterum nihil periret sententiæ, quamvis jugularetur, *potuere.* Gruterus.

CAP. 61 *Aut de suo loco pugnam facere*] Quamquam eleganter addi præpositio videtur, ea tamen in manuscriptis ceterisque vetustioribus non est. *Rivius.*

*Zama*] Hujus descriptionem vide supra c. 56.

*Et in iis urbibus quæ ab rege defecerant*] In aliis quibusdam, *quæ ad se defecerant.* Priorem lectionem citat l. VIII. Priscianus, pro *a rege desciverant*, ut ipse interpretatur: proinde relinquendam puto, quamquam, utroque modo legas, est idem utrobique sensus. *Rivius.*

*Quæ ab se defecerant*] Ita belle Nazar. et Pall. secund. neque nimis recedit Commelin. in quo, *a se, deficit ab se*, qui ultro se dedit, magis quam vi subactus, aut metu. Ita aliquoties utitur Plautus meus; neque aliter iterum noster c. LXVI. 'Civitates abs se defecerant, formidine,' &c. Vulgatæ edd. valde fluctuant; ut etiam calamo scripti. adolescentioribus enim abest: aut, *quæ ab se defecerant*, aut, *quæ ab Jugurtha defecerant*; at olim impressi, *quæ ab rege defecerant.* Gruterus.

*Ut i ad se colloquendi gratia occultus veniat*] In quibusdam, *occulte*: id ex glossa irrepsisse suspicor. Plus est enim elegantie in lectione priore, quamvis utrumque Latine dicatur. *Rivius.*

CAP. 62 *Et genti Numidarum optime merita*] Est in manuscriptis quibusdam, *optime morenti.* Idem.

*Multos mortales captos*] *Lege mortaleis.* Idem.

*Eorum consilium habet*] Tacit. II. 'Quod si mecum ante viri strenui ædiles consilium habuissent.' *Ciacconius.*

*Eorum et aliorum, quos idoneos ducebat, consilium habet*] *Ms. eorum atque aliorum.* quomodo et impressa vetustiora. *Rivius.*

*Adducti*] Tria millia amplius perfugarum reddidit Jugurtha, et præterea 300. obsides dedit. *Oronius.*

*Cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur*] Cicero epist. 25. l. IX. 'Nunc ades ad imperandum, sive ad parendum potius.' Sic enim antiqui loquebantur. Semera lib. de benef. VI. c. 16. *imperatorem* posuisse videtur, pro eo, cui *imperatur*: et Alfenus in l. medicus D. de operis libert. 'Medicus libertus, quod putaret si liberti sui medicinam non facerent, multo plures imperantes sibi habiturum.' Duarenus primo dispunct. c. 54. et Alciatus: sed Duarenus gerundia tantum active et passive significare ait, non etiam alia tempora: neque unquam, *imperare*, significare, *parere*, etsi *imperandum* id significet: contra Alciatum. *Ciacconius.*

*Dum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur*] Codex in pergamenis descriptus, *cum ipse ad imperandum*: pro, *ut ei imperaretur*; nam passive ponitur. Id cum adscriptum habet in margine exemplar Fabricianum, tum Servius adnotavit in Eclogam VIII. Maronis. Sic Poëta, 'Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis; pro, *dum incantatur.* Sed et alibi Sallustius, 'Pauca supra repetam,' inquit, 'quo ad cognoscendum omnia illustra magis:' pro, *ut cognoscantur.* Est in margine exemplaris Basilienensis adnotatum, ad *Imperatorem.* Sed e dictis liquet, vulgatam lectionem bene habere. Qui adjecit, non videtur huic intellexisse locum. *Rivius.*

*Ad imperandum*] Ut imperaretur; et sane gerundia tam ab agentis, quam a patientis significatione proferuntur, ut sæpe testatur Servius: et scriptorum auctoritate comprobatur. Inquit ergo Sallustius: Cum Jugurtha, ut imperaretur, vocatus esset a Me-

tello Tisidium, &c. Recte autem dicitur, Jugurtha imperator: etai id minus frequens. Horatius epist. 5. libri prioris: 'Hæc ago procurare et idoneus imperor, at non Lavitas.' Sæmiam interpretans illud Virgillii Eclogæ 8. 'Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis:' ita inquit: 'Cantando a passivo ait, cum supra ab activo dixerit: at, Cantando tu illum? tale est illud in Sallustio: 'Cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur: id est, ut ei imperaretur.' Hæc ille.

[Cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur] Mss. notæ selectæ habent *facie dum*; neque aliter olim cui; ut *facie* suspicor legendum, *igitur Jugurtha abi, armis virisque et pecunia spoliatu, ipse ad imperatorem Tisidium vocaretur.* Nam quicquid garriant Grammatici, nunquam mihi persuadebunt, imperare poni passivo. nimirum initio fuit, *ad imp.* inde factum ab rudibus librariis, non *imperatorem*, sed *imperandum*. Gruterus.

[Tisidium] Tisidium oppidum puto, quod Ptolemaeus vocat Tisicam, inter Thabroam civitatem et Bagrada flumen, medium inter Uticam et Carthaginem in provincia Romanorum: ad quam urbem viciniam est Metellum Jugurtham vocasse, ut in summidam. *Glar.*

[Interdum ipse secum copularet] Manuscripta, *secum ipse*: quomodo et impressa quedam. *Rivius.*

[Quæ, grave cum in servitutum ex regno foret] Poëta Tragicus: 'In servitatem cadere de regno grave est.' *Cicero.*

[De integro resumit bellum] In manuscriptis ceterisque vetustioribus, *de integro bellum sumit.* Sed mihi prior lectio bene habere videtur, et est familiaris veteribus abundantia illa præpositionis *vs*; licet idem sit utrobique sensus: pro, Instaurat renovatque bellum. *Rivius.*

[CAP. 63. Utico forte] Vide supra *Delph. et Var. Clas.*

c. 26. c.

[C. Mario] Plutarchus in vita Marii, paulo post id factum fuisse scribit, postquam videlicet Marius a Metello dimissus erat ad petendum consulatum. *Cast.*

[C. Mario] Cæsar Marius municeps Arpinas, humili atque obscuro loco natus, nulla majorum commendatione, amplissimos honores est consecutus. Contigit illi quod haud sole an ulli, ut duabus in Edilitate acceptis refulsis, septies tamen Consul summo populari studio crearetur. Vir, quem neque propter dignitatem laudare satis quoquam commode, neque propter crudelitatem abunde vituperare potest. Nemo unquam tante metu et periculo reip. liberavit, nemo majori calamitate eandem affecti. Qui suis gladiis Cimbrorum et Teutonum in camp. districtos a jugulis civium rejecerat; qui facies jam accensas ad urbis exodium extinxerat; qui urbem et Italiam ex ore atque faucibus hostium espuerat, ipse ille libertatis Romanæ vindex, primis in camp. gladium dirinxit, primis sceleratas faces patriæ intulit, vastitate denique Italiam; caedibus, incendio, ruina urbem replevit. Justas ergo et debitas pœnas reip. persolvit. Armis Sullanis ejectus, in Minturnensium paludibus latuit; terra marique jactatus, in oris Africæ desertissimis jacuit. Filius non ita multis post annis in cuniculis Præneste trucidatur, memoria simul et nominis et generis interit. Extat Epigramma vetus in libro urbis antiquæ, quod res ejus gestas indicat, ejusmodi: C. MARIUS PR. TR. PL. Q. AVGV. TR. MIL. EX. SORTEM BELLVM CVM JVGVRTHA REGE NVMID. VEL. PROCOS. GESSIT, EVM CEPIT, ET TRIVMPHALIS IN JOVIS EDEM SECVNDO CONSVLATV ANTE CVRRVM SVVM DVCI IVSSIT. IIII CONSVL ABSENS CREATVS EST. IIII TERTONORVM EXERCITVM DELEVIT. V. CONSVL CIMBROS FVGAVIT. EX

*Sallust.*

2 Q

ISIS ET TEUTONIS ITERUM TRIVM-  
PHAVIT. RENOVIT. TURBAM SEDI-  
TOSISSIMIS, ET. TR. PL. ET. PRAETOR.  
QUI ARMATI CAPITOLIVM OCCUPAVE-  
RANT, VI VINDICAVIT. POST LXX.  
ANNVM PATRIA PER ARMA CIVILIA  
PVBLIS, ARMIS RESTITVTIS VII COS.  
FACTVS EST. DE MANVBIS CIMBRI-  
CIS ET TEVTONICIS EDEM HONORI,  
ET VIRTVTI. VICTOR BECIT VESTE  
TRIVMPHALI, CALCEIS PVNICIS.  
*Strabo.*

*Hostias*] Servius censet dici hostias sacrificia, quae ab his sunt, qui in hostem pergunt: victimas quae post victoriam. Contra legitur apud Oelium hostiam immolari a quovis sacerdote post caesos hostes, victimam eadem ejus, qui vicerit. Adstipulatur Ovidius in Fastis: 'Victima quae cecidit dextra cervice vocatur: Hostibus a victis hostia nomen habet.' Festus putat hostiam ex eo dictam, quod *hostire* tantundem veteribus fuerit atque ferire. Hostiarum variae erant species: quaedam enim eximiae vocabantur, quod sacrificiis destinatae eximerentur ex grege. Quaedam praecidae, quae mactabantur ante sacrificia solennia, quae caderentur praeter aliis. Erant et succedanea, quae si primis hostiis litatum non erat, cederentur post illas. Amburvaeles item et ambarvaeles, quae circum terminos urbis vel circa arva duci solebant. Injuges, quod nunquam fuissent domita, aut subdita jugo, ex Trebatii mente apud Macrobiu[m] Saturnal. III. c. 5. Erant et caviares hostiae, quod caviares, id est, hostiae pars duceretur cauda tenus, atque adeo in sacrificio collocaretur in Pontificam collegio quinto quoque aene. Erant prodigia hostiae quae in totum prodigebantur, id est, consumebantur. Denique Aringam hostiam intelligit Scaliger, cujus adherentia inspiciebantur exta. *Funger.* De ritibus in hostiis sacrificandis non opus est multum dissere. Vide passim Antiquarios.

*Aruspex*] Vide supra c. 47.  
Ad quem capiendum, praeter octostatem familiae, omnia abunde erant] Fabricianum, ad quem capiendus: at, alia omnia abunde erant. Rivius.

*Praeter octostatem familiae*] *Alimus* *toxi. lycop. XII. 6. Ἐτι γὰρ ἔσται ἐπὶ τοῖς πυλάσι φρονέει δὲ τοῖς κτήσιν, ἔγω ἐν Ρωμαίοις μὲν Μάρκον τὸν ναυαρχα, οὗτος ἔργων, ἀβρὸν δὲ θαυμάσιον δὲ τὰ ἔργα. Κέρωνος δὲ τοῦ πρεσβύτου ἀβρὸν τὸν κτήρα ἀναστρεφὲν χρῆ* quod repetit. XIV. 35. Val. Maximus VI. 9. in memorabilibus. 'Ex illo Mario nata humili Arpini, tam ignobili Romano, tanquam fastidiendo candidato, ille Marus evasit, qui Africam subegit. Jugurtham regem ante curram egit, qui Fauthonem Cimbrorumque exercitus delevit: et quae sequuntur. *Putschius.*

*Domus medicus*] Responso, quod a quibusdam legitur, *Domus medicus*: nam et sententia recipit, *medicus*; et vero ita recitat Nonias in verbo *Medicus*. *Manutius.*

*Arpini alitus*] Manuscriptum Fabricii *altus*. quomodo et in aliis plerisque. Hoc Cicero quoque utitur: velut pro Plancio, 'Locus ille matas, ubi quisque altus aut doctus est.' et in Bruto, 'Urbs in qua nata et alta est eloquentia.' Sic et alias. Sed et Diomedes I. *altus* hoc loco legit, atque item Priscianus, qui tamen ipse in quibusdam codicibus etiam *alitus* inveniri testatur: quo sane modo nos quoque in duobus manuscriptis reperimus. Rivius.

*Altus*] Ex hoc loco conjectare licet jam Prisciani aetate mendosos codices Sallustii extitisse, cum notet in quibusdam *alitus*, in quibusdam *altus* legi. Sed idem apparet facilius Virgilio Servius. *Putschius.*

*Arpini alitus*] Sic legit Diomedes I. 1. et Priscianus: nec est, quod ququam de mutatione amplius dabitur. *Manutius.*

*Arpini altus*] Valerius quoque Maxi-

que Masina Arpinatem episcopi scribit. Ita antea loquitur VI. 8. 'Jam C. Marius maxima Fortuna: luctatio est. Omnes enim ejus impetus tam corporis quam animi robora fortissime sustinuit. Arpini honoribus judicatis inferior, quaesturam Romae petere ausus est. Patientia deinde repulsa- rum irruit magis in curiam, quam venit.' Mox: 'Ex illo Mario tam humili Arpini, tam ignobili Romae, tamque fastidiendo candidato, ille Marius evasit, qui Africam subegit, Jugurtham regem ante, curram egit, qui Teutonorum, Cimbrorumque exercitus delevit.' Unde Juv. Sat. VIII. 'Arpinas alius Volscorum in monte solebat Poscere mercedes alieno la- gus aratro: Nodosam posthaec fran- gebat yertice vitem, Si lentus pigra muniret castra dolabra. Hic tamen et Cimbros et summa pericula verum excipit; et solus trepidantem prote- git Urbem.' *Clauser.*

*Arpini*] Vetustissima hujus oppidi mentio apud Livium I. VIII. post Ro- manam conditam CCCXLVIII. Biennio post municipium factum fuisse Ro- manum ostendit Livius spb initium I. X. et I. XXXVIII. de Arpinatibus ista loquitur: 'De Formianis Fundanis- que municipibus et Arpinatibus C. Valerius Pappus tribunus plebis pro- mulgavit, ut iis suffragii latio (nam ante sine suffragio habuerunt civita- tem) esset. Huic rogationi quatuor tribuni plebis, quia non ex auctori- tate senatus ferretur, intercederent: edocti, populi esse, non senatus, jus, suffragium, quibus velit, impartiri, destiterant incepto. Rogatio perlata est, ut in *Aemilia* tribu Formiani et Fundani, in *Corneia* Arpinates forent.' Festus quoque inter praefec- turas Arpinum connumerat, nempe eas, in quas ibant praefecti, quos praetor urbium in quaeque loca miserat legibus. *Clauser.* Arpi autem aliquando Argos Hippium, juxta Plinium, mox Argyripa dicti juxta eundem. At Virgil. *Æn.* XI. 'Ille urbem Argyri-

pam patriae cognomine gentis. Vic- ter Garganei condebat Iapygia oria.' 'Diomedes,' inquit Servius ad hunc locum, 'fuit de civitate, quam Argos Hippium dicitur, de qua Homerus *Ἄργος Ἰππίστορον*. Horatius, 'Aptam dicit equis Argos.' Hic in *Apulia* candidit civitatem, quam patriae suae nomine Argos Hippium dixit, quod nomen postea vetustate corruptum, et factum est, ut civitas Argyripa di- ceretur, quod rursus corruptum Ar- pino fecit. Polybius corrupte *Ἀργυ- ρίον* appellavit. Meminere quoque hujus urbis praeter alios Strabo, Ap- pianus, Ptolemaeus, Varinus, Lycophronis Scholiastes. *Leopold.*

*Arpini alius*] In villa Cirrhaetona. *Plutarch.*

*Ubi primum aetas militia patiens fuit*] Vox aetas abundat, ut existimo. In Catil. 5. 'Jam pridem juvenitas simul ac belli patiens erat:' ergo ipse Ma- rinus ubi primum militia patiens fuit. *Ciaccon.*

*Ita inter bonas artes integrum inge- nium brevi adolevit*] Legendum, *inter artis bonas*: ut est in vetustis: nam hac terminatione Sallustius amat uti et adjectivum hic sequi debet. Sic mox, *per omnia tribus*: ubi hodie fere, *per omnes*; verum perperam. *Rivius.*

*Tamen is ad id locorum*] Sic infra: 'Neque post id locorum.' *Ciaccon.*

*Ad id locorum*] Id est, Usque ad id tempus.

*Per manus*] Id est, Per successio- nem: quia cum aliquis nobilis depo- nebat consulatum, alii nobili tradebat ipsum consulatum.

*Neque tam egregius factis erat, quis is, &c.*] Quamvis in Fabriciano cete- risque vetustioribus sit, *neque tam egregius factis*, tamen vulgatam lectio- nem magis probandam esse duco, ut quae antiquitatem magis redolet, cu- jus est amantissimus Sallustius: pro, Sic factis excellens ac praetans. Ci- cero cum praepositione et casu ejus junxit hoc nomen. 'Laelius,' inquit,

‘in laude bellis egregius:’ et, ‘*in* la procuratore civitatis egregius? Rivius.

‘*Naquam egregius factis erat*] Scriptas Augustanus, *egregius factus erat*: modo fortasse legend. neque tam egregius factis erat. Putschius.

‘*Cap. 65. Igitur ubi Marius haruspibus dicta eodem, qui cupido animi hortatur, intendere eide*] Sic manuscripta, consentientibus aliis vetustis: in recentioribus est: ordo non nihil mutatus. Rivius.

‘*Ab Metello Consulatum petendi gratia miserorum rogat*] Illud *Consulatum*, omnium est temere in Aldino codice; quasi Marius ob alius causas missionem peteret, ac Consulatum dissimularit, cum aperte postea Metellus ad hunc ipsum Marium dicit, ‘*ante matrem illum cum filio suo Consulatum periturum.*’ Ghr.

‘*Ne tam prava inopere*] Sic infra in Orat. Philippi: ‘*Denique prava incœpta consultoribus noxæ esse.*’ Chacónius.

‘*Is eo tempore in contubernio patris eidem militabat*] Tò in manuscripta non habent, neque impressa vetustiora. Rivius.

‘*Contubernio patris*] Contubernium dicitur tabernaculum, in quo milites habitant plures.

‘*Anno natus circiter viginti*] Plutarchus in Mario hunc Metelli filium tunc admodum puerum fuisse tradit, his verbis, *ἦν δ' ἑταῖς τοῦ Μετέλλου νεογέννητος παῖδάκιον*, quare videtur legendum xv. Solebant enim adolescentibus militiæ usum discendi gratia cum magistratibus contubernales in provinciis proficisci. Cicero pro Plancio: ‘*Hic adolescentulus cum A. Torquato profectus in Africam, sic ab sanctissimo viro dilectus est, ut et contubernii necessitudo et adolescentuli modestissimi pudor postulavit.*’ Et filios alquando suos contubernales Imperatores habebant. Frontinus in Strategematis: ‘*P. Rutilius Cos. cum secundum leges in*

contubernio suo filium possit habere, in legione missum fecit.’ Verum cum Ballustius dicit, ‘*militabat;*’ et militaris ætas factis annorum xvii. nullum debito. Ciaccon.

‘*Antes natus circiter viginti*] Ætas consularis legibus Romanis erat annorum 43. ut docet Cicero Phil. 5.

‘*Quæ res Marium pro honore, quæ affectabat, contra Metellum vehementer accenderat*] Codices in membra descripti, *Quæ res Marium cum pro honore quem affectabat, tum contra Metellum*, &c. pro, *Quæ res Marium cum ad acris contendendum pro adipiscendo consulatu quem appetebat, tum vero ira in Metellum incenderat atque inflammarat.* Ita vero legendum prorsus esse, aliis etiam conjecturis quibusdam dæcor. Nos hic nihil pronuntiamus, contenti diversam lectionem ostendisse; quamquam cum manuscriptis facit exemplar Florentinum. Rivius.

‘*Criminatio simul et magnificæ de bello loquitur*] Manuscripta, ac *magnificæ*: quod, ut nihil aliud, certe sonantius est. Idem.

‘*Dimidia pars exercitus sibi permitteretur*] Non improbo vulgatam lectionem, licet magis placeat manuscriptus liber, qui habet: *Dimidia pars exercitus si sibi permitteretur*: nam particula, *si*, potest videri a librario ommissa, propter sequentem primam syllabam vocis, *sibi*. Ursinus.

‘*Ab imperatore consulto trahit*] Sic etiam Mas. nostri omnes, absque voce, *bellum*, inserta ab impressoribus. Græterus.

‘*Quæ omnia illis eo firmiora videbantur, quia diuturnitate belli*] Manuscripta, *quod diuturnitate*: sed eodem sensu. Rivius.

‘*Cap. 65 Secundum heredem*] Secundus heres dicitur, qui heredi instituto substituitur. Boëtius in Comment. in Top. Ciceronis.

‘*Morbis confectus, et ob eam causam mente paululum immutata*] In manuscriptis dæbuis ceterisque vetustiori-

hæc est, *Amantia*, pœ, *Desipiana*, ipse  
 ac parum mente consistens. Hæc  
 est vera lætie, quam et sensus ipse  
 postulat: nam et postea de eodem,  
 ‘*Hominem,*’ inquit, ‘*ob morbos ani-*  
*mo parum valido.*’ Id nimirum est,  
 Parum mentis competentem: vel, ut  
 ante dixit, ‘*mente paululum immi-*  
*nuta.*’ *Rivius.*

*Et ob eam causam mente paululum*  
*immunita.]* Forte, *Et ob eam mentis paulu-*  
*lulum immunita.* Supra, ‘*Et ob eam*  
*fideliciter acta Diis immortalibus sup-*  
*plicia decernere.*’ Ubi etiam *fideliciter*  
*ante auribus meis cordet.* *Idem.*

*Morbis confectus, et ob eam mentis paulu-*  
*lum immunita.]* Sic libri quatuor notæ  
 pretiosioris, reliqui *paululum*, ut ha-  
 betur in editis. Mihi videntur illa,  
 nimirum *et ob eam mentis paululum immi-*  
 nuta, valde heic superflua, cum sequat-  
 ur infra, ‘*hominem ob morbos ani-*  
 mo parum valido.’ Quid enim atti-  
 nebat his idem dici? *Græterus.*

*Potentis moris, &c.]* Transposui inter-  
 punctionem: nam in aliis editioni-  
 bus, *potentis moris regum, ut sellam, &c.*  
 perperam. Nec enim secutus est  
 morem regum in eo, quod petierit  
 sellam juxta Metellum: non: sed  
 voluit etiam sibi tribui, quod scierat  
 datum Maninice, Micipsæ, Jugur-  
 thæ, aliisque sui, et peregrini sangui-  
 nis regibus. *Idem.*

*Custodis causæ, &c.]* Satis quidem  
 fidenter Hic, qui notat ad hunc locum:  
 ‘*solebat populus Romanus confeder-*  
*atis regibus turmam equitum præsi-*  
*dii causæ adjungere:*’ sed unde hoc  
 ille eruerit, scire admodum arcam:  
 ego enim id nego, ac pernege. *Idem.*

*Quod contumeliosum in eos foret, et*  
*quibus Rom.]* Vide ut eos dixerit,  
 tanquam notos, nempe de quibus  
 jam. Itaque cum emittere potuisset,  
 sibi illius repetiit, propter sensum  
 indignitatis explicandum. *Glaræus.*

*Secunda evasione.]* Id est, Obscu-  
 ranti sermone: quis Marium dice-  
 bat ea, que gesta erant Gloriam.

*Per legem Manilianam, &c.]* Sic et co-  
 dex manuscriptus, et ille Parisiis a  
 Radio excusus. Verum exemplar  
 Gymnici habet in margine *Manilianam*,  
 quemode et Venatum, Argentoraten-  
 se, et alia pleraque. Sed et illud  
 ibidem Gymnicus, hæc lege tantum  
 fuisse, uti re male gesta ab nobilitate,  
 mandarentur novis hominibus magis-  
 tratus. Atqui hanc ipsam legem Franc.  
 Philoiphus latam a Mamilio tribuno  
 pl., Pomponius vero Lætus a Manilio  
 dicit: nisi sint mendosi codices. In re  
 quidem ambo consentiant, nempe la-  
 tam fuisse: ut quoniam res a nobili-  
 bus male gesta foret, etiam si jam  
 ad magistratus admitterentur, que-  
 rum majores in rep. magistratum  
 non gessissent: cujusmodi homines  
 novi appellantur. Hæc uterque toti-  
 dem fere verbis. Ceterum in nomine  
 dissentiunt: nam Mamilius a Philo-  
 pho qui legem tulerit, Manilius a  
 Pomponio dicitur. Ego plerisque con-  
 jecturis adducor, uti suspicer hunc  
 eundem ferme esse, de quo et super-  
 rius est a Sallustio mentio facta. Quo  
 loco satis multa diximus. Nisi quis  
 trib. pl. L. Manlium Mantinum intel-  
 ligere velit de quo sic infra Sallus-  
 tianus: ‘*Itaque,*’ inquit, ‘*perculsa no-*  
*bitate, post multas tempestates no-*  
*vo homini consulatus mandatur, et*  
*postea populus a tribuno plebis L.*  
*Manlio Mantino rogatus, quem vellet*  
*cum Jugurtha bellum gerere, fre-*  
*quens Marium jussit.*’ *Riv.* Vide, su-  
 pra c. 46.

*Cap. 66 Vaccæus.]* Vide supra c.  
 30.

*Seditiosum ac discordiosum.]* *Discor-*  
*diosum*, rarum apud auctores vocabu-  
 lum, sed bona analogia dictum, ut  
 quidam putant. Ego suspectum ha-  
 beo, nisi sit a veteri aliquo. *Glaræus.*  
*Deinde compositis inter se rebus.]* Ma-  
 nuscriptum, *Dein.* *Riv.*

*Thyphium Sillanum.]* In vetustis,  
*Sullanum*: antiquo illo scribendi more.  
*Idem.*



*T. Turpilium Silvanum*] Ita et Pall. nostri, ubi quod Nisi videatur prius habuisse *Silvanum* : aut *Silvanum* ; quomodo item nihil aliquid. *Gruter.*

*Eos omnes præter Turpilium*] Legendum; *eos omnes.* Riv.

*Postea milites pellantur, inermes, quippe in tali die*] Manuscripta deo, *inermes* : nam mutari non nunquam in hoc nomine inflexionem, hinc fere quisquam ignorat. Utitur autem hac declinatione Tacitus sæpe; velut i. 'Qui semisomnos, inermes, aut pellantur occiderant.' pro, *Inermes* : et, 'Quem ignorum inermemque quamvis firmatus animo venturio ægre conficit.' *Idem.*

*Quippe in tali die, et sine imperio*] In vetustis; *ac sine imperio* : tametsi hoc quidem sane quam leve, et nullius fere momenti, nisi quod melius sonat! *Idem.*

*Idem plebs facit*] Manuscriptum, *plebes.* *Idem.*

*Parædocti a nobilitate*] *Ibidem*, ab nobilitate. *Idem.*

*Cap. 67. Romani milites perculi improviso metu incerti ignarique quid potissimum facerent*] *Tō perculi* non est in ullo Ms: nec in impressis vetustioribus; sed nec sensus magnopere requirit. *Idem.*

*Trepidare arcem oppidi*] Hic locus variè legitur, et ni fallor, etiam corrupte. Ex Aldini codicis lectione nullus sensus est: Gothi codex ita habebat: *Trepidare arcem oppidi; ubi signa et acuta erant* (hic quidam adscripserat, *petere*) *praesidium hostium, porta antea clausa fugam prohibebant*: Ego in alio quodam codice hanc reperi lectionem: *trepidare: ad arcem oppidi; ubi signa et acuta erant, praesidium hostium, et porta ante clausa fugam prohibebant*: hoc sensu, Milites Romanos trepidabant, quia hostium praesidium prohibebat fugam ad arcem; sed porta clausa omnem fugam prohibebant: ut congnat a fine cuius syllapsi numerorum. *Glar.*

*Scutum*] *Col nostrum* *scutum* *scutum*; a loro, e quo fertur; non a secundo; aut: excutiendo, quod Varro et Isidorus putant; differt a clypeo forma: quæ enim rotunda, et in orbem justam relata, clypeos dixerunt: quæ longam exhibent; *ovata*. Clypeus Græcis *δωρίς*, scutum *σπερδόν*. Dio tamen, et inferior ætas, confundunt: Duplex scutorum generis: unum ovatum, inæquali longitudine, ac patet magis, producitque: circa umbilicem, extremis angustioribus: alterum generis rotundum, imbricatam, quod undique equali latitudinæ; et velut januæ formam habet; sed inæquum, et scutum eandem aut imbricatum refert. *Pomus* et facies utroque in sculpturis antiquis. Latitudo scuti in gibba superficie dorsum pedum et ventris; longitudo pedum quatuor. Prominuerunt ergo; et oblonga magis quam lata fuerunt: nam totum hominum tegebant leviter se inclinantes: *Majas* etiam palmo excedit: et videntur id Triarii, et digniores principum, gestasse. E pluribus minutisque tabellis hoc corpus junctum, nam pluribus lignis et asserculis consistit: atque hæc ex certis artibus. *Festus* taurino glutino cum linteis compactum, quod et linteum tabellæ junxit; et tabellas ipsas inter sese et corpus firmavit. Videntur et nervo aut ferro vitæ. Exterius superficies corio vituli, aut potius havis tegebatur; imo sæpe illa coria multiplicata: Sed inde etiam detractis lignis, et urgente famè pro cibo mollita: et in obsidione *Hiberosolymæ*, *Saguntæ*, *Casilini*, *Extrema* curvatura, seu margina soute ferrea erat, inder: totius bractem aut lamellæ; Græci *αδύνη*, et *λεπίδα* dicunt. Inventum *Camillus*, qui laminam ferream acutis in orbem adaptavit, contra immensum Gallorum gladios, ligno solo parum lectus sustinente; tam etiam ad acuti tutorem et servantem. *Incumbant* enim *suspensæ* terram; et fere sic ante tuta, aut in

extremis, habebant, piliis etiam accoliatis. Ne ergo patesceret lignum, minimè a ferro. Umbo in scuto ut plarium et vulgo e ferro. Poëtis etiam aureum faciunt; et satis indicat Sidonius, ditiores argentum in ambitu, et aurum in umbone gestasse. Non is luxus olim. Est autem Umbo media illa pars scuti, quæ protuberat et exserit cum rotundo tumore. Ideo Umbo, quod Græcis est *ἄμβων*. Montes et eminentias hæc vocata sunt sæpe vocat. Sed et Latini vestis positum, qui ad pectus exibat in tumorem, sic dixerunt. Usus, ad averte-ndos vehementiores ictus lapidum et aristasum, et cujuscumque violenti telii. Ea etiam hostes avertent: nam in conficta et pugna commissa utebantur eo ad impulsam, ubi etiam pars humeri brachiique projecta et incurvans adiutrix in hoc nisa. Origo scutorum a Regibus, imò a primo ipso Rege Romulo: exemplum a Sabinis; item Liguribus, quorum tamen scuta a Romanis differunt; teguntur enim Liguræ scuto longo, ad Gallicum modum facto. Solebant Græci, Romani, Barbari, varias picturas, formas aut colores scutis addere, sive ad insigne, ut cognobiles essent: sive ad decorem. Hæc autem insignia in scutis depicta etiam aliis gentibus notata, Sanguinaria, Gallia, alia. Et ab illis peculiaribus nata insignia et argumenta familiarum, quæ hodie in usu; an abusu? ignavissimi usurpant. *Lips.*

*Et portæ ante clusæ]* Illæ et capula mæna est in manuscriptis, ac rectius abest. *Rivius.*

*Multi obtruncati]* Nisi me conjecturam fallit, legendum est, *inulti*; pro *Impensæ*, et qui veloci hostes non possent. Sic idem est in Catilina pæna, *Carere ne inulti animam amittatis.* Jam *inulti* esse legendum, ea quæ statim processerunt, indicant, *neque cavere* sæpe, malum, neque a fortissimis infirmissimo generi restit-

posse. Id nimirum erat, *inultum obtruncari.* Jam non multos obtruncatos, sed omnes plane, ipsem Salustius ostendit, quæ Turpilliam ait, unum de omnibus Italicis profugisse intactum. Ex similitudine scripturæ defluxit error. *Rivius.*

*In ea tanta asperitate, tamque aversissimis Numidis]* Ita legendum ex vetustis libris, qui hæc in parte sinceri, incorruptique sunt, vulgatis omnibus mendosis, in quibus particula *tamque* omissa est. Confirmat hæc correctionem meam, eodem in libro Salustius: *'tanto tamque nulli labori meo, nomen inertis imponant.'* Et in Catilinario: *'In tanta itaque, tamque corrupta civitate.'* *Popma.*

*Id misericordiane hospitii, an pactione, an casu ita coerxit, parum conperimus, nisi quod illi in tanto malo turpis vita, &c.]* Codex in pergamentis descriptus habet *nisi quia illi in tanto malo, &c. improbus intestabilisque videtur.* Tò *nisi*, hic eodem modo accipitur, quo apud Terentium in Andria, *'Nescio,'* inquit, *'nisi Deos mihi iratos fuisse satis scio, qui illi auscultaverim.'* Sed et Cicero aliquoties in hanc ipsam modum, velut in epistolis, *'De re nihil possum judicare: nisi illud mihi persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse: pro, nisi quod mihi persuadeo: vel, nisi quatenus, &c.* Idem pro Sex. Roscio: *'Quid erat quod Capitori primum nuntiavit, nescio: nisi hoc video Capitonem in his bonis esse sociam.'* Sunt qui *nisi* pro *sed* positum, seu pro *verumtamen*, in his atque similibus locis patent, in quibus est *Lisacer*: id quod ne mihi quidem displicet, ac in exemplis supra positis probe quadrat. *Rivius.*

*Intestabilis]* Tacitus Annal. xv. *'Incusat ultro intestabilem et conceleratam.'* *Ciacconius.*

*Intestabilis]* Intestabilis utique hic idem significat, quod in illo ex xti. Tabulis: *'Improbis, intestabilisque cato.'* Gellius eodem modo utitur *'li-*

bra septimo, capite decimo octavo: 'Qui ad Hannibalem non redierant, usque adeo instabiles inuisoque spise, ut tædium vitæ ceperint, necque sibi conceiverint.' Proprie vero *instabilis* is est, qui nec testimonium dicere, nec aut testamentum facere, aut e testamento consequi aliquid potest. Inde metaphorice pro tædæ detestabilique, et execrandæ ponitur. Plin. xxx. de magia loquens: 'Proinde ita persuasum sit,' inquit, 'eam instabilem, irritam, inane esse.' Horatius: 'Instabilis et sacer esto.' *Rivius.*

CAP. 68 *Metallus ubi postquam de rebus Vacuus actis comperit*] In Mss. ceterisque vetustioribus non est *ubi*; sed tantum *postquam*. Quod si priorem lectionem recipis, abundat forsitan altera harum particularum, ut in illo, 'post deinde,' apud Tarentum in Andria: 'una simul,' in Heautontimorimeno: 'misere nimis,' in Aëdipis: in Phormione, 'fere plerumque.' Quid si ex glossa irrepat *ubi postquam*, quod aliquis forsitan superscripserit, explicare volens quid significaret *ubi*? nam ista glossis mendosiores sunt antiqui codices facti. *Idem.*

*Paullisper maritus e conspectu abiit*] Codex Fabricianus; *abit*, tempore præsentis. *Idem.*

*Pariter cum occasu solis*] Sic infra: 'Sulla pariter cum ortu solis castra metabatur.' Etiam: 'uti simul cum occasu solis egrederentur.' Infra: 'pariter cum capto Thula legati venerant.' *Ciacconius.*

*Horæ tertiam*] Horæ semper fuerunt duodecim apud Romanos ab ortu Solis ad occasum. Itaque prout ratio erat temporis, vel horæ majores vel minores erant. Antiquissimis temporibus nulla mentio fuit horarum apud Romanos. Trecentis autem annis jam inde ab U. C. ignorasse hoc nomen Romanos, evincere conatur Solinus, tum etiam Plinius vii. 60.

quod in xxx. tabulis mentis tantum fiat ortus et occasus. Ita enim loquantur: 'Occasus Solis æquæ tempestas esto,' id est, Novissimum tempus. Horæ ab Horo nomen accepisse Macrobius scripsit. Quippe ille Ægyptiæ Sol appellatur. Or enim locum denotat, unde et *ocportet* nomen accepit, quod lucidis distinguitur stellis. Quando horæ in usum civilem venerint, non satis constat. Ahasi regis Judæ in una fuisse ex sacra Scriptura constat. Cæsar ii. Reg. xx. et Esai. xxxviii. fit mentio. In Horologio illo horæ nominantur *ἡμέραι*, id est, *Matabeth*, sive ascensiones, propter Solis et umbra æternum. Graduum enim, quos alii per hoc nomen intelligunt, in compute veteri nullus fuit usus. Verum itaque non est, quod Plin. tradit ii. 76. primum Laedæmone horologium Anaximenem Milesium invenisse. Sed hoc constat, quod multo serius ejus usus innotuit Romæ, quandoquidem Varro scriptura reliquit belle Panice primo horologium in publico secundam rostra in columna a M. Valerio Consule statutum fuisse, Catina in Sicilia capta; Pomponius Lætus annotat, fuisse in campo Martio inique horologium, quod in circuito haberet septem gradus, et lineas inarato metallo distinctas, solo etiam campostrato lapide amplo quadrato. Meminit ejus et Plinius xxxvi. 10. qui ejus auctorem fuisse docet Cæsarem Augustum. *Fangerus.*

*Vacuum non amplius mille passuum abesse*] Mirum vero, si non amplius mille passuum aberant Romani, Vacuenses non recevit. Ego numerum ante milia desiderari valde vereor, ut duo vel tria. Budius adjicit, mille esse ablativi casus, quod mihi non videtur: substantivum tamen esse necesse est, siquidem lectio bene habet. Sed idem Budius paulo post *vincis* per concios exponit, quasi quisquam veterum *conclatis* dixisset: cum *Obere*,

Salustius; ac veteres omnes perpetuo  
cives protulerint, nunquam concives,  
Vallæ temporibus natum. Illud etiam  
quod ibidem auctor ait, 'Equites in  
primo latere,' plane non intelligo.  
Radix autem exponit; 'In primo  
latere, quia ex transverso agebatur  
agrum.' Gharanus.

[*Equites in primo latere, pedites quum  
arctissime, &c.*] Latere glossam recipit  
et additamentum librali, nisi forte  
syllaba una tantum ab ipso est, fuit-  
que late; uti visum Palmerio. *Grut.*

[*In primo latere*] Non est addita-  
mentum ut suspicatur Gruterus, sed  
corruptum ex late, ut Palmerio et  
Colero visum, qui tamen perperam  
faciunt adverbium *imprimo*. Vide  
Gronovium ad Livium x. 14.

[*Pellitas quum arctissime pergere, et  
signe oculare jubet*] Manuscripta,  
quum arctissime tre: quomodo est in  
ceteris item vetustioribus. Incuria  
quandam typographi hoc mendum ir-  
repsit, propterea quod in proximo  
versu pergere sequitur. *Nisius.*

[*Cap. 69 Vaccinas ubi animadvertere,  
ad se verum convectum pergere*].  
Manuscripta duo, ad se verum: quod,  
ut antiquario, magis convenit; nec  
secus exemplar Basilianse. *Idem.*

[*Animadvertere*] Mss. incorruptiores,  
animum advertere. Gruterus. Appro-  
bat ad Livium xxiv. 48. Gronov.

[*Civitas magna atque opulenta, parva  
caucis aut proda fuit*] Manuscripta,  
civitas magna atque opulens; que vox  
frequens veteribus erat. Utitur ea  
Politianus in Commodo Herodiani,  
'Solicitem se oportet esse, ne quis  
opulens ex nobilitate domum occu-  
paret principis; nec aliter ut in  
Basalpino. *Rivinus.*

[*Natis civis ex Latio erat*] Mallet  
abesse non. Nec enim arbitror ideo  
severus puniunt, quod Latini; ut  
placeat viris clarissimis. Quippe Pê-  
cium Valeriumque leges non vatebant in  
castris: imò contra, ibidem gravius  
animadvertendum in Romanos quam so-

cias, aut auxiliares; pluribus ostendi  
in libellis Suspicionum. *Gruterus.*

[*Num is civis ex Latio erat*] Ald. go-  
dex *Collatia* habet, que lectio verior  
videtur. Erat igitur Collatinus civis,  
non Romanus; alioqui lex *Pertia* va-  
tuisset eum mori. *Gharanus.*

[*Num is civis ex Latio erat*] Legitur  
et *Collatia*. Collatia memoratur Ci-  
ceroni, Ovidio, Livio, Dionysio, Stra-  
boni, Plinio, aliisque. Virgil. l. vi.  
'Hic tibi Nomentum, et Gabios, Ur-  
bonque Fidenam, Et Collatinas im-  
ponens montibus arcis Laude pedi-  
citiæ celebres.' Livius equidem oppi-  
dam id interius in Sabinorum agro  
collocare videtur l. 1. verum aliter  
alii tradiderunt auctores, ex quorum  
sententia in Latio cis Anienem fuit.

Inter quos Plin. iii. 5. Festus: 'Col-  
latia opidum fuit prope Romam, eo  
quod ibi spes aliarum civitatum fue-  
rant comata, a qua porta Romæ Col-  
latina appellata fuit.' Situm igitur  
hujus opidi ut investigare possimus,  
ipsa primum dispicienda erit porta  
atque via Collatina: hanc nostri sæ-  
culi homines tradunt eandem esse,  
quam Pinciana vocatur porta, media  
inter Salariam et Fimentanam, qua-  
rum hæc via Flaminia exit. A Pin-  
ciana Porta illi viam brevem admo-  
dum, mox in Salariam viam incidere  
ajunt; verum errant isti quam vehe-  
mentissime, si Frontino antiquo auc-  
tori credimus. Is quippe in lib. de  
Aquaduct. Romanis: 'Hic,' inquit,  
'ramas via Prænestina ad miliarium  
vi. diverticulo sinistrorsum passuum  
ccccclxxx. proxime viam Collati-  
nam accipit fontem.' Et paulo post:  
'Agrippa Virginem in agro Tuscu-  
lano collectam, Romam perduxit.  
Concipitur via Collatina, ad millia-  
rium viii. palustribus locis.' Ex hoc  
maxime loco prædicti scriptores col-  
ligunt, Portam Collatinam esse ean-  
dem cum Pinciana, quia apud hæc  
aquam Virgo Romam intrat. At Fron-  
tinus non de ingressu ejus in urbem,

sed de conceptu loquitur. Fuit autem Collatina via media Prænestinam inter et Tiburtinam, sive inter Prænestinam et lavam Anienis ripam. De Collatia ita Strabo l. v. 'Erant autem Collatia, Antemnae; Fidense, aliaque id genus tunc equidem opidala, nunc vero vici, privatorum prædia, xxx. aut xl. paulo plus ab Roma stadiis dissita.' Ergo via Collatina, ut ex superioribus Frontini verbis patet, ultra opidi Collatiae locum extensa fuit, nisi in computatione fallatur. Ex intervallo igitur, quandoquidem stadia xl. millia passuum v. faciunt, tum ex via Collatina ducta, ipsa Collatia deprehenditur fuisse in iis collibus seu tumulis, qui inter viam Prænestinam sternuntur, et lavam Anienis ripam; qua pars aequè Grabrae (hæc vulgè nunc dicitur la Marana) Anieni miscetur, ad sextum fere ab Urbe lapidem. Itaque prope Romam fuisse in Latia liquet. Quanquam nunquam satis clare neque e Livio, neque e Dionysio dispexeris, quæ ex illis Sabinorum, quæ Latinorum fuerint. Cicero quoque hujus urbis in Oratione prima contra Rullum meminit: Strabo, ut vidimus, vicum appellat. *Cicero.*

*Cap. 70. Et ipse cum suspiciens]* Hic locus a Nonio citatur in, *Suspiciere*; et apud eum vox ipse non legitur; nec necessaria est. Porro Tacitus sæpe *suspiciens* dixit, quod Sallustius *suspiciens*. *Cicero.*

*Suspensus regi, et ipse cum suspiciens]* Idem Badius exponit 'suspiciens, id est, clam ejus conatus inspiciens: 'at ego relative, de eodem tamen Bomilcar, dictum intelligo. 'Bomilcar erat suspectus regi, et ipse cum suspiciens, id est, in suspicionem habens; quippe de cuius erga se fide dubitabat. Uterque igitur alteri suspectus erat, ut vulgo loquimur. *Cicero.*

*Ad perniciem ejus dolus querere]* Nomen ibidem, et *perniciem ejus dolus querere*, quod placet. *Cicero.*

*Hominem nobilem, magnis operibus clarum]* In manuscriptis omnibus est, *opibus*. *Rivius.*

*Qui plerumque scorum ab rege exercitum ducere, et omnes res excipere solitus erat]* Hæc verborum collocatio seriesque est in manuscriptis et impressis vetustioribus. *Idem.*

*Superaverant]* In vetustis quibusdam, *superaverat*: sed perperam. Irrepsit autem ex glossa. Nam et A. Gellius priorem lectionem l. r. citat. Est autem *superare* hoc loco, reliquum esse et restare, ut sit sensus: Nabdalsam ea cœqui solitum, quibus ipse Jugurtha propter occupationes vacare non posset. In hoc significato Cicero identidem utitur. *Idem.*

*Ex tempore parari placuit]* Est in quibusdam, *Pro tempore*: id est, Erant ipsam tempus moneret, vel utinam occasio foret. Prior lectio mihi verior esse videtur. Gymnicus perperam *parare*, cum in ceteris fere *parari* sit. *Idem.*

*Nabdalsam ab exercitum profectus est]* Td est non reperi aspiam in ullo manuscripto. *Idem.*

*Is postquam magnitudine favoris perculsus, ad tempus non venit]* Manuscripta, *perculsus*: quomodo et Flavianum: verum eodem sensu: nam Cicero utroque utitur ad hunc modum: 'Ad tempus, pro, Ad diem constitutum. *Idem.*

*Bomilcar simul cupidus, incepto parandi, et timore socii anxius]* In manuscriptis omnibus est, *cupiditibus*; non *cupidus*. Hæc tunc an perperam, alioquin esto judicium. *Idem.*

*Jugurthis enim adesse]* In vetustis est, *critium*: quomodo nimirum et sensus ipse postulat; pro eo quod est, *Interitum ac perniciem*. *Idem.*

*Proinde reputaret animo suo, promissa cruciatum mallet]* Manuscripta, *reputaret cum animo suo*: idque rectum. Nam eodem modo et Flavianum habet et Beroaldinum. *Idem.*

*Cap. 71. Sed cum hoc dicitur, aliter*

sunt] *Tò sunt*; non habent codices in membrana descripti; nec ex impressis quidam. *Idem.*

*Fortè Nabdalaes exercitudo corpore fessus; in lecto quiescebat*] Manuscripta, *exercitudo corpore*: quomodo et Beroaldum habet, et Nonius Marcellus sibi citat. *Idem.*

*Omnium consiliorum nisi sociatus particeps*] Tacit. v. 'novissimi consilii expertes.' Ciacconine.

*Et ea consuetudine ratus*] *Tò et in* manuscripto quodam non est: nec id sensus magnopere requirit. *Rivius.*

*Ex consuetudine ratus, &c.*] *Mss. melioribus* præmittitur dictio: *et ea consuet.* qua tamen minime opus. *Grut.*

*Dormiente illo, epistolam super caput in pulvino temere positam sumit ac perlegit*] Sic in manuscripto quoque. Ceterum in plerisque est, *pulvinari*; perperam, ut ego opinor. Cicero certe in hoc significatu fore priore utitur: posteriore haud temere unquam, quod sciam: nam magis *pulvinaria Deorum* dicere solet: velut, 'Ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est.' *Bursius*, 'Qui pulvinaribus Bonæ Deæ stuprum intulit': et, 'Qui sacerdotem ab ipsa aris pulvinaribusque detrahebat' sic et alias. Contra, 'pulvinos poscere,' apud eundem: et, 'Lectica, in qua erat pulvinus Melitensi rosæ factus' *Q. Curtius*. lxx. 'Epistolamque sigillo annuli sui impressam pulvino cui incumberebat subiecit.' *Rivius.*

*Deinde prope cognitis insidiis*] *Legendum, dein.* *Idem.*

*Nabdala paulo post expectatus*] In *Fabriciano* atque aliis vetustis, *post paulo*; id *Sallustianum* magis est. Similis error postea, ubi ait, 'Sæpe in fuga, ac post paulo in armis spem habere': nam perperam est in recentioribus, *paulo post*. Quamquam quod ad sensum quidem attinet, nihil admodum refert, utrum legas. Eundem admodum *Cicero post aliquando*, dicitur solet. *Idem.*

*Ex perfulgii*] *Quibus* (ut puto) quia

fallere nequibant, custodiam corporis sui tradiderat. Quare cum illi Nabdalaes satellites essent, circumstarentque tabernaculum, viderunt Numidam ingredientem: idque postea ei retulerunt. In uno scripto codice legimus: *Ex servis*. Ceterum *Frontinus Strat.* l. x. rem aliter narrat: ait enim *Jugurtham Metelli literis interceptis*, et inde cognitum suorum insidiis, in eos animadvertisse, *Castil.*

*Ex perfulgii*] Ita interpretari vix licet, sicut *Badius* intellexit: ex inimicis, qui id nunciatori ad ipsum perfulgerant. Neque enim Numida adhuc *Jugurthæ* indicaverat. Quorsum alioqui *Nabdalaem* persequi jussisset? nisi perfulgii illud indicaverint, Numidam illis obviam venisse. *Thys.*

*CAP. 72 Placide respondit*] In uno *Ms. benigne respondit* scriptum fuit: utrumque mihi placet, et utroque modo loqui consuevit *Sallastius*. Nam et supra; 'tamen pro tempore benigne respondit:' et infra; 'Ad ea Rex satis placide verba facit:' et alibi conjungit; 'Ad ea *Bocchus* placide et benigne simul paucis pro delicto suo verba facit.' *Peppus.*

*Placide respondit*] Nihil variant *Mss. nostri*. Itaque scire licet aliorum, benigne, esse a glossa. *Gruterus.*

*Boniloure atque aliis multis*] Manuscripta, *aliisque multis*: quomodo et vetustissimum quodque ex impressis. *Rivius.*

*Iram oppresserat, ne qua ex eo negotio seditio eriretur*] Quomodo iram oppresserat, ne qua ex eo negotio seditio eriretur, qui tot homines interfecerit? an quia *Nabdalaem* pepercit, quem dixit 'acceptum popularibus suis et magnis opibus clarum?' quod videtur verisimile, alioqui hic loca vix intelligatur. *Glaranus.*

*Et omni strepitu percellere*] Citaverat hæc *Arrianus* *Mecens* de *Elocutionum* generibus, ex secunda *Sal-*

Iustis historia, insuens bellum Jugurthianum. Male igitur inter Fragmenta hæcenus collocatum induxi: nam et alibi primam Sallustii historiam citari memini pro Catilina. *Putsch.*

*Interdum somno excitus, arreptis armis, tumultum facere] Tò arreptis armis, codices in membrana descripti non habent, præter usum Fabricianam; ac ne is quidem, nisi in spatio quod versus dirimit, idque alterius manu. Rivius.*

*Interdum somno excitus, arreptis armis tumultum facere] Apud Diomedem l. 1. ita scriptum est: 'Interdum exprofectus somno, arreptis armis, tumultum facere.' *Manutius.**

*CAP. 73 Volentia de ambobus acceperant] Non ausus sum inducere scripturam hæc Carrionis, qui valde animo adlabesceret. a Mss. tamen non agnoscitur; in quibus summa concordia, volentis animo de ambobus. Gruterus.*

*Magis studia partium, quam bona, aut mala sua moderari] Obscure locus; 'Moderari linguam,' dixit infra. *Glacc.**

*Ceterum in utroque magis studia partium, quam mala aut bona sua moderantur] In manuscriptis est, quam bona aut mala sua moderata; quomodo in Beroaldino quoque. *Rivius.**

*Præterea seditiosi magistratus vulgus exagitare] Fabricianam exemplar, vulgum; quomodo apud Nonium Sisenana, 'Imperitum concitat vulgum.' *Idem.**

*Mari virtutem in majus celebrare] Sic et manuscripta. In quibusdam tamen, immanis celebrare pro Nimis prædicare, ac supra modum efferre et extollere laudibus. Nam immanis non solum dicitur importunum et ferus, quomodo Cicero alicubi, 'Tetra et immanis bellua,' inquit; sed etiam ingens ac nimium: ut, 'Immanis pecunia,' apud eundem. Priorem tamen lectionem hand dum immutare ausim, propter: nequeis quam scrupu-*

lum. Sed et Lit. IV. ab U. G. 'In majus, ut fit, celebrantes,' inquit. *Idem.*

*Denique plebs sic est accens] In manuscriptis, plebes; quomodo et antea est saepe usum. Nec aliter votastissimum quodque ex impressis. Tò est, nullo in manuscripto neque in Beroaldino ipso reperitur. *Idem.**

*Quorum res fidesque in manibus sita erant] In orat. de republ. ædia. 'queram omnis vis virtusque in lingua sita est.' Ceterum hic *fides* idem significat quod Barbaris *Creditum*. Cicero: 'Scimus Roma solutione impedita fidem concidisse.' Sall. Catil. 'pecuniam sua aut amicorum fide sumtam mutnam.' *Ciacconius.**

*Frequentarent Marium] Sic Tacit. Hist. II. 'digressisque qui Sacrarium frequentabant.' *Ciacconius.**

*Itaque pericula nobilitate] Legendum e manuscriptis et impressis votastioribus, *Ita.* *Rivius.**

*L. Manlio Mantino] Sic est in libris scriptis omnibus, et plerisque typis excusis. *Cast.**

*CAP. 74 Regem Bocchum] Bocchus rex Maurorum erat, qui Numidiam confines sunt.*

*Cum neque bellum geri sine ministris posset] Manuscripta, sine administris; idque rectius. *Rivius.**

*Vagus incertusque agitabatur] In manuscriptis est, varius incertusque; non, vagus; atque hæc melior lectio est. *Idem.**

*Neque illi res ulla, neque consilium] Ulla, non est in ullo manuscripto, nec in Veneto aut Florentino. *Idem.**

*Parati instructique sunt] Tò sunt abest a scriptis, quod probò. *Putschius.**

*Ibi aliquando certatum est] Tò est, manuscripta non habent. *Rivius.**

*CAP. 75 Quamquam inter Thalem flamasque proximum] Quam vellem, flamas hoc nominasset auctor! Sic enim Thales situs clarior esset. Ptolemaeus non ita longe a Bagrada*

Thaliam ponit, quam quidam Thalarum putant. Quippe paulo post: 'Legati ab Lepi ad Metellum veniunt.' Qui quidem situs non ita longus est, atque sunt Mauritanie Caesariensis loca, sub Jugurthae etiam imperio. *Glar.*

*Tamen ipe patrandi belli*] *Badfus committendi* exponit, *Soldus sciendi*, quod magis placet. Nam et postea de Marbo in Africam recens profecto dicturus est, 'Neque belli patrandi copiam cognovit,' pro *sciendi* dixit, ut *puto. Idem.*

*Omnes asperitates superoedere, ac naturam loci etiam citere aggreditur*] Legendam, *omnes asperitates.* Praeterea loci, non est in impressis antiquioribus, nec in manuscriptis: sed ne inferius additur, ubi de hoc ipso Sallustius: 'denique,' inquit, 'naturam ipsam ceteris imperitantem industria vicerat.' Notanda vero locutio, *asperitates superoedere.* pro *difficultates omnes superare seu perumpere*, ut Plinius loquitur. *Rivius.*

*Ceterum ut res modo, et alia aqua idonea portari*] Non divisim legendam, sed conjunctim, *utres modo:* facillae et proclivis error. Sed et perperam in quibusdam additur, *vasa:* id ex glossa, ut opinor irrepserit. *Idem.*

*Domiti pecoris*] Id est, Jumentorum: sicuti sunt equi, muli, equae, asini, et cetera hujusmodi.

*Vasa cujusque modi, sed pleraque lignea*] Mela de eisdem, 'vasa ligno sunt aut cortice.' *Claconius.*

*Sed pleraque ligna*] *Td sed,* non est in ullo manuscripto, licet sit in impressis vetustioribus. *Rivius.*

*Quam plurimum quique aqua portari*] Perperam in quibusdam, *ut quisque:* nam elegantius particula *ut* omittitur. *Idem.*

*Proximam aquam oppido*] Scilicet Thalarum: et tamen non erat propinqua; sed intervallo quinquaginta millium, scilicet passuum. Et est dictum sicut *illud. An. v.* 'Proximus huic, longo

sed proximo intervallo, Insequitur Sallustius.' *Badfus.*

*Deinde ubi ad id loci ventum est*] *Est,* non reperi in manuscriptis, ac majore cum gratia abesse poterit. Sic inferius, *praeda omnis a perfugis corrupta est:* in manuscriptis non est additum ibi verbum substantivum, nec in impressis antiquioribus. *Rivius.*

*Quia Numida, sicut plerique, in nova deditione officia intenderant*] Locus minime contaminatus est; ne dum ut aliorum modo corrigendus veniat. Est enim omnium, intendere officia a deditione, non Numidarum tantum. *Gruterus.*

*Milites religione pluvia magis usi*] Sic incorruptissimi codd. neque variant ceteri; nisi quod aliquot eorum, *pluvia;* itaque minime ambigendum de sinceritate lectionis. Vult enim, Milites arbitratos imbrem illam, non casu excussum, sed munere Deorum, animis auctos, &c. *Idem.*

*CAP. 76 Nihil jam Metello infectum credens*] Hoc est, nihil esse quod Metellus efficere non posset, qui tam ardua toties superaverat. Tacit. tamen in Vita Agric. 'ut obstupescit hostes, qui classem, qui navem, qui mare, expectabant, nihil arduum, aut invidium crediderint, sic ad bellum venientibus:' ut forte Sallust. *Metello invidium scripserit. Clacconius.*

*Nam talia consilia per otium ex opportunitate capi*] In quibusdam est *consilia solent,* &c. verum perperam. Ex glossa irrepisse videtur, quam insulsus aliquis et ineptus litterator adjecerat. Fabricianum, *per otium et ex opportunitate;* addita illa et copiosa. *Rivius.*

*Opportunitate*] Commoditate temporis. Et ideo, cum non moraretur amplius uno die, aut una nocte in uno loco, non dabatur opportunitas temporis alicui ad capiendam consilium proditionis. *Sold.*



*Dū dicitur jubet. locis. ex copia maxime idoneis vineas agere*] *Tō jubet, non habet* Gymnicus, cum sit interim in omnibus manuscriptis, et impressis vetustioribus. *Rivinus.*

*Vineas agere*] Vide supra c. 21.

*Superque eas aggerem jacere*] Illud *eas* Aldinus codex sustulit, territus fortassis, quod non sit verisimile aggerem supra vineas institui: quippe apud nullum auctorem, quod sciam, lectam. Atqui nisi ita legerimus, non est clarum quid sibi velit illud, *Superque aggerem jacere.* Badius, ut illud *eas* defendere, dicit fortissimo fundamento fuisse stabilitas vineas.

Verum locus totus male habet, præsertim in Aldino, atque adeo in aliis codicibus multis. Si quid divinationi meæ tribuendum, certe suspicor ita ab auctore scriptum: *in super aggerem jacere, superque aggerem impositis turribus opus ministros tutari.* Quæ lectio egregie sensum elieit, et auctoris stylo est conformis. Illud vero quod præcedit *ex copia*, quid referat, mihi non satis clarum est. *Soldus de locorum multitudinis* intellexit, quibus vineas admoventi poterant manibus: quod malim quam *de militum copia*, ut quosdam exposuisse refert Badius. Denique *administratos* pro *ministros*, quare substituerit Aldinus codex, mihi non liquet. Quod si infinitivos per præterita imperfecta exponemus, non opus erit verbo *jubet*, nec verbo *duobus*, quæ habent quidam codices: et sane ad eundem modum infinitivi sequuntur, *festinare, parare, feri.* *Glareanus.*

*Vineas agere, superque aggerem jacere, et super aggerem, impositis turribus opus, et administratos tutari*] Quidam antiqui et impressi codices: *Vineas agere, superque eas aggerem jacere.* *Glareanus* ex ingenio reponendum putat: *Insuper aggerem jacere; superque aggerem impositis turribus, opus ministros tutari.* Ego aliquando præ-

tavi locum hunc transpositis verbis Sallustio scriptum fuisse: *Vineas agere, et super aggerem jacere*, quod hanc lectionem sensum planum, et apertum continere arbitrarer. Sed cum in duobus manu descriptis, quos multis in locis sinceros et incorruptos esse cognovi, diversam ab impressis lectionem invenerim, (in uno enim particula *super* deerat, in altero, *opus administratosque tutari* legebatur) venit mihi in mentem dubitare, anne etiam, *Vineas agere, aggerem jacere, et super aggerem impositis turribus opus administratosque tutari*, legendum sit. Suspicionis meæ ea est ratio, quod eodem in libro ita locutus est Sallustius: *'Vineas agere, aggerem jacere: aliisque quæ incepto usui forent, præparare.'* *Bapma.*

*Turribus*] Vide supra c. 21.

*Hi postquam murum erictibus ferixi, resque suas adversas vident*] Manuscripta, *adfectus vident*, pro *perditas*, vox est apud Ciceronem frequens: eodem modo Florentinum. *Rivinus.*

*Arietibus*] *Aries machinamentum* fuit, quo muros urbium frequenti ictu feriebant, evertebantque. Ejus inventionem Plin. l. vii. c. 56. *Epeo* tribuit, existimans ab equo repertum Trojanis. Ita enim scribit: *'Equum, qui nunc aries dicitur, in muralibus machinis Epeus invenit ad Trojam.'* Tertullianus libro de pallio, Carthaginiensibus adscribit, secutus fortasse Vitruvium, qui ita habet l. x. c. 24. *'Primum ad oppugnationes Arietis sic inventus esse memoratur: Carthaginienses ad Gades oppugnandas castra posuerant; cum autem castellum ante cepissent, id demoliri sunt cœnti: postquam non haberent ad demolitionem ferramenta, amiserunt tignum, idque manibus sustinentes, capiteque ejus summum murum continenter pulsantes, ammos lapidum ordines dejiciebant, et ita gradatim ex ordine totammunitionem dimig-*

venant. Hæc illa. Sequitur vero quo- que Cancer appellatur. Atque hæc de origine eo nomine. Rem ita descriptit Flavius Josephus tertio Excidii: 'Est,' inquit, 'Aries trabs prægrandis, quæ malum navis æmulat. Is solidatur in capite gravi ferro, in arietis formam, unde et nomen assumit: dependet medius, funibus suspensus ex alia trabe, velut trutina; quæ trabe tignis utriusque firmis munita est et fulta. Repulus porro magna virorum manu retrorsum, iisdemque anteriorum statim et cum impetu reflectentibus, quatit muros proximale ferro. Neque est ulla turris tam valida, nec mœnia tam lata, quæ ut primas maxime plagas tulerint, sustinere et subsistere eas assidue possint.' Accedat his illud Lucan. 'Tu quoscunque voles in planum effundere muros, His aries actus dispergit saxa lacertis.' Et hoc Sidonii: 'Nec Pharii nunc regna precor, nec ut hæc lacertis Frangat Hydaspeas aries impactus Erytras.' Ex his Poliorceticon auctores, et qui omnium circumspiciantissime et eum cura id argumenti tractavit Clarissimus Lipsius, triplicem aut duplicem arietem facit, Rudem, et a prima inventione, quem manibus lacertisque validi homines sustententes egerint; alterum compositum, qui ex trabe altera ex transverso erecta dependit, quo vi majore, conatu leviori libraretur: tertius fuerit Testudo arietaria. Quæ sane distributio, licet hæc improbanda, tamen quod ad compositum attinet, non satis rem exprimit; nam præter rudem, et præter dependentem, exque alia trabe, velut jugo aut trutina, ut habent verba Josephi, funibus suspensum, etiam Aries proprie compositus fuit ex pluribus trabibus inter se connexis, et laminis ac vinculis ferreis artissime circumligatus et compaginatus. Cujus effigies Campis Trans-Isulaniæ oppido hodieque videtur. Hinc jam intelligenter Lucani

et Ammiani Marcellini loca, qui de Ariete hæc in modum composito habentur, hæcenus aliter, ad præteram compositionem, minus, ut existimo, recte traducta. Lucani verba ita se habent: 'nunc conjunctas adstringere nodis Instabat ferroque trabes, quo frangeret altes Pertaxam postes, quaterotque morantia claustra.' Ammiani hæc sunt l. xx. ubi ait, Arietem vetustum dissolutum fulsæ, ut facilis veheretur, iterumque instructum. Ubi primus in verbis Lucani conjunctas trabes, quæ nodis et ferro erant adstringendæ; de ariete ejusmodi, qui ex duobus aut tribus malis compositus constabat, omnino acceperim. Nam et Ammianus cum inquit, Arietem ut facilis veheretur, dissolutum iterumque instructum, quis non de trabe similiter solutill, aut potius de trabibus eum, ut indicavimus, in modum in se compositis atque aptatis id quoque ipsum intellexerit? *Joh. Isaac. Pont.*

*Domum regiam comportant*] Omnia est præpositio. *Ciacconius.*

*Ibique vino et epulis onerati*] Quod in vetustis quibusdam gravati legitur, id ex glossa addita irrepat: et quavis idem est utrobique sensus, prior tamen lectio verior. Sic et Curtius v. 'mero onerati,' inquit et alicubi, 'Oneravere se vino.' Idem tamen v. 'utrumne vino gravatus effudisset illa?' et VIII. 'Graves mero suas vires extollere.' Sed et Livius iv. ab U. C. 'Vino epulisque gravatos,' dicit. Idem ix. 'vino oneratos sopiant,' inquit. *Rivius.*

CAP. 77 *Lepti*] Vide supra c. 19.

*Lepti*] Scilicet magna.

*Et cuncta a Bestia, Albino, Metallisque impetrata graviter fecerant*] In Fabriciano est, *impera*; idque sensus ipse postulat. Sed et nunc ibidem, consentientibus aliis, hæc scio an rectius, pro *impigre, strenue, graviter*, ab adjectivo *notus*, quod est *diligens et industrius*; ubi hodie *fere gnecus*

sidonius. Magis autem antiquitatem recipit hoc adverbium, cujus est cum primis observans Sallustius: quamquam Priscianus quidem et Dionysius prisicm magis esse patant *gnovitor*, sicuti et *ignovitor*, quod Lucilius adhiberi dixerit. Qui vult Priscianam legat xv. de adverbis. Diomedis in v. verba sunt: 'Quorundam sunt nomina in us syllabam terminata, quæ ex se blata adverbis faciunt: ut est veterum auctoritas. transit enim in quibusdam rationem, et aliter ipsa enuntiat, aliter consuetudo usurpat: nam navis naviter dicunt, quod nos nave; largitor, quod nos large.' *Rhetor.*

*Missa sunt eo cohortes Ligurum*] Manuscripta, *Emissa eo*; nec est additum ibi verbum substantivum. *Idem.*

CAP. V8 *Sidonis*] A Sidonis et Phœnicibus per totum terrarum orbem multas conditas sunt colonie urbesque. Habuere Sidonii sicut et Tyrii ingenium acre, vividum, et ad omnia flexile. His artibus opes illorum brevi in immensum crevere, dum iis vacare licuit per longæ pacis otium. Nam pacate diu vixisse præ ceteris mortalibus vel hinc colligas, quod lib. Jud. c. 18. Sidonii proponuntur in exemplum summæ securitatis. Verum autem esse puto, quod Sidonem scribit Trogus a piscium ubertate sic appellatam fuisse, nam *Zaid*, id est, piscatio, hodieque Sidon dicitur, ut Galilææ oppidum Bethsaida, quasi de-nam piscationis dixeris. Nec Sidoni minus congruit, quam Hebræi nos docent esse ad mare piscosissimum. Itaque cum Gen. x. 15. Sidon fuisse dicitur Chanaanis primogenitus, per Sidonem intellige Sidoniorum patrem, vel Sidonis conditorem, quocunque fuerit nomine. Sidonem ex hoc loco discimus fuisse valde vetustam, ut quæ conditorem habuerit Chami nepotem, Noachi pronepotem. Itaque licet Tyrum Sidonis simulam, antiquam et Cadmeam et Ogygiam Poëtæ passim appellet, et lidem antiquitatis no-

mine plurimum se offerant; tamen Sidoni Tyrus cogitur submittere fasces. Homerus placuit in locis Sidonis et Sidoniorum, nunquam Tyri meminit: Sidon autem a Tyro fore distabat stadiis ducentis. Ita habetur in Strabone. In mediis Sarepta nomen habet ab eris fœdono, cujus ibi magnus proventus, unde Homerus: *Ἐκ πῶρ Σιδῶνος κολοχάλας ἐρχομένη*: id est: *Erphyra ex Sidone genus molli gloriæ esse.* -Bochart.

*Id oppidum a Sidonis conditum*] Alii a Tyris mutant. Plin. v. 19. 'Tyris olim partu clara, Urbibus genitis Lepiti, Utica.' Silles l. III. 'Sarranque Lepiti.' Sarrana, id est, Tyria. Sed sive Lepiti a Tyris aut a Sidonis orta sit, eam saltem esse Phœnicicam in consensu est omnium. Sic a Sallustio supra didichnus, Phœnicibus Hipponem, Adrumetum, et Lepsim in ora Africae maritima condidisse: et in veteri oraculo: 'Imperium mundi Pœna reget urbe profectus.' Id est, Severus Lepiti Tripolitana oriendus, de quo Statius l. IV. sylvarum: 'Ten' in remotis Syrtibus avia Lepiti creavit? Et mox: 'Non sermo Pœnas, non habitus tibi, Externa non meus.' Pœnam linguam pro Afficana dixit, nam illam assumissee Lepitanos attet Sallustius. *Idem.*

*Syrtis*] Dicit Syrtis: Cephalus illud sylvosumque magnæ Syrtis iditium, quæ et nomine et ingenio par alteri est, ceterum multo major, namque ambitum 400. et 80. mil. passuum complet. Taphura grandis vicus: a quo Syrtis parva insinuare se incipit, 300. mill. pass. a Carthagine distans, 200. in reductione, quæ aliquanto magna, clementior est: ab tractu denominatur, quod omnia ad se trahant, et appropinquantia vadoso mari hæreant. Nam et Strabo difficultates ibi esse ait, propter fundum multis in locis cœnosum; ex quo contigit, ut multi in brevia incidentes inhaerescant. Sinus quidem sunt importuosi,

atque atrocēs, infestique ob alternos motus pelagi affluentis, ingruentibus in eas ventis, cum littora circum declivia sint, ex quo Austrinis flatibus mare ibi maxime fremat, devolventibus in illud arenas et saxa, quæ illinc revomit; quo fit ut inæqualitas fundi magna sit, alio quidem loco mare profundissimum, alio vadosum sit; et sævienti æstu, quæ modo eminebant, in imo residant; quæ vero in imo jacebant, supra undas extollantur; ex quo omnis locorum facies simul cum ventis mutatur. Vide Strab. l. xvii. *D. Marius Niger.*

*Impares magnitudinæ, pari naturæ*] In quibusdam est, sed impressis, *pares naturæ*: verum eodem plane sensu, quamvis prior lectio, si quid est in sæ judicii, verior est. *Rivius.*

*Impares magnitudinæ, pari naturæ*] Servius hæc ita recitat in Virg. Æn. l. i. 'Impares magnitudine, pares naturæ:' ntrovis modo legas, parvi refert. *Mantuanus.*

*Impares magnitudinæ*] Vide Plinium v. 4. et Strabonem l. ii. et xvii. etai locus hic posterior corruptus est: scriptum est enim, ibi majoris Syrtis ambitum esse 930; diametrum vero 16000: quod esse minime potest, ut ambitu suo diameter sit major. *Cast.*

*Proximate terræ*] Sallustium reliquisse terram probavimus in Obs. *Gronovius.*

*Ubi mare magnum esse, et sævire ventis capiti*] *Mare magnum*, omne tempestate tumidum et inflatum, Hist. l. iiii. 'Immensum aucto mari, et vento gliacente:' alias, 'mare magnum' est, *latum*. Supra: 'mare magnum, et ignara lingua, commercium prohibebant.' Cæsar l. iiii. Bell. Gall. 'Cum sævire ventus cœpisset.' Mela ad æquor *sævitiæ* retulit; et Sallust. Jugurth. c. 17. 'mare sævum, importuosum.' *Ciacconius.*

*Ita facies locorum cum ventis simul mutatur*] Tacit. l. xiiii. 'Non ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur.' *Idem.*

*Delph. et Var. Clas.*

*Syrtis ab tracta nominata*] Non sunt hæc in veteri editione, et amicissimus meus Jungermanus glossam omnino putat, quam aliquis, ut solet, 'margini alleverit: jam enim dixerat, 'quibus nomen ex re inditum.' Et clare, 'Limum arenamque, et saxa ingentia fluctus trahunt:' *trahunt* id ipsum est *σέρπει*, unde *Σέρπης*. Vide Apoll. l. iv. Arg. Et ipsius Scholiast. Gloss. Græcolat. *Σέρπης tractus, tractio*: lege *Σέρπης*. Statius primo Thebaid. 'Syrtis destitunt:' ubi Lactant. *ἀνδ τοῦ σέρπει*. Græce *σέρπει* i. \*... sine dubio addendum *trahere*. Allusit et Rufus Avienus. 'Late trahit æquora Syrtis.' Sic supra Crisp. de Catabathmo rationem nominis etiam breviter innuisse satis habet: 'declivem latitudinem, quem locum Catabathmon incolæ appellant.' Quid enim *καταβάθμους* aliud quam *descensus*? *Putschius.*

*Quæ eo facilius retinebantur*] Manuscripta, *retinebant*, quomodo et ex impressis quædam, ut *quæ* casus sit accusativi. *Rivius.*

CAP. 79 *Cyrenenses*] Cyrenæ oppidum Cyrenaicæ regionis, quæ et Pentapolis dicta Plinio, originem referens ad Græcos, Aristippi Philosophi patria, a Cyrene Hypsei filia dicitur etymon suum accessere. Ab illa Carthaginis æmula tota regio etiam Cyrene dicta. Nostro hoc tempore dicitur Corcu, teste Cirava. Fuit hæc civitas nobilitata a fonte Solis, qui meridie frigebat, media nocte calebat.

*Ager in medio arenosus*] Multa loca arenosa et deserta in regione Cyrenaica, præsertim ubi olim Jovis Hammonis oraculum. Quem ideo Hammonem appellatum existimant Græci, quod *Ἄμμος* iis arenam denotet. Sed falluntur egregie. Uti enim tum ab aliis, tum novissime a Bocharto in suo Phaleg demonstratum est, cum Chamo Jupiter Ammon idem est. Chamum ibi Nochi filium inter Deos relatum fuisse certum est; *Egyptii*

*Sallust.*

2 R

quippe mollito sono Ἀμοῦν vel Ἀμοῖν dixerunt. Unde et tota Africa aliquando Ammonia dicta. Stephanus: Ἀμμωνία ἡ μεσόγαιος Λιβύης, καὶ αὐτῇ δὲ πᾶσα ἡ Λιβύη οὕτως ἰκαλεῖτο ἀπὸ Ἀμμωνος: id est, *Ammonia Africa mediterranea, sed et ipsa Africa universa sic ab Ammone vocatur.* Hæc obiter. Vide *Bochartum*.

*Neque flumen, neque mons erat, &c.]* Naturalis illa est finium regionum separatio, quod vel fluminibus vel montibus separentur. De fluminibus ita Tacitus dixit: 'certum jam alveo Rhenum, quique terminus esse sufficiat.' Diodorus Siculus, ubi controversiam narrat, quæ inter Egestanos et Selinuntios fuit, ποταμοῦ, αἰτ, τῆν χεῖραν ὁρίσοντας: id, *amne fines discriminante.* Et Xenophon l. iv. Exp. Cyri, talem amnem simpliciter τὸν ὁρίσοντα, id est, *finiorem* vocat. Narrant veteres Acheloum amnem incerto cursu modo sectum in partes, modo circumactum obliquo agmine (unde tauri et serpentis formam induisse dicitur) dia de agro adjacente belli causam Ætolis et Acarnanibus præbnisse, donec eum Hercules aggeribus domuit, eoque beneficio Cenei Ætolorum regis filiam in matrimonium accepit. Sicuti hæc in fluminibus usurpata, ita et in montibus locum habuere; unde Tacitus de Germania: 'a Sarmatis Daci que mutuo metu aut montibus separatur.' Plinius l. xxxvi. de Alpibus loquens: 'Evehimus ea, quæ separandis gentibus pro terminis constituta erant.' Grot. 11. 3. de Jur. Bell. qui ibidem quæstionem movet, an, ubi flumen regionis alicujus terminus est, atque alveum mutaverit, etiam fines regionis mutantur. Sed hæc hujus loci non sunt.

*Quæ res eos magno diuturnoque bello inter se habuit] Manuscripta, in magno, addita præpositione: quomodo et vetustissimum quodque ex impressis. Rivius.*

*Quo in loco inter se obrui fuissent, ibi*

*communis utriusque populi finis habetur] Manuscripta et alia quædam, in communis utriusque populi, &c. Quod ad sensum attinet, utrumvis probe quadrat; et cum lectione vulgata facit Pomponius Mela: 'Ut ubi legati,' inquit, 'concurrerent, certo tempore utrumque dimissi, ibi termini statuerentur:' posterior lectio mihi elegantior esse videtur. Rivius.*

*Quibus nomen Philænes erat] Manuscripta, Philænis: idque rectius ac Latinus, ut de elegantia nihil dicam. Est enim secundæ inflexionis hoc nomen: nec aliter usquam Sallustius usurpat. Idem.*

*Quibus nomen Philænis erat] Philænis dativum in Philænes Aldinus codex mutavit, temere meo quidem iudicio: nam ad finem hujus historię ipsemet auctor in secunda, non in tertia Latinorum declinatione Philæni inclinat, quod et alii secuti sunt auctores Latini, nominatim Valer. Max. l. v. et Pomponius Mela l. i. apud quem tamen locus mutilus est. Quare hic legendum, quibus nomen Philænis, per tertiam vocalem in ultima syllaba. Glarcanus.*

*Ubi per loca æqualia, et ruda gignentium] Equalia, sunt plana; gignentia vero arbores et stirpes appellat, quæque alia e terra gignentur. Sic infra: 'Forte in eo loco grandis illex coalnerat, inter saxa paulum modo prona, deinde inflexa atque aucta in altitudinem, qua cuncta gignentium natura fert.' Sallust. imitatus Apulejus in libro de Platonis dogmate, ut in optimo exemplari manuscripto legitur: 'Gignentiumque omnium instar ceræ, formas et figuraciones ex illa exemplorum impressione signari.' Et paulo post: 'Animam vero animantium non esse corpoream, nec sane perituram, cum corpore fuerit absoluta, omniumque gignentium esse seniore, atque ideo et temperare et regere ea quorum curam fuerit diligentiamque sortita.' Hoc est,*

omnium quæ gignuntur. Vitruvius vero quod Sallust. dixit *gignentia*, *nascencia* ipse appellavit, ut l. v. c. 1. 'Non minus quam etiam nascentium oportet imitari naturam, ut in arboribus teretibus;' et statim; 'ergo si natura nascentium ita postulat.' Et l. viii. c. 1. 'Si invenientur nascentia, tenuis juncus, salix erratica.' Inde infra 'et illis dolentia, et plebi volentia.' De *Philanis* Mela et Val. Maximus. *Ciaccon*.

*Per loca aequalia et nuda gignentium*] *Gignentia* dixit etiam Ambrosius Orat. de fide Resurrectionis: 'Denique multa gignentia quamvis jugi serenitate, humo arida arenaque nascuntur, quoniam et ipsa terra ad humorem sufficit,' &c. Lactant. de ira Dei i. 13. 'Aiunt enim multa esse in gignentibus, et in numero animalium, quorum adhuc lateat utilitas, sed eam processu temporis inveniri.' *Ursinus*.

*Pæni*] Id est, Carthaginenses: et dicuntur Pæni, quasi Phœni. Nam de Phœnice regione in Africam profecti sunt, qui Carthaginem condiderunt. *Sold*. Vide supra c. 19.

*Quos fines populo suo peterent, ibi civi obruerentur*] Nescio an sit scribendum *quo fines*. *Ciaccon*.

*Ut vel illi, quo fines populo suo peterent, ibi civi obruerentur*] Manuscriptum, *quos fines*, quomodo et in aliis plerisque, idque fortasse rectius: nam sequitur *ibi*, hoc est, in iis finibus; nisi quis ex iis, quæ mox sequuntur, ita intelligere malit, ut vel illi, quo loco fines populo suo peterent, eo in loco vivi obruerentur: vel eadem conditione sese, quem in locum venient, processuros. Præterea, *quererent* in quibusdam legitur, pro *peterent*; quamquam eodem sensu. *Rivius*.

*Aras*] Hæ Strabonis ætate non extabant: ut ipse refert Strabo l. iii. *Cantil*.

*Aliisque illis domi honores constituti*]

Manuscripta, *instituti*: quomodo quædam etiam typis excusa, pro, *Decreti*: quamquam et *constituere honores* dicitur, id quod apud Ciceronem reperitur. *Rivius*.

CAP. 80 *Præterea regis Bocchi proximos magnis muneribus et majoribus promissis, ad studium sui perducit*] In vetustis nonnullis est, *perlicit*; pro *sibi conciliat et derincit*. Atque hæc lectio mihi magis aridet, etiamsi prior illa in manuscriptis quoque est. 'Perlicere ad societatem armorum,' est apud Livium x. ab U. C. et 'Donis perlicere,' vi. bellj Punici ii. Non inficior tamen, et priorem in eodem lectionem reperiri, velut v. belli Asiatici, 'Et alios,' inquit, 'principum donis ad suam causam perduxit.' *Idem*.

*Id ea gratia facilius proclitiusque fuit*] In manuscriptis ceterisque vetustioribus est, *pronius*: verum prior tamen lectio mihi valde placet. Est apud Sallustium non semel, 'in proclivi esse;' pro, *Facile*: ut cum inquit, 'Cujus si dolum caveris, alia omnia in proclivi erunt.' Sic et in Andria Terentius. *Idem*.

*Id ea gratia facilius proniusque fuit*] Ita rursus Pall. omnes, nec video cur cedere debeat aliorum *proclitius*: malle potius ejici, *ea gratia*; natam in officina interpretum, fortassis etiam illud *facilius*. *Gruterus*.

*Quam rem opportunissimam incepto bello pauci impediverant*] Hanc lectionem et ipse probandam esse duco. Nec tamen dissimulandum reor in manuscriptis omnibus, quæ ipse viderim, reperiri, *incepto belli*, non *bello*. *Rivius*.

*Rem opportunissimam incepto belli*] Ita etiam Mss. nostri, ut quisque est virtute melior: deterioris enim, *bello*. *Gruterus*.

*Etiam ante Jugurthæ filia*] Nonius Marcellus citat hæc valde corrupte in huic modum: *Etiam jam ante Jugurthæ filia Boccho nupserat, verum ea*

*necessitudo, quæ etiam timidos fortis facit.* Coaluerunt turpiter duo fragmenta, quæ sic divide et supple: *Et jam ante Jugurthæ filia Boccho nupserat, verum ea necessitudo apud Numidas Maurosque lecis ducitur.* Idem Catilina: 'Præterea necessitudo, quæ etiam timidos fortis facit.' *Putschius.*

*Etiam antea Jugurthæ filia Bocchi nupserat*] In nostro probatissimo codice sic legitur: non uti vulgo, *Boccho nupserat*; quæ verba cum diligentius considerarem, in eam opinionem adductus sum, ut existimem, ita Salustium scripsisse. Namque Plut. asserit Jugurtham Bocchi generum fuisse, in Mario. Accedit præterea auctoritas Flori, qui et ipse l. III. c. 1. scribit, Bocchum Jugurthæ socerum fuisse. Hæc jam adnotaveram, cum et in illo codice, qui in bibliotheca divi Salvatoris Bononiæ servatur, eodem modo scriptum esse reperi: ut jam non dubitandum sit, quin hæc sit antiqua et germana lectio. *Cast.*

*Quia singuli pro opibus quisque quam plurimas uxores, alii denas, alii plures habent*] *Manuscripta, consentientibus et aliis vetustioribus, quod singuli pro opibus, &c. alii plures habeant.* *Rivius.*

*CAP. 81 Profunda avaritia*] Sic in *Epistol. Mithrid.* 'cupido profunda imperii et divitiarum.' Et in orat. de repub. ordin. 'profundam libidinem,' dixit, pro, Immensa: ut Cicero in Pisonem, 'Quum partem ejus prædæ profundæ libidines devorassent:' et pro Plancio, 'mare profundum et immensum.' *Ciaccon.*

*Eandem illos causam belli habere cum Boccho, quam secum et cum aliis gentibus libidine imperitandi*] Duo e *manuscriptis* habent, *libidinem imperitandi*, casu accusativo: idque rectius esse puto; nam et alibi, 'Libidinem dominandi causam belli habere,' inquit. *Rivius.*

*Libidinem imperitandi*] Huc respexit *Mela* III. 3. 'Bella cum frivolis gerunt, causas eorum ex libidine

arcessunt, atque imperitandi prolatandique quæ possident.' *Ciaccon.*

*Item regem Persen*] *Perses* rex Macedoniæ fuit: hunc *Paulus Æmilius* consul prælio apud *Olympum* montem commisso vicit, captumque cum liberis in triumphum duxit. In eo prælio, ut tradit *Plutarchus*, xxv millia hostium cæsa sunt. *Bido* omnis Macedonia se *Æmilio* deditit. *Sold.*

*Post uti quisque opulentissimus videbatur*] *Manuscripta, videatur.* *Rivius.*

*Iter constituunt*] Sic *Cicero* de *Divin.* l. 1. 'Iter propositum et jam constitutum.' *Ciaccon.*

*Ita Jugurtha ratus aut capta urbe operæ pretium fore, aut si dux Romanus, &c.*] *Manuscriptum, pretium fore*: sed erat alterius manu in spatio quod versus dirimit, litteralis minutis, operæ: verum in aliis solum legitur, *pretium*; ut quin ita legendum sit, dubitatio jam nulla relinquatur. *Riv.*

*Pretium fore*] Sic *repositi* ex plerisque antiquis libris: quo modo locuta c. 110. 'Fuerit mihi pretium eguisse aliquando amicitiae taxæ.' *Fulvii* tamen liber, *Operæ pretium fore.* *Ego* dictionem, *operæ*, induxi, aliorum veterum librorum auctoritate adductus. *Manutius.*

*Aut capta urbe, operæ pretium fore*] *Illud operæ* extat in omnibus *Man.* nostris, ideoque non ausus sum eicere quasi per vim: posse tamen abesse certum est. *Gruterus.*

*Aut si dux Romanus auxilio suis venisset*] *Dux*, non est in ullo *manuscripto*; ac rectius abest. *Rivius.*

*Ne mox agitando, aliud quam bellum mallet*] In vetustis quibusdam, *ne moras agitando*, quomodo et *Florentinum* et *Beroaldinum*, pro differendo ac prolatando. Citat eodem modo *Riccus Lugienis*, quamvis secus *Badianum.* *Idem.*

*Bocchi pacem imminuere, ne moras agitando aliud quam bellum mallet*] *Imminuere* pro *interrumpere* accepisse

videtur. Sed pro *Ne moras*, idem Aldinus codex habet, *ne mor agitando*: quæ lectio melior est, si *agitando pro cogitando* acceperis. *Glareanus*.

CAP. 83 *Mauris*] Mauritania, uti notum, dividitur in Tingitanam et Cæsariensem. Sed primum hæc divisio facta, teste Dione, a Claudio. Hæc major a Victore Uticensi vocatur. *Massyliam* quoque et *Massesyliam* appellavit Strabo. Hodie regnum Tremissenum hoc loco videtur, ut Girava et D. Niger attestantur. Tingitanam a Bogud rege Bogudianam aliquando cognominatam, tradit Plinius. Sitiphensis et Hispania transfretana ab Honorio et S. Rufo: et in libro Notitiarum Hispania Tingitana appellatur. Inferior Mauritania a Solino in descriptione Nili, et a Xiphilino in vita Severi nuncupatur, ubi dicit Atlantem non longe ab Oceano Atlantico exoriri, prope Maecenitas qui sunt in Mauritania Inferiore. Regnum Maroci ejus loco statuit Augustinus Curio, *Fessæ* vero Niger. In numismatibus antiquis Mauritania per *e* legitur. Incolæ, ut Strabo testatum reliquit, *Maurasii* a Græcis, a Latinis *Mauri* appellantur. *Ortel*.

*Nam consulem factum, antea acceperat*] In impressis quibusdam, *jam antea acceperat*: licet aliter manuscripta. *Rivius*.

*Vir egregius in aliis artibus*] In nonnullis est omissa præpositio in: sed præterquam quod exemplaria manuscripta additam habent præpositionem, Cicero quoque sic est loqui solitus: ut cum inquit, 'Lælius in laude bellica egregius:' pro, *Excel lens* et *Præstans*. *Idem*.

*In superbiam vertebant*] Infra: 'Ne modestiam in conscientiam duceret.' Tacit. Hist. II. 'Ornatum ipsius municipia et colonie in superbiam trahabant.' Infra: 'omnia non bene consulta in virtutem trahabantur.' *Ciaccon*.

*Quam rem alii in superbiam vertebant*] Fabricianum, *vertebant*: quod antiquitatem magis sapit, cujus cum primis studiosus est Crispus. *Rivius*.

*Magis honore Marii quam sua injuria exercitatum*] Sic quidem etiam Palatinus, Nazarianus, aliique. Atenim Commeliniano est *injuria exercitum*: quod ipsum germanum magis anctoris, meo quidem iudicio. *Gruterus*.

*Neque tam anxie laturum fuisse, si adepta provincia alii quam Mario traderetur*] *Mas. si adempta provincia*: sic et sensus ipse postulat: et proclivis sane fuit lapsus, una omissa litera. *Rivius*.

CAP. 83 *Alienam rem suo periculo curare*] Manuscripta, *periculo suo*, ut sequatur pronomen. *Rivius*.

*Alienam rem*] Id est, Rem ad alium, seu ad Marium pertinentem. *Sold*.

*Rem alienam*] Id est, Triumphum, aut victoriam Marianam. *Bad*.

*Habere tum magnam copiam societatis amicitiaque conjungenda quæ potior bello esset*] Sic in omnibus fere: Sed quid si legas, *habere eum, &c.*? sano facilis ac proclivis lapsus fuit, similitudine litterarum. Nihil tamen adhuc muto, sed conjecturam solum affero. Hæc jam adnotaram, cum ecce allato et inspecto codice Florentino, cum ibi reperi. *Rivius*.

*Habere cum magnam copiam societatis*] Mirum est, tam alte radices egisse scripturam falsam. Nam etiam nostri omnes, *habere tum magnam, &c.*: aut, *habere tam magnam*. *Gruter*.

*Omne bellum sumi facile, ceterum agerrime desinere*] Quamvis in cunctis manuscriptis *acerrime* legatur, atque etiam in impressis quibusdam, velat Florentino, tamen vulgatam lectionem probandam magis esse puto. Opponunt enim, *facile et ægre*. Cicero de senectute, 'Omnia conglutinatatio recens ægre, inveterata facile dissolvitur.' Idem alibi, 'Inveterata vitia ægrius depelluntur,' pro *Difficilius*. *Rivius*.



*Belum sumi facile, ceterum acerrime desinere*] Scripti, *agerrime desinere*: quod magis probat. *Putachius*.

*Non deponi nisi cum victores velint*] In manuscriptis omnibus est, *deponi cum victores velint*: et hæc lectio magis arridet. *Rivius*.

*Proinde sibi regnoque consuleret*] In vetustia quibusdam, sed impressis, *sibique regnoque*: id historico magis convenire videtur. *Idem*.

*Ille probare partim, alia abnuere*] Editio prima; *illa probare, partim abnuere*; sine voce *alia*: qua etiam destituti Mss. aliquot; quorum meliores, *ille probare: partim abnuere*. *Ævo juniores; ille probare partim, partim abnuere*. *Gruterus*.

*Probare partim, alia abnuere*] *Scribe: probare, partim abnuere, ejectione τῆ ἀλῖα*. Vide *Gronov. ad Liv. III. 37*.

CAP. 84 *Dicitare sese consulatum ex victis illis spolia cepisse*] *Ex vitis illorum, aut ex mollitie illorum, videtur legisse Plutarchus; scribit enim, σκῦλον τε βωῶτος αὐτοῦ τὴν ὕασιαν φέρουσαι τῆς τῶν ἐθνεῶν καὶ πλουσίω μαλακίας*. *Ciccon*.

*Militiæ*] Sic antiquus *Fulvii liber*: in vulgatis, *Militia*. Sed antiquus loquendi modus, '*Domi militiæque*,' adduxit me, addita præsertim veteris libri auctoritate, ut locum mutarem. *Manutius*.

*Homines emeritis stipendiis*] *Veteranos*: qui cum impressent stipendia, ad militiam inviti cogi non poterant. Legibus enim Romanis decem tantum annos militare cogebantur, ut ait *Plutarchus* in *Gracchis*. Verum id hæc semper servatum est, quod leges apud *Polybium* l. vi. *Cornelium Tacit.* l. i. item apud *Jureconsultos* l. vii. tit. 64. et l. x. tit. 54. *Codicis. Cast*.

*Stipendiis emeritis*] Sicuti septimo et decimo anno militiæ initiabantur, ita militem liberatum anno demum ætatis quinquagesimo, atque ea de re legem latam scribit *Lipsius* ad *Taciti*

*Annales*. Videndus *Petrus Crinitus* l. viii. de honesta discipl. cap. ult. Quando vero diximus quinquagesimo anno finem militiæ esse, non ita intelligendum, ut a prima ætate militiæ capaci ad illud usque tempus militare quis cogeretur, sed de iis, qui serius ad militiam transvecti, quietem illos quinquagesimo anno habuisse. Quot autem olim emeritæ militiæ stipendia et anni fuerint, diversimode inter auctores disceptatur. *Alexander Neapolitanus* *Genial.* vi. 22. adnotatum reliquit, modo undecim, modo sexdecim annos militiæ finem fecisse. Apud *Tacitum* quadragesima quidam, alius tricena stipendia numerat. Sæpe ea res variavit, sub principibus præsertim, ut discimus ex *Annalibus Taciti*. 'Edixit,' inquit, 'Tiberius militare ærarium eo subsidio niti: simul imparem oneri remp. nisi vicesimo militiæ anno veterani dimitterentur. Ita proximæ seditionis male consultis, quibus sexdecim stipendiorum finem expresserant, abolita in posterum.' Sed idem quoque ab *Augusto* ante fuisse constitutum testatur *Suidas*: imo et libera remp. viginti stipendia pedites feriasse docemur a *Polybio* l. vi. viginti item stipendia appellari video l. ix. c. de veteranis: videnda quoque l. de veteranis, c. quando provocare non est necesse, et l. ult. c. de his qui non implent. Atqui dissentire videtur *Modestinus*, dum inquit: 'Nam qui viginti annos militaverit, similis illi est, qui expleverit militiam.' *Justus*, porro *Lipsius* apud *Tacitum* auctorem est, prima stipendia annis viginti quinque fuisse definita. Ad cujus opinionem inscriptionem hanc ex tabula veteri adhibendam putavi: IMP. CAES. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. F. DIVI. NERVAE. NEPOS. TRAIANVS. HADRIANVS. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. XII. COSS. III. P. P. IIS. QVI. MILITAVERVNT. IN. CLASSE. PR. MISBENSIS. QVAE. EST. 51 B. IVLIO. FRON-

VON. SEX. ET. VIGINTI. STIPEND. EMERIT. DIMISSIS. NON. MISS. QVOR. NON. SVB. &c. Qui militant, stipendia mereri dicuntur. l. miles, et l. item miles. ff. de re iudicata: hinc emerita stipendia, quae Justinianus impleta vocavit, c. de his qui non impletis stipendiis. inde et emeriti milites, quos etiam veteranos vocarunt. Martianus in l. deferri. ff. de jure fisci: 'Veterani,' inquit, 'sacris constitutionibus delatores esse prohibentur, propter honorem utique et merita militiæ:' item, 'militis propter honorem stipendiorum, quae merent, deferre prohibentur.' Si quid ego video, legendum priori loco, proxime ad ductum vulgatam scripturam, propter honorem utique merita militiæ. Sed considerant hoc eruditiores. Ceterum qui emeritis stipendiis militare rursus cogebantur, vocabantur *Evocati*, teste Dione l. XLVIII. Isidorus *Evocacionem* fuisse dicit; cum ad subitum bellum, non solum milites, sed etiam ceteri vocabantur. *Stenochius*.

*De ullo negotio negare audebat*] Scripti, *abnuere audebat*. Putschius.

*Abnuere audebat*] Est in manuscriptis quibusdam, *negare audebat*: sed irrepsit ex glossa, ni fallor. *Rivius*.

*Quia neque plebi militiam volenti putabatur*] Hunc loquendi modum a Graecis tractum annotavit Priscianus, adducto Demosthenis loco, et hoc Sallustii. Apud eum sic est: *Demosthenes, à βουλομένους ἢ τοῖσι ἀκούειν*. Sallust. Jugurth. bello, 'Neque plebi militiam volenti putabatur.' Similis locus cap. 100. 'Non tam diffidentia futuri' (sic enim lego) 'quod imperavisset, quam uti militibus exequatus cum imperatore labor volentibus esset.' Tacit. l. 1. 'Ut quibusque bellum invitis aut cupientibus erat, spe, dolore, accipitur:' et xv. 'Hæc atque talia plebi volenti fuere.' Et in vita Agricolæ: 'Eoque

initio erecta provincia, et quibus bellum volentibus erat.' Et Macrobius Saturn. II. 9. 'Si vobis volentibus erit.' In quibus omnibus cum verbum, est, reperiatur, videndum an apud Sall. hoc loco legi debeat: *etiam latus decreverat: ac quia neque plebi militiam volenti erat, putabatur Marius aut belli usum, aut studia vulgi amiserat*. Ciaccon.

*Neque plebi militiam volenti*] Est Gramscianus. Vulgo, *neque plebe militiam volente*, id est, nolente et recusante militiam plebe. Vel exponamus, *neque*, id est, nec etiam: ac si dixisset, Non solum nobilitate, sed etiam plebe recusante militiam. *Castil.*

*Et eos non paulum oratione sua Marius arreperat*] Quamvis in quibusdam *eracerat*; tamen hæc lectio magis arridet; quam et manuscripti codices, et exemplar Aldinum habet. Utitur autem Sallustius alias quoque hoc verbo; velut inferius, 'Hujusmodi oratione habita Marius, postquam plebis animos arreptos videt:' quo in loco tamen in vetustis est, *erectos*: verum perperam, ut opinor; tametsi Cicero quidem altero magis utitur: velut, 'Oratio consulum animum meum erexit, spemque attulit dignitatis recuperandam.' Idem, 'Is civitatem ad spem libertatis erexit.' *Rivius*.

CAP. 85 *Imperium*] Consulatus et prætura proprio dicuntur imperia, sicuti aperte hoc loco Sallustius ostendit, nam paulo post dicit: 'Nam quanto plaris est universa Respublica, quam consulatus, aut prætura:' totam hoc referens ad id quod prædixerat. *Sold*.

*Deinde per ignaviam et superbiam civitatem agere*] In Veneto quodam *dein*; sed in manuscripto, *dehinc*, quod et ipsum aliquoties apud Tallium reperitur. *Rivius*.

*Nam quo universa resp. plaris est quam Consulatus*] Meus liber: *Nam quo plaris est universa resp. quam Con-*

salutus. Et forte vox nam abundat. *Ciacconius.*

Quantum cum vestro maximo beneficio] Infra: 'Sed in maximo vestro beneficio.' Vide an sic quoque ait legendum, non, cum. Idem.

Ad hoc alii si deliquere] In eandem sententiam Cic. de lege Agraria: 'Quemadmodum cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt; sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me a vobis deprecentur.' Idem.

Ad hoc alii si deliquere, vetus nobilitas, majorum fortia facta, cognatorum et adfinium opes, multa clientela, omnia hæc præsidio adsunt] Sic et manuscriptum. In Veneto autem quod excudit Pincius, Pomponius castigavit, omnia præsidio adsunt, legitur pronomine omisso. eodem modo quibusdam in aliis, velut eo quod Argentorati est a Schurrerio impressum; verum perperam: nam et Donatus priorem lectionem agnoscit in Terentii Phormione, cujus subjicere verba lubet: nam super eo loco in actus primi scena 2. 'Qui fuerit pater, quæ mater, qui cognata tibi sit, omnia hæc confingam:' 'Omnia hæc,' inquit, 'non ex abundantia posuit, sed oratorie, quasi tam multa, et est ἀρχαϊκός. Nam post enumerationem veteres hæc dicebant. Sallust. in Jugurth. 'Hæc omnia præsidio adsunt.' Rivius.

Majorum fortia facta] In manuscriptis, majorum facta fortia: atque ita forsitan rectius; ne sit in oratione soluta hemistichium hexametri, vel totus pæne hexameter: id quod vitiosum esse volunt; quamvis id non semper observant auctores. Nam et Sall. infra, 'Jamque dies consumtus erat,' inquit; quod et ipsum est hemistichium heroici. Sic et Livius initio statim historię, 'Factorusne operæ pretium,' id quod Fabius observavit. Idem.

Mihi opes omnes in memet sita sunt] Legendum existimo: *Mihi spes at-*

*que opes omnes in memet sita.* In extremo hoc libro, 'Ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sita.' Et infra: 'Et spes opesque ejus omnes ex patre suo penderent:' supra tamen: 'Quippe cujus spes omnis in fuga sita erat.' *Ciacconius.*

Quas necesse est virtute et innocentia tutari] In manuscriptis aliisque vetustioribus, et virtute et innocentia, geminata copula. *Rivius.*

Quippe mea reip. benefacta procedunt] Sic Catilin. 'Neque insidiæ, quas Consili fecerat, prospere cessere,' seu, ut ego lego, processere. *Ciacconius.*

Quippe beneficia mea reip. procedunt] In manuscripto est aliisque vetustioribus, benefacta mea reip. procedunt: quomodo et Venetam habet, cujus modo facta a nobis mentio est, et Florentinam. Ut intelligas Marium ante collatum in se honorem gratuito benefecisse, eaque re æquos bonoque omnes favere. *Rivius.*

Quippe beneficia mea reipub. procedunt] Si hæc verba prorsus abessent, sensus hujusce periodi clarior esset. Cur autem Aldinus codex *Reipub.* dandi casum in accusandi *Reipub.* mutaverit, non equidem intelligo. Et verbum *procedunt*, *Soldus*, *utilia sunt*, exposit. Alii *procedunt* exponunt, *propeere cedunt*, ut Terentius in Andria: 'Nisi id putas, quia primo processit parum, Non posse jam ad salutem converti hoc malum.' Itaque post *procedunt*, distinguendum ac inferendum: 'Nobilitatem locum invadendi querere.' Et mox: 'ut neque vos capiamini:' rursus verbum *neque*, usurpat suo more, non cum socio, non ut sequentia neget. 'Et illi,' inquit, 'frustrati sint:' ubi Aldinus codex *frustra* legit, pro *frustrati*. *Glareanus.*

Ut neque vos capiamini] Legendum, *uti*. *Rivius.*

Benefacere jam ex consuetudine in naturam vertitur] Manuscripta duo, *vertit*: pro quo in impressis quibusdam est, *conceritur*: id ex glossa forsitan

irrepit. Positur autem et hic et similibus in locis absolute hoc verbum, summa cum elegantiâ et venustate. Q. Curtius l. vii. 'Postquam desiderat esse quem odissent, invidia in misericordiam vertitur.' Quid si legas, *vertit?* ut absolute ponatur. *Idem.*

*Equum ex illo globo nobilitatis*] In manuscriptis omnibus est, *si quem ex illo, &c.* idque rectius, ni fallor. nec secus Florentinum. *Idem.*

*Hominem veteris prospicit*] Notius, 'prospicit,' inquit, 'generis claritudo.' Cato Orig. l. i. 'veteres prospicit:' ubi leg. videtur, *veteris prospicit.* Cum autem constet Sall. plurima ex Originibus Catonis sumptis, considerandum an ille hic scripserit, *veteris prospicit*, ut *acie* dixit pro *aciei*, et *die* pro *diei*. Ciacconius.

*Multarum imaginum*] Id est, multorum honorum. Antiqui, si rem aliquam præclaram pro repub. gessissent, decreto Senatus statua donabantur, ut posteri ad imitandam eorum virtutem provocarent. Unde quia in domibus nobilium plerumque imagines et statuas multas erant majorum suorum, qui vel in consulatu, vel in prætura, vel in aliâ magistratu præclarum aliquid gesserant: ille dicebatur homo multarum imaginum, qui multas imagines et multos magistratus familiarum suarum et majorum suorum ostendere poterat. Vide supra c. 8.

*Sumas aliquem ex populo monitorem sui officii*] In manuscriptis, *officii sui:* ut sequatur adjectivum. Rivius.

*Nam legere quam fieri tempore posterioris, re atque non prius est*] V. c. Nam *gerrere quam fieri.* Et hanc locum sic est emulatus Tacit. l. ii. 'Nam culpa quam poena tempore prior; emendari quam peccare posterius est.' P. Victorius vi. 15. putat sumptum esse ex Olynth. Demosth. τὸ γὰρ πρῶτον τοῦ λόγου καὶ χειροτέρων ἄριστον ἐστὶν εἶναι, ἄριστον τῷ δυνάμει καὶ ἀριστερῶν ἄριστον. Ciacconius.

*Eorum partem vidi, alia egomet gessi*]

Sic in antiquioribus. Τὸ ἐγομει perperam est in recentioribus omissum. Rivius.

*Eorum partem vidi*] Reponendum *partem* multis decimus Obs. iii. 2. Græterus.

*Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam*] Tale quiddam Catonis illud apud Agellium xv. 23. 'Vittio vertunt, quia multa egeo; et ego illis, quia nequunt egere.' Ursin.

*Naturam unam et communem omnium*] Euripides: τὸ γὰρ πᾶσι καὶ πρῶτον ἐστὶ ἐγγύμνητα, καὶ δ' ἕκαστοι ἐκ κοινῆς γαίης ἔσπορον, ἕμοιον χεῖρας ἔχοντες ἔχοντες ἔσπον. Ἴδιον οὐδὲν ἔχουσιν. Mamertius.

*Sed fortissimum quemque generosissimum esse*] Infra: 'egentissimum quisque opportunissimus;' et, 'fortissimum quemque tutissimum.' Ciaccon.

*Albini aut Bestii*] Istos nominat, quia licet nobiles essent, tamen consules in hoc bello Jugurthino male rem gesserant: sicuti supra visum est.

*Faciunt idem majoribus suis*] Non defuere, qui et sententiam, et loquendi genus ignorant, hunc locum depravare conati sunt; arbitrati pro, *Faciunt*, legendum, *Faciunt*: quasi dixerit Sallustius; eodem modo majores suos despiciant, sicuti me: quod aperte falsum est, et pulcherrima sententia deteriore commutatur. Est autem horum verborum hæc significatio *si me jure despiciant, faciunt idem, quod majores sui fecere*: id est, *imitantur majores suos in recte factis: non enim debent et me despiciere, et majores suos non imitari.* Græca loquendi ratio, parum explorata, sententiæ tenebras offudit. sic locutus ante Sallustium Lucretius, post Horatius. Lucretius l. ii. 'animalia cum sint, Atque animalibus sint mortalibus una eademque:' pro Unum, et idem, quod animalia mortalia sunt. Et l. iii. 'Sceptra potitus, eadem aliis sopitus quiete est;' pro, Eadem, qua alii. Et l. iv.

'Nempe eadem facit, et scimus facere omnia turpi;' pro Eadem, quæ turpia. Horatius autem in libro de arte poëtica ad Pisones: (sic enim male appellare, quam, ut quidam, epistolam) ex Quintiliano VIII. 8. Prisciano, Diomede III. 1. Donato in Terent. Adolph. act. v. Sc. 4. Servio in Virg. Æn. i. et Probo; etsi Carisius l. II. adversetur: 'Invitum qui servat, idem facit occidenti:' pro, Idem ac si occideret. De Græcis autem Sophocles in Ajace. *ὕμεις ὅ ἐταῖροι ταῦτά τῆδ' ἐμοὶ τάδε τιμᾶτε.* Et in Tyranno: *ἦν γὰρ ἐβρωθῆ ἄλγυν σὸλ ταῦτ', ἔγωγ' ἂν ἐκπεφυγούην πάθος.* Euripides quoque apud Gellium XIII. 24. *Δὲς ταῦτόν ἡμῶν εἶπεν ὁ σοφὸς Ἀρχυλος·* "Ἦεν γὰρ εἰς γῆν φησὶ καὶ κατέρχουμι. Ἦεν δὲ ταῦτόν ἐστι τῷ κατέρχουμι. Ἦεν τὸν Δι' ἕσπερ εἰ τις εἶποι γαίοντι, Χρῆσαν εὐ μάλιστα, εἰ δὲ βούλη, κέρδιον." Et Xenophon in Cyri Pædia sic: *Τὸ ἀπὸ ἡμῶν σπένδεται;* et infra in eadem sæpe. Item Isocrates: 'Ἀπολλουδάτης in oratione πρὸς Δημόδικον: *Ταῦτά πάσχει τοῖς ἄρμασι.* Et Aristoteles in libro de arte poëtica: *Ἀπὸς ἂν εἴη μιμητῆς Ὀμήρου Σοφοκλέης.* Et Rhetor. l. III. *ἔφη ὅς, οἰκοῦν εὐ ταῦτά τοῦτους ἔθου; Μαντίου.*

*Faciant idem majoribus suis]* Naz. et a prima manu Pal. alter et quart. *item;* sicque alias legi subnotatum ad Pal. tert.; nam quint. *faciant idem de majoribus.* Manntius multa heic commentatur præter rem. Quis enim non videt, velle anctorem; nihilo magis se despici posse a gloho nobilitatis, quam eorumdem majores, homines æque novos atque ipse? *Gruterus.*

*Ergo inrideant labori et innocentia periculis etiam meis]* Illa et copula, non est in manuscriptis, ac majore cùm gratia abest: quamvis in Beroaldino bis eadem ponitur, et labori et innocentie. Rivius.

*Na illi falsi sunt, qui diversissimas res pariter expectant, voluptatem, et præ-*

*mia virtutis]* Manuscriptam, *expectant:* quomodo et in ceteris fere. Præterea ibidem, *ignavia voluptatem,* quod est in recentioribus omissum, idque, nisi fallor, ignavia et incuria typographorum. Per *præmia virtutis, honores* intelligit Sallustius: nam hi propter magna merita claris viris deferantur et dantur. Paulo inferias 'bonorum præmia' dicit, eodem sensu. 'Nam ubi flagitiis,' inquit, 'se dedecoravere turpissimi viri, bonorum præmia ereptum eunt.' *Idem.*

*Et profecto ita res se habet]* Est in quibusdam, *habent,* ut in Veneto et Schurreriano, sed perperam, ut mihi videtur. Nam sic fere dicimus, *ita se res habet,* vel omissa accusativa, *ita res habet, pro est sic,* quomodo Græci *ὅτως ἔχει. Idem.*

*Majorum gloria posteris quasi lumen est]* *Tò quasi,* non est in illo manuscripto. sed mihi recte sane addi videtur. nam ad hunc modum et Cicero sæpenumero hac particula utitur. *Idem.*

*Verum id quod multo præclarior est, mea facta mihi dicere licet]* In vetustis *meamet facta mihi, &c.:* id rectius esse puto. Nam illud *rem* adjoticiam, facere magno opere ad rem videtur; id quod perfacile sentiet, qui superiora diligenter expenderit. 'Meamet,' inquit, 'facta, non majorum meorum, ita uti nobiles isti faciunt:' nam hi fere oratione majores suos extollant, et eorum fortia facta memorando clariores sese putant; ut idem inquit. *Rivius.*

*Quam acceptam corrupisse]* Fuit prius in Naz. *corrupte;* sed emendatum ad nostram faciem, ab eadem manu. Alias potuisset alicui placere alterum. *Gruterus.*

*Ne quis modestiam in consuetudinem duceret]* Modestia esset tacere, et non respondere maledicentibus: sed ego nolui tacere, ne quis diceret, me tacere non propter modestiam; sed,

quia conoscius sum, adversarios vera dicere. *Sold.*

*Nam me quidem ex animi sententia]* V. c. habet, *ex animi mei sententia:* Quæ videtur optima lectio: est enim antiqua formula loquendi, quæ utitur frequenter veteres Jurisconsulti, ut l. III. Paragrapho ejusdem, Digestis de testamentis: 'Ex sententia animi tui te æstimare oportet.' et Petronius Arbitrator in Satyra, fœderis tabulas in hæc verba factas esse commemorat: 'Ex tui animi sententia Tryphena, ut nec injuriam tibi factam a Gytone quæreris, neque si quid ante hæc diem factam est, objicies, vindicabisve, aut ullo alio genere persequendam curabis.' et infra: 'Licha ex tui animi sententia, ut tu Eumolpum nec verbo contumelioso insequeris nec vultu.' *Ursinus.*

*Quippe vera necesse est prædicet]* In manuscriptis est, *bene prædicet:* quomodo et sententia postulat, et Beroaldinum habet. *Fidius.*

*Etiã atque etiã reputate]* Sic et manuscriptam: pro *diligenter considerate.* In quibusdam est, *animis reputate;* hæc scio quam recte: quamvis et antea Salustius, 'reputate,' inquit, 'cum animis vestris,' addita videlicet præpositione *cum:* quomodo Cicero, 'Cogitate cum animis vestris,' inquit. *Idem.*

*Num eorum puniendum sit]* Manuscriptum Fabrii, *num id puniendum sit:* nempe quod summum mihi honorem et maximum negotium imposuistis: pro quo ante dixit, *num id maturi melius sit.* In aliis tamen est vulgata lectio. *Idem.*

*At si res postulet]* Emenda Nonium Marcellum, apud quem in voce *Phalera* vitiose legitur: *Ac sibi restitui et hastas:* pro, *At si res postulet hastas.* *Putschius.*

*Phalera]* Id est, Ornamenta equorum.

*Phalera]* Qui hostem dejecerit, aut spolia legerit, duplex jam hinc

præmium; diversum pro genere militiæ: nam pediti datur phiala sive armilla, equiti phalera. Phalerae distinctæ a torquibus: illæ demissæ ad pectus pendebant, hæ stringebant magis et ambibant ipsam collum. Diversitas etiam in forma, quod illæ planiores, et magis jacentes; istæ contortæ, et ex annulis aut catellis plexæ. Unde ipsæ Catellæ dictæ sunt. *Lips.* Proprie autem phalerae ornamenta equorum, φάλαρα Græci dixerant, atque Etymologicou magnam in fronte et buccis equorum ornatum esse dixit.

*Præterea cicatrices adverso corpore]* Sic et manuscriptum volumen; in quibusdam est, *in adverso corpore:* sed eodem sensu. Est apud Ciceronem, 'Cicatrices adverso corpore exceptas ostendere:' pro quo idem, 'Cicatrices adversas,' alicubi dixit; quomodo et Salust. in historiis: ut est apud Gellium libro nocturni Attic. II. 27. Q. Curtius, 'Multis adverso corpore vulneribus acceptis.' l. IX. *Riv.*

*Non autem composita verba mea]* Optime ex sententia Marii Sempronius Asellio l. XIII. rerum gestarum 'facta sua spectari oportere, dicta non; si minus facundiosa essent.' Varro: 'Majores nostri, quum alia et cæpe verba illorum olerent, tamen optime animati erant.' *Putschius.*

*Illis artificio opus est, ut turpia facta oratione tegant]* Thucydides l. III. Ποῦσθε δὲ τοῖς Ἕλλησι παράδειγμα, οὐ λόγων τοῦτοις ἀγῶνας προδίδουτες, ἀλλὰ ἔργων. Ἐν ἀγαθῶν μὲν ὕστερον, βραχέϊα ἢ ἐπαγγελία ἀρκεῖ ἀμαρτανόμενων δὲ, λόγοι ἔπεισι κοσμηθέντες προκαλύμματα γίνονται. *Manutius.*

*Hostem ferire]* In manuscriptis omnibus, *hostes* reperi; sed vulgata lectio mihi magis aridet: quamquam quod ad sensum attinet, parum refert, utrum legas. *Ric.*

*Hostes ferire]* Sic et nostri Pall. præter Pall. quart. quint. sext. sept. nonum; in quo *hostem*, quod æque

mihî aridet ac Rivio. Gruter.

*Præsidia agitare*] Id est, Expellere oppidis præsidia, scilicet hostium. Vel, Præsidia hostium in fugam agere. *Bad.*

*Neque illos arcte colam, me opulenter*] In Veneto quod est a Pincio excusum, ut me opulentem: in aliis quibusdam, ut me opulentem. Cui otium est, excutiat hunc locum diligenter. Mihî vulgata lectio bene habere videtur, ut inter sese opponantur, *arcte* et *opulenter*, est enim sensus: Non ego illos arcte contenteque habeo, me ipsum molliter et delicate: vel, Non tractabo illos nimis aspere atque injuriose, me ipsum indulgenter. Nam hunc esse sensum, ea quæ sequuntur indicant. 'Namque cum tate per molliem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum, non imperatorem esse.' Simile quid Livius de Catone scribit l. iv. dec. iv. 'Sed in consule,' inquit, 'ea vis animi atque ingenii fuit, ut omnia maxima minimaque per se adiret, atque ageret: nec cogitaret modo imperaretque, quæ in rem essent, sed plerumque ipse transigeret: nec in quemquam omnium gravius severiusque quam in semetipsum imperium exerceret, parsimonia, et vigiliis, et labore cum ultimis militum certaret, nec quidquam in exercitu suo præcipui præter honorem atque imperium haberet.' Est a sciolo quopiam hic depravatus locus, qui putarit *arcte colere* idem esse, quod *ambitione nimis colere*, et quasi *laxiore imperio habere eos quibus præsis*: quomodo Cicero, 'arcte complecti aliquem' dixit. *Opulentare* vero idem quod *opulentum et divitem reddere*. Nam sic nescio quis interpretatus hunc locum fuerat, sed perperam videlicet: tamen *opulentare* quidem reperitur apud Columellam VIII. pro Instruere et exornare. 'Et eisdem,' inquit, 'familiarem focum mensamque pretiosi dapibus opulentent.' Riv.

*Neque gloriam meam laborem illorum faciam*] Sic in vetustis, atque etiam manuscriptis: ubi *labore* fere est in recentioribus, idque perperam si sensum spectes. *Idem.*

*Namque cum tu per molliem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum esse, non imperatorem*] In manuscriptis est, cum tute; quæ syllabica adjectio facere ad rem mihi videtur. In eodem, *per molliem*, ut sit primus inflexionis nomen. Utrunque reperitur apud Ciceronem et *mollities* et *mollitia*. 'Qui officia,' inquit, 'deserunt mollitia animi,' id est, Laborum et dolorum fuga. Idem, 'Civitatum mores lapsi ad molliem.' *Idem.*

*Esse dominum*] Id est, Tyrannum et superbum regem, non imperatorem liberi populi. *Bad.*

*Exercitum supplicio cogere*] Hoc est, malo cogere. Infra: 'pudore magis quam malo exercitum coercerat.' *Clacc.*

*Id est dominum esse*] Manuscripta cuncta, hoc est dominum esse, &c. sed eodem sensu. Cicero utroque modo loqui consuevit. *Riv.*

*Id est dominum non imperatorem esse*] Sic optimi Mss. nostri, non, *hoc est dominum*; eodem quidem redit, sed legitimus partus ubique prævalet suppositio: si cui tamen utraque vox eradenda videtur, eidem suffragio meo accedam. *Gruter.*

*Hæc atque alia nostri majores faciendò*] Legendum e manuscriptis, *Hæc atque talia*. *Riv.*

*Virtutem non relinquere*] Legendum reliquere: operarum incuria est hoc commissum. *Idem.*

*Neque dono datur neque accipitur*] Sic in Orat. Cottæ: 'Ut sine deditore cum civibus fama et fortuna integer agas, id dono datur atque accipitur.' *Clacc.*

*Convivium exornò*] Seneca: 'Utrum tandem sapienterem putas, qui versatilia convitionum laquearia ita coarctat, ut subinde alia facies at-

que alia succedat, et toties tecta, quoties ferula mantentur: an eum, qui et aliis et sibi hoc monstrat, quam sibi nobis natura durum ac difficile imperaverit? Idem alibi Seneca: 'tenet me summus amor parcimonie: placet minister incultus, et rudis veruula, argentum grave rustici patris, sine ullo nomine artificis, et mensa non varietate macularum conspicua, nec per multas elegantium dominorum secessiones civitati nota: sed in usum posita, que nullius convivae oculos, nec voluptate moretur, nec accendat invidia.' Porro que ad structuram convivorum pertinebant, in magnificentia sua fere omnium fidem excedebant. Tricliniaria lecti magna ex parte e ligno precioso erant adfabre facti, aut testudinum sectis laminis, ebore, argento, atque etiam auro vestiti, aut etiam solidi. Scribit Plinius xxxvii. 2. Cn. Pompejum in tertio triumpho, quem de Pyratia, Asia et Ponto duxit, lectos tricliniaria tres ex auro translulisse. Lectis opere et materia pretiosis superbisque et magnificis vestibis instratis, pares adhibebantur mensae aut etiam pretiosiores; ex citro enim arbore magna ex parte constabant, que quanto in precio haberentur, unns Plinii locus ostendit xiii. 16. 'Asinius Gallus citream mensam decies sestertium mercatus est.' Mensis eoronee argenteae, aureae, interdum et gemmis distinctae addebantur. Ita tradit Scavola in l. qui uxori, §. de Aur. et Arg. legat. Illud omnem luxuriam excedit, privatos cives Romanos tantum argenti ad mensae apparatus possedisse, quantum tota Carthago, Romanae urbis aemula, terrarum orbis avida, cum maxime floretet, habuerit, ut testatur Plinius. In ipsis autem epulis profusissimi erant mortalium Romani, praecipue nobiles. Locullum extemporalis caena, quam ut quotidianam Cicero et Pompejo dedit, *μυρτάβας αέρει*, hoc

aut, fere quinque scutatorum militum iusumpsisse, Plutarchus auctor est in ejus vita. Quis facile crederet Lucilli aetate singula ostrea mille mammis (hoc est scutatis decem) empta fuisse? Quia et nonnunquam ubi preciosa pretia inferebantur, ministri coronati cum tibicine procedebant, ut testatur Macrobius iii. 15. Inter cenandum arcomata omnis generis adhibebantur. nam aut symphonia personabat triclinium, aut instrumenta, organaque varia concinebant, aut Tragodiae, Comediaeque, Mimique agebantur, aut spectacula alia jucunda inducebantur; incendebantur et odores naribus gratissimi: Vide Senecam de Vit. Beat. c. 11. Itaque recte Histrones quoque addidit Sallustius. Atque haec quidem in privatis conviviis, nam cum celebrabantur caenae Pontificales, Angulares, triumphalesve, apparatus adhuc multo solebat esse magnificentior. Ciaccon. de Tricl. Vide et Bulinger. de conviv.

*Neque plus pretii coquam quam vitulum habeo*] Illud pretii, non omnes habent codices, nec ego quid hic eo opus sit, video. Quidam pro pretii, pretii legendum putarunt; pro emi; certe Lan. Valla tolleret, ut puto, pretii. Paulo post; 'Ibi senectutem agant in conviviis, dediti ventri:' incertum est, ubi distinguendum, antequam, an post, in conviviis. Glarean.

*Omnibus bonis oportere plus gloriae quam divitiarum, arma non impellit: in decori esse*] Sic in cunctis manuscriptis atque item Florentino; quamvis aliter Gymnicus: ultra lectio verior, alii judicent. Riv.

*Nam ubi flagitiis se dedecoraverit turpissimum viri, bonorum praemia ereptum erunt*] In manuscriptis duobus est, *Nam vos flagitiis qui dedecoraverit, &c.* quod non sane displicet. Idem.

*Ita injustissimum*] Hoc modo, inquit, haec duo vitia, luxuria et ignavia, nihil nocent illis, qui ipsa vitia possi-



dent, et nocent innocenti reipublicæ, quæ res injustissima est. Hoc autem ideo dicit, quia injustum est, ut luxuriosi et ignavi honores habeant, quæ sunt præmia bonorum virorum. *Sold.*

[*Nihil efficiunt*] Id est, Nihil nocent: quia quamvis luxuriosi et ignavi sint, tamen honores eis demandantur. *Idem.*

[*Cladi sunt*] Id est, Damno et detrimento.

[*Nam quæ usque ad hoc tempus Jugurtham tutata sunt*] Manuscripta, quæ hoc ad tempus, ommissa illa particula usque; quomodo etiam pleraque ex impressis; pro, Quæ hactenus Jugurtham tutata sunt: τὸ usque ex glossa irrepit. *Riv.*

[*Removistis*] Videlicet avaritiam, quæ in Bestia fuit et Albino, et imperitiam in Aulo, et superbiam in Metello. *Radius.*

[*Magis strenuus quam felix*] Locus non videtur integer. *Ciacc.*

[*Egomet in agmine aut in prælio*] Quædam, atque in prælio: manuscripta ad hunc modum, *Egomet in agmine, in prælio, consultor idem et socius periculi nobiscum adero.* Hæc mihi lectio maxime omnium placet. *Riv.*

[*Consultor idem et socius periculi nobiscum adero*] Sic infra: 'Uti fautor consultorque adsis.' Tacitus l. iv. 'Ipse consultor aderat omnibus.' *Ciacc.*

[*Omnia matura sunt, victoria, præda, laus, qua si dubia aut procul essent*] Respexisse videtur ad illud Catonis de Re Rust. c. 106. 'Nullus sumtus est: et si sumtus esset, tamen valetudinis causa experirer: vel ut est in aliis, experturus. *Idem.*

[*Tamen omnes bonos reip. subvenire decebat*] Manuscripta duo, tamen omnibus bonis: verum perperam, ut opinor, nisi quis Hellenismum esse putet, quomodo Terentius, 'Ita nobis decet:' quo loco tamen interpret antiquus ait, si adderent statim in-

stitutum, nos decet facere, loqui soltos: sin minus, nobis decet. Itaque cum hic infinitivus addatur, si quid interpreti credimus, vulgata lectio relinquenda erit. *Riv.*

[*Etenim ignavia nemo immortalis factus est*] Tò est non habent exemplaria in membrana descripta. *Idem.*

[*Neque quisquam parens*] Sumpsit Salustius hanc sententiam ex Platone. Sic enim inquit in Epitaphio: ὁ γὰρ ἀθανάτους ὄφειλε παῖδας εἶχεσθαι γενέσθαι, ἀλλ' ἀγαθὸς καὶ εὐδαίμων. *Manut.*

[*Uti boni honestique*] Quia sciunt, nemini nisi per famam æternitatem concedi. *Bad.*

[*Plura dicerem, Quirites, si timidus virtutem verba adderent*] In Catilina: 'Compertum ego habeo milite, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strennum, neque fortem ex timido, exercitum oratione imperatoris fieri.' Et Xenophon libro tertio

Cyri Παιδίας, Ὀδοῦλα γὰρ εὐρωὸς ἴσταν καλῆ παραβούσι, ἤτις τούδ' ἐν ἴσταν ἀγαθὸς, ἀσθημασὶ ἀκούσωνται, ἀγαθὸς πολεμῶσι. *Manutius.*

[*Cap. 86 Manlium*] Plinius xxxiii. 1. *Manitium* vocat. *Idem.*

[*Cum his A. Manlium legatum proficisci jubet*] Hic, ut opinor, in auro numismate L. Sullæ Quæstor describitur, cum hac inscriptione, A. MANLI. A. F. Q. et fortasse L. Manlii frater est, qui in argenteis donariis, L. item Sullæ, PRO Q. dicitur hoc titulo: L. MANLI. PRO. Q. *Ursinus.*

[*Cum his A. Manlium legatum proficisci jubet*] Sic et manuscriptum. Ceterum Plinius *Manitium* vocat: qui legatus C. Marii fuerit Jugurthino bello, quam recte, alii viderint: mihi librarii errore commissum hoc videtur, ac proclivis error fuit propter affinitatem vocum: tu si lubet, Plinium vide xxxiii. 1. *Riv.*

[*Non more majorum, &c.*] Id est, Non secundum ritum et consuetudinem majorum. Nam majores perscribere consueverant milites ex classibus:

Marius autem scripsit etiam ex his, qui non erant in classibus: nam multos capite census scripsit. Servius Tullius, qui sextus a Romulo Romæ regnavit, primus censum instituit: ex quo belli pacisque munia et onera non viritum, ut ante, sed pro habitu pecuniarum fierent. Tum populum universam in classes centuriasque ex censu descripsit atque divisit. Ex his qui centum millium æris aut majorem censum haberent, octoginta confecit centurias quadragenas seniorum ac juniorum. Primæ classis omnes appellati seniores, ad urbis custodiam ut præsto essent: juniores, ut foris bella gererent. Secunda classis, intra censum usque ad quinque et septuaginta millium censum instituta est. Ex his seniores viginti conscriptæ centuriæ. Tertia classis, in quinquaginta millium censum esse voluit: totidem centuriæ. Quarta classis, quinque et viginti millium: totidem centuriæ factæ. Quinta classis aucta: nam centuriæ triginta factæ sunt. Hæc classis undecim millibus censebatur. Hæc classes sicuti numero, ita armis distinctæ erant. Nam prima classis arma habebat, galeam, clypeum, ocreas, lorica, omnia ex ære, quæ corporis tegumenta essent: tela in hostem, hastam et gladium. Secunda classis scutum pro clypeo, et præter lorica omnia eadem habebat. Tertia classis eadem habebat, præter ocreas. Quartæ classis arma mutata, nihil præter hastam et verutum datum. Quinta classis, fundas lapidesque missiles gerebat: in hac accensi, cornices tibicineque in tres centurias distributi. Minor census reliquam multitudinem habuit. Inde una centuria facta in munis a militia. Ita pedestri exercitu ornato distributoque, Equitum ex primoribus civitatis duodecim scripsit centurias. Quando igitur bellum gerere oportebat, ex his quinque classibus milites

conscribebantur. Servi, capite censi, et qui ex classes erant, ad militiam non recipiebantur, utpote propter inopiam suspecti. Capite censi dicebantur, ut tradit A. Gellius, qui aut nullo, aut perquam parvo ære censebantur: hi pro capite tributa pendebant, a censione capitibus nominati. Sol.

*Capite census plerisque*] Agellius xv. 10. Ciacc.

*Cui neque sua cura, quippe que nulla sunt*] In manuscriptis omnibus est, *cui neque sua curæ*; quomodo et Florentinum. Riv.

*Cui neque sua curæ*] Commelinianus refert *cura*; additumque, *cara*: et vero, *cara*, restat in omnibus item Mas. hoc modo nempe; *cui neque sua cura*: solum Pal. sextus *cui neque sua cura*; ut item editio prima. Gruterus.

CAP. 87 *Ceterum alia levia aliis locis facere*] Leg. credo, *Ceterum levia, alia aliis locis facere*. Ciacconius.

*Navi veteresque coaluere*] Sic in orat. de rep. ordin. 'Concordia inter veteres et novos coalescat.' Idem.

CAP. 88 *Contra spem suam latius animis accipitur*] In manuscriptis est, *excipitur*: id quod rectius esse puto: nec in Beroaldino serus. Riv.

*Juxta carus*] Quia revera optimus imperator fuerat, et bellum sapienter et feliciter gesserat.

*Gatulos*] Vide supra cap. 18.

*Ex nostris sociis prædas agentes*] Manuscripta, *ex sociis nostris*: ut sequatur pronomen: quomodo et impressa pleraque. Rivius.

*Ex sociis nostris*] Videlicet ex urbibus, et ex agris populorum Numidiæ, qui se populo Romæ dederant.

*Cirta*] Vide supra cap. 21.

*Neque belli patrandi, &c.*] Additur vulgo, *copiam*, et sic constantissime habent tam manuscripti, quam typis impressi codices; et sententia ita quoque aperta est. *Quæ postquam gloriosa modo, neque belli, &c.* Priscianus etiam, hunc locum citans l. xviii. co-

plam omittit, et causam subaudiri testatur. Atque ita legi potest quoque, *Neque belli patrandi cognovit*: ut subaudiatur, *esse*, pro, Non spectare ad efficiendum bellum, non facere ad bellum patrandum. Ita Hirtius de Bello Alexand. 'Multa contra morem consuetudinemque militarem fierent, quæ dissolvendæ disciplinæ severitatique essent.' pro, quæ pertinerent ad dissolvendam disciplinam. Eodem modo Livius interdum, velut quinto ab U. C. 'Quid illos aliud aut tum timuisse creditis, aut hodie turbare velle, nisi concordiam ordinum? quam dissolvendæ maxime tribunitiæ potestatis rentur esse.' Idem VII. Dec. 3. 'Nam tum quidem quæ temere agitassent, ea prodendi imperii, tradendæ Annibali victoriæ esse.' pro, Spectare ad tradendam victoriam. *Rivius.*

*Neque belli patrandi cognovit*] Sic Priscianus legit: sic et antiquus Fulvii liber: quomodo et Livius l. v. et Hirtius de bello Alexandrino locuti sunt, quod ab aliis quoque est animadversum. His verbis hæc est subjecta sententia: *Neque ad bellum patrandum pertinere cognovit.* Manutius.

CAP. 80 *Metu aut præmia ostentando*] Sic supra: 'Formidine, aut ostentando præmia.' *Ciacconius.*

*In manus venturum*] Supra: 'Si qui in manus venerant, obtruncare.' Livius, 'ubi ad manum venisset hostis.' *Idem.*

*In manus venturum*] Libentius legem, *Ad manus venturum*: quo modo habent quidam impressi codices, et ita sane loquitur etiam Cic. in Verr. orat. 7. 'Nonnunquam etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat.' *Cast.* De hujus loci explanatione consulendus Gronovius ad Livium II. 46.

*Oppidum magnum, atque valens, nomine Capsa*] Ptolemæus Capsa meminit ad occasum Tritonidis paludis. Strabo L. ultimo ait, Jugurthæ the-

sauros fuisse in eo oppido, eum hic noster auctor in oppido Suthel eam fuisse supra dixerit. Fieri autem potuit, ut in diversis locis, firmis ac munitis, thesauros suos habuerit Jugurtha: ut de Thala quoque supra dicit, plerosque ejus thesauros ibidem fuisse. *Glaucenus.*

*Hercules Libys*] Orosius v. 15. Capsum ab Hercule Phœnice conditam scribit; ibique ait fuisse thesauros Jugurthæ; quod etiam affirmat Strab. l. XVII. Mendum est apud Ptolemæum in codice verso; ubi *Capsa* pro *Capsa* legitur. Græcus enim recte habet. *Cast.* Vide supra cap. 18.

*Muniti adversum hostes*] Manuscriptum, *adversum hostes*: id antiquario convenire magis videtur. *Rivius.*

*Nam præter oppida propinqua, aliæ omnia vasta, inculca, egestis aquæ, infecta serpentibus*] Legendum, *præter oppido propinqua*, uti ex manuscriptis duo habent; ut de locis loquatur *oppido vicinis*, vel quæ circa oppidum sint: quomodo Tacitus dixit, 'Per urbem et urbi vicina conquisiti.' Sic sensus exposcit: quamvis Fabricianum, *præter oppidum propinqua.* Idem.

*Infecta serpentibus, &c.*] Hæc facit egregius locus Nicandri, quo docet quando potissimum a serpentibus cavendum sit. Ita autem loquitur: *Εἰ δὲ πού ἐν θαλάσσειν ἀφαιρέματι χροὶ κέρως ἄκμηρος εἴπω, ἔτε δὴ κενὸν ἕλθεας ἰάσσει, Ἄψα κὼν ἡμετέρων ἐραθνοῖσι ἐφετμαῖς: Τῶν ἦτοι θήλεα κωλύονται ἀπομόνοισι, Δάγματι πλειοτέρη, καὶ ἀκαίην ἐπὶ σείρη Τόνια καὶ θαλάσσιω θωότερος ἔσται ἀσα: Ἄλλ' ἦτοι θήλεος βλάβερρον δάκος ἐξαλειφθεῖσι, Πληθύνει φάσας δεδοκημένους, εἰδ' ἐπὶ ταύρου ὄακαίην φαίρουσαι, ἀλξύνουσι φορέουσαι: Ἡ ἔτε σὺν τέκνοισι θαρειομένους ἀποσκησι Φωλεοῦ λοχάδην ἐπὶ γυλάδ θήλεας λαύει, Ἡ ἔτε δὴ λίπυρσι μὲθ' ἐν νορῶν, Ἡ ἐπὶ κούων Ἐκ νομοῦ ἐπαύσασαται ἐγ νεοκρημένη βλῆς.* Quod ita Latinis verbis interpretatur doctissimus L. Geræus: 'Sin nullo occurrasset serpenti-'

unguine tatus Atque cibi vacuus, gravis est tum vox ferarum, Vitabis morsus, anime hæc præcepta reconde: Fœmina præcipiti ante omnes agitata farore Occurrit, rictu patalo, candaque tumente; Inde ferit fati multo graviore periclo. Et vitare feras debes æstate nocentis, Pleiadum observans ortus, quæ corpore Tauri Extremo affixæ, non omnes æthera trasant: Aut ubi cum pullis per aprica jacentibus antra Dormit in inidiis sitiens impastaque serpens: Aut avida ad pastum properat; vel lamina somno Condens, a pastu petit exsaturata cubile.' Vide ejusdem Gorræi notas in Nicandrum.

[*Inopia cibi acrior*] Vox cibi abundante videtur. *Ciacconius*.

[*Haud dissimiliter situm munitionisque*] Nam sicut supra visum est, Thala urbs inter ingentes solitudines posita est: sicuti etiam Capsa, de qua nunc agitur. *Sold*.

[*Jugri*] Id est, Fontana.

[*Quæ procul a mari incultius agebat*] In Veneto ac plerisque aliis non est additum, a. Cicero fere in similibus præpositionem addit, velut, 'Insula Delos tam procul a nobis;' Idem, 'Procul a terra abripi;' et, 'Non procul a suis finibus.' Nisi ubi poetice loquitur, ut in Arato, 'Et procul Arcturo.' Item in epistolis e Poëta quopiam, 'Patria procul.' Plinius tamen v. 9. ubi Nilus ait originem habere in monte inferioris Mauritaniæ, 'Non procul Oceano,' inquit; et Curtius iv. 'Procul hostium conspectu.' Pausilo post, 'Haud procul Carthaginiæ muris locaverant castra:' et, 'Haud procul munitionis urbis emerit:' et postea, 'Jamque haud procul Memphi erat.' Idem v. 'Haud procul jactibus fluxerat:' et ix. 'Haud procul amne per quem erat navigaturna.' Idem tamen præpositionem interim addit; velut v. 'Qui haud procul ab urbe tendebat:' et ix. 'Haud procul a Perside aberant.'

*Delph. et Var. Clas.*

Sed et x. 'Esse hæud procul a continententi insulam palmis frequentibus consitam.' Nisi quis mendum forte subesse putet. *Rivina*.

[*Quis Numida plerumque lacte et ferina vescantur*] Manuscripta, *ferina carne*, sed mihi prior lectio magis aridet; ut subandias substantivum, quomodo Virgilius i. *Æneidos*, 'Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ.' Ita fere dicimus, *nulla, bubala, caprina*: ut subandiatur *caro*. *Linæcer* tamen cum manuscripto facit, ut et ex impressis quædam. Sed et supra *Sallustius*, 'Quis cibus erat caro ferina,' inquit, de *Gætulis loquens*. *Idem*.

[*Neque sale*] Hoc mirum est, cum sal veluti necessarium condimentum vitæ sit, quandoquidem humiditates nimias absorbat, extergit, a putredine conservat, virtutem nativam colligit atque constringit. Nisi sale quidem usi, sed eatenus non quærent, quatenus esset incitamentum gulæ vel etiam libidinis. Propter quam causam *Ægyptios* præcipue sacerdotes sal rejeciisse, tanquam libidinis incitamentum legimus. Atque hinc ipsa quoque *Venus Ἄρρηθς* dicitur. *Thyrsius*. Quid mirum de sale, cum etiam carne ferina eos nos sine pane *Leo Africanus* anctor est?

[*Cibus illis adversus famem atque sitim, non libidini, neque luxuria erant*] *Codex Fabricianus, adversus famem et sitim*: quomodo et ille *Parisius* a *Badlo* impressus. Utrumque apud *Cicronem* atque alios primæ notæ scriptores reperitur, *adversus* et *adversum*. At in exemplari Veneto, *Argentoratensi*, aliis plerisque, est additum quiddam, quod in superioribus, si minus necessarium est, abest: si opus est, deest: *Cibus potusque illis adversus famem atque sitim*: videlicet ut *cibus* ad famem, ad *sitim potus* referatur. Mihi ultra lectio verior, haudam satis liquet: nisi quis ideo probandam esse ducat lectionem vulga-

*Sallust.*

2 2

tam, quod et cibi pariter et potus vicem præbeat lac, quo illi fere vescantur. Qua de causa iidem et γαλακροφάγοι dicebantur; quasi dicas, lacte vescentes. atque item γαλακροπύρα, sicuti l. vii. testatur Columella, quo loco 'nationibus quibusdam frumenti expertibus victum commodare lac' docet. *Rivius.*

CAP. 90 *Nam contra tantas difficultates consilio satis providere non poterat*] Volumen Fabricianum, omisa illa particula *contra*, nam *difficultates tantas*, &c. haud scio an perperam; nisi quis *providere*, pro eo quod est, *præcavere tantas difficultates*, positum velit. Quomodo Terentius in Andria, 'Quæ si non astu providentur,' pro *carentur*, *vitantur*, ut adnotavit ibidem interpres. Mihi vulgata lectio bene habere videtur, ac potest incuria librarii rō *contra* omissum esse; nam in aliis manuscriptis est. *Idem.*

*Oppidum Laris*] Si ita legas, erit *Laris* patrius casus, ut apud Virgil. 'Urbem Patavi,' id est, Patavium. Veteres tamen impressi codices habent, *oppidum Larim*: a Ptol. Ἀδύης dicitur. *Castil.*

*Ad oppidum Laris*] *Lares* Cirtesiorum oppidum ponit Ptolemæus aliquanto magis ad meridiem, quam *Vaccam* (ipse *Vagam* appellat), ad *Juliam Cirtam*. Ceterum cum paulo ante retulerit auctor, *Marii* cum duobus regibus pugnam ante *Cirtam*, interea vero aliquot oppida castellaque capta: denique venisse in mentem ei, ut *Capsam* tentaret, quæ satis longe a *Cirta* abest, atque a *Laribus*: Commentatoribus venia dari potest, etiamsi ea ne verbo quidem attingunt, cum auctor ipse tam negligens in re seria fuerit, ipse inquam *Africæ* provincie *Prætor*, quam non absque nominis sui infamia spoliasset fertur. Ubi enim *Tanam* flumen, quod hic subjungit, fuisse existimemus? Itinere a *Cirta* *Capsam*, flumina duo sunt a Ptolemæo descripta, Rubrica-

tus et *Bagrada*, præterea paludem *Sisaræ* et *Hipponitidos* flumen. Fieri tamen potest et plura alia interfuisse, sed dubitet Lector mecum. Nam, ut antea conquestus sum, ex *Africæ* topographia non temere apud hunc auctorem et *Livium* te explices. *Glar.*

*Sic incepto suo occultato*] Hoc est: *consilio*; infra, 'prava incepta consultiis noxæ esse.' *Ciacconius.*

*Tanam*] Manuscripti codices multi, item excusi quidam, *Tanam* habent, nec aliter vocat *Sabellicus*. Nomen tamen celeberrimi fluminis, quod Europam ab Asia dividit, errati hujus ansam librariis præbuisse existimamus. *Cast.*

CAP. 91 *Pecus exercitui per centurias, item per turmas æqualiter distribuerat*] Manuscripta, *per centurias, item turmas*, omisa repetitione præpositionis *per*, quomodo et ex impressis habet codex *Badianus*, atque alii quidam. *Rivius.*

*Æqualiter distribuerat*] Legerem, *distribuebat*. Sequitur enim, 'ut fieret curabat.' *Ciacconius.*

*Omnibus sarcinis abjectis, aqua modo seque et jumenta onerare*] Est in nonnullis, *omnibus abjectis sarcinis*, quæ collocatio verborum melior. *Rivius.*

*Contra jus belli*] *Jus belli* est, ut qui se dedunt, serventur incolumes, secundum fidem datam. Nemo enim se dederet, nisi salus et incolumitas promitteretur ei. *Sold.*

*Contra jus belli*] Sed et acceptos in deditionem sine conditione ulla legas sæpe apud Historicos interfici, ut a Romanis *Pometiæ* principes, a *Sulla* *Sannites*, a *Cæsare* *Numidas*, et ipsum *Vercingetorigem*: imo mos hic ferme perpetuus Romanorum in hostium duces sive captos, sive deditos, ut triumpho die occiderentur, quemadmodum nos *Cicero* docet quinta *Verrina*, *Livius* tum alibi, tum lib. xxviii. *Tacitus* *Annal.* xii. et alii multi. Eodem *Tacito* memorante, *Galba* decimari jussit, quos depre-

cantes in fidem acceperat: et Cæcina in deditonem accepto Aventico, in Julium Alpinum e Principibus, uti concitorem belli, animadvertit: ceteros veniæ vel sævitiae Vitellii reliquit. Quin et incendere urbes deditorum belli fuit licentia. Hinc Tacitus Annal. XIII. 'Oppidani portis sponte patefactis Romanis permisere, quod salutem illis tulit: Artaxatis ignis immissus.' *Gros.* Quod itaque hic contra jus belli factum dixit Sallustius, hoc alibi apud Historicos licitum dicitur.

· CAP. 92 *Omnia non bene consulta, in virtutem trahebantur*] Sic et Aldinum pariter ac manuscriptum: in Veneto autem, cujus aliquoties memini, atque item aliis quibusdam, addita nonnulla sunt, nimirum hæc, *rerum etiam casu data.* Ego quamvis priore lectionem probe, tamen quid hic suspicer, paucis dicam. Fortasse legendum, *omnia non bene consulta modo, verum etiam casu data, in virtutem trahebantur*: ut sit sensus; *Non solum quæ erant sapienter provisæ, sed et ea quæ casu aliquo ac felicitate quadam acciderant, virtutis esse existimabantur*: hoc est, non temere neque casu facta, aut forte fortuna, sed virtute consilioque potius gesta esse credebantur quæcumque bene evenerant. Sic et Q. Curtius de Alexandro lib. III. 'Jam primum,' inquit, 'nihil nisi divina ope aggredi videbatur: nam cum esset præsto ubique fortuna, temeritas in gloriam cæserat.' *Rivius.*

· *Omnia non bene consulta in virtutem trahebantur*] Aliquid esse etiam hic minus integri, produnt membranæ Commel. in quibus *trahuntur*; forte fuit, *in virtutem trahi*: nam quæ hoc loco citat ex aliis editionibus *Rivius*, nititurque emendare; sciamus licet, nata, post editionem primam, ab Pomponio Læto. *Gruterus.*

· *Omnia non bene consulta in virtutem trahebantur*] His verbis quidam codices hæc addunt verba; *verum etiam casu data in virtutem trahebantur.* Sed

sive ea legamus, sive omittamus, intelligenda videtur conjunctio etiam; ut sit sensus: *Omnia etiam non bene consulta.* Soldus ad *hosteis* retulit. 'Si hostes,' inquit, 'non bene consulebant, et Marius ita vinceret, laudabatur a plerisque.' Badius addit *solum*: *Omnia non solum bene consulta, verum etiam, casu data, in virtutem trahebantur.* Ita copiosa est ignorantia nostra, quoties hæremus; quemadmodum non ita multo post quod sequitur, aut *Deorum nutu cuncta pendendi*: ubi Badius exponit significari et addici, scilicet, *illi.* Soldus *Diis auctoribus fieri*: quod magis placet. *Glareanus.*

· *Namque hæud longe a flumine Mulucha*] Manuscriptum, *Mulucha*: rectene an secus, hæud dum equidem scio: nisi si quis putet sic dictum, ut Virgilius 'urbem Patavi' dixit Æneidos primo; et 'fontem Timavi,' ibidem; et septimo, ni fallor, 'flumen Hymellæ:' aut Cicero, 'in oppido Antiochiæ:' si modo sic idem scriptum reliquit. *Rivius.*

· *Namque hæud longe a flumine Mulucha*] Vide, ut saltum fariat auctor, a Capsa ad Mulucham, quæ tam longe distant invicem loca, nisi excusemus, quod ait: 'Multis locis potius.' *Glareanus.*

· *Quod Jugurthæ, Bocchique regnum disjungebat*] Sic idem Histor. l. IV. 'Qua in parte Cappadocia ab Armenia disjungitur. *Ciacconius.*

· *Quod Jugurthæ, Bocchique regnum disjungebat*] Manuscripta et alia pleraque: *disjungebat*: pro Regni fines discernebat, determinabat. Nam hic annis ingentium olim regnum terminus Bocchi Jugurthæque fuit, uti Pomponius inquit. Vulgo, *dividebat.* *Rivius.*

· *Mons saxeus*] Vide Frontinum, Strab. l. III. c. 9. Florus autem l. III. c. 1. urbem Mulucham vocat. *Castil.*

· *Nam omnis natura, velut opera atque consulto præceps*] In manuscriptis est, *opere*: sed eodem sensu. In quibus-

dam, sed impressis, *præceps erat*; quod non sane displicet. Illud non probo quod in antiquioribus est, nam per *omnia natura*, &c. id ex glossa addita irrepsisse in contextum videtur. Codex Badianus ad hunc modum, nam *omnia natura velut opera atque consulto præceps habebat*. Mihi legendum videtur *omnia*, ita uti fere in recentioribus est. Hoc autem dicit Sallustius, *totum montem fuisse natura præcipitem, ac si humana industria sic, et opere manūque, factus esset*. Forsan aliquis illud *omnia* explicare volens, in spatium quod versus dirimit suprascripserat per *omnia*: cum intelligi vellet, ex *omni parte*, ut Cæsar loquitur; id postea in contextum irrepsit. Julius Frontinus III. Strategematum, totum hunc locum, sed aliis interdum verbis repetit. Rivinus.

*Aggeribus*] Vide supra c. 22.

*Turribusque*] Vide supra c. 21.

*Machinationibus*] Alliter: *Machinationis*. Id est, testudinibus, ballistis, catapultis. De quibus Vitruvius et Vegetius.

*Nam cum ea paullo processerant*] In nonnullis est, *paullulum*: quomodo Cicero, 'aliquantulum procedere' dixit: sed prior lectio est in manuscripto quoque. Rivinus.

*Igni aut lapidibus*] Vide supra c. 57.

*Milites neque inter vineas sine periculo administrare, &c.*] Manuscripta, consentientibus aliis, *militēs neque pro opere consistere propter iniquitatem loci, neque inter vineas sine periculo administrare, optimus quisque aut cadere aut sanciri*; sic fere et Venetum exemplar. Itaque vides quam multa desint in recentioribus. Rivinus.

*Neque inter vineas sine periculo administrare*] Etiam atque etiam considerandum, num *intra vineas* legendum potius, quamquam ego nihil assevero. Glar. Vide supra c. 21.

CAP. 98 *Trahere cum animo suo*] Id est, Cogitabat an relinqueret oppugnationem inceptam hujus castelli.

*An fortunam opperiretur, qua sæpe*

*prosperè usus erat*] *Tò erat*, non est in vetustis omnibus, ac citra detrimentum sensus abesse poterit. In manuscriptis fuerat legitur. Rivinus.

*Quod adversum præliantibus erat*] Leg. censeo, *aversum*. Ciacconius.

*Quod adversum præliantibus erat*] Ego reclamantibus omnibus exemplaribus, legendum puto, *aversum*; non, *adversum*. *Adversa* enim pars anterior erat, ubi prælium fiebat, *aversa* autem posterior, ubi solitudo ac securitas. Lector ipse hujus totius loci verba sequentia secum perpendat, et videbit nos non temere id asseruisse. Glarean.

*Quod adversum præliantibus erat*] Quidam contra omnium exemplarium fidem *Aversum* legendum esse contendunt, nos autem nihil mutamus. Cur enim non potuit Ligus, cum non longe abesset ab eo latere castelli, quod Romanis oppositum erat, paulatim cochleas legens, ad summum montis pervenire? Castil.

*Animum advertit*] Tacit. Histor. III. 'Advertit ea Vespasiani animum, an potius accendit.' Ciacconius.

*Animadvertit*] Et hic Mss. *animadvertit*: ut vid. est apud Grut. Vid. c. 69.

*Cochleas*] *Cochleas* non tantum antiquis in pretio, atque cœnis expetite, ut testatur Plinius I. IX. c. 56. sed et hodieque nonnullis gentibus in deliciis. De iis ita Dioscorides: 'terrestres cochleas stomacho utiles sunt, et non facile corrumpuntur. Optimæ Sardonicæ, Africanæ, Astypaleicæ, et quæ in Sicilia, aut Chio gignuntur, et quæ in Liguria Alpibus, Pomatiæ, id est, opercularæ cognominatæ. Quæ vero vepribus fræctisque conglutinatæ coherent, ventrem, stomachumque turbant.' Hæc Dioscorides. Addit Matthiolum, cochleas, quæ in apricis admodum locis odoratis victitant herbis, gustu præstare ceteris, quæ in opacis ac palustribus degunt; nam illæ insipidæ habentur, vel palustrem resipiunt li-

rum. Ita per absynthium depastæ amaritudinem reddunt. Et prout pastus est, commendantur vel vilescunt. Nobis Batavis non contingit esse tau delicatis. Cum autem hic superius Africanas cochleas commendet Dioscorides, non mirum est ad delicias gulæ tanto cum studio collegisse militem.

*Humana cupidinis]* Hæc est incorrupta et vera lectio, quam ex Gellio l. ix. c. 12. et Nonio reposuimus, cum antea legeretur: *More ingenii humani cupido difficilia faciendi:* etai Nonius in dictione (ignarus) ubi citat hunc locum, pro *More*, legit *Amore:* et pro *Cupidinis*, *Cupiditatis*. Cast.

*More humana cupidinis ignara visundi, animum cortis]* Mss. cuncta, *animum cortis:* quo modo exemplar quoque Beroaldinum. Vulgo *animadvertit*. Nonius Marcellus, quo loco *ignarum* esse dicit et qui nescit et cui quid sit incognitum, ita hunc locum citat: *More humana cupidinis ignara visundi:* pro, Ignota explorandi et inspiciendi. Nam *cupidinis*, pro *cupiditatis* dixit, ut alias sæpe. Hanc lectionem magis ad sensum Sallustii quadrare suspicor. Nam habet eodem modo Gellius quoque l. ix. c. 12. quo loco et ipse docet, *ignarum* utroversum dici, non solum qui ignoret, sed et qui ignoretur. Id vero sic se habere, cum ex hoc ipso auctore, ut cum ait, 'Præter nomen vetera ignarus populo Romano:' tum ex aliis etiam liquet. Tacitus: 'Per occulta et vigilibus ignara.' Idem: 'Nihil tam ignarum Barbaris, quam machinamenta et astus oppugnationem.' Contra, *gnarum*, pro cognito apud eundem. 'Idque nulli magis gnarum,' inquit, 'quam Neroni;' et, 'Campos madentes et ipsis gnaros,' pro Cognitos. Rivius.

*More humana cupidinis ignara visundi]* Pro, *visundi ea, quæ ignorantur:* sic Gellius l. ix. c. 12. et Nonius in verbo *Ignarus* recitat. Quo modo

Tacitus locutus l. ii. 'Per occulta, et vigilibus ignara:' et l. iii. 'Non sibi quidem ignara quæ vulgabantur:' et l. xii. 'Nihil tam ignarum Barbaris, quam machinamenta, et astus oppugnationem:' et idem Sallustius: 'Regio hostibus ignara.' *Gnarus* item, pro *cognitus*, apud eundem Tacitum: 'Idque nulli magis gnarum, quam Neroni:' et, 'Campos madentes, et ipsis gnaros.' *Manutius*.

*More humani ingenii cupido]* Locum corruptum testatur Non. Marcell. qui sic citat in, *ignarum:* 'Amore humanæ cupiditatis ignara visundi.' Et Agell. l. ix. c. 13. 'More humanæ cupidinis ignara visundi:' et explicat *ignara* rã *ÿpocrita*. Sed Nonius corruptus est, apud quem lege ex *Ma. more cupidinis humana:* et lectionem veram apud Sallustium repono: *Ubi postquam solitudinem intellexit, more humana cupidinis ignara visundi, animum cortis*. Optima locutio et Sallustiana: Sulpitius tamen Severus Crispi, quantum tempora et ætas illa ferebat, æmulus: 'His more humani ingenii consilium fuit.' Et Apul. in Florid. 'Propius accessit, ut etiam cognosceret more humani ingenii quisnam esset.' Petron. 'Vitio gentis humanæ concupiit scire quis aut quidnam faceret.' *Putschius*.

*Castelli planiciem perscribit]* Alii libri, *pervenit*. Ciacconius.

*Castelli planitiem præscribit]* Manuscripta duo, *perscribit*. Quomodo, et sensus postulat. Error ex affinitate vocum ortus. Rivius.

*Eadem regreditur]* Fabricianum, *eodem:* nempe qua prius egressus ad summum prope montis erat. *Idem*.

*Eodem regreditur]* Lego; *eodem degreditur*. Gronovius.

*Non temere, uti ascenderat]* Manuscriptum Fabricii, *qua ascenderat*. Verum prior lectio mihi magis aridet, et eandem sensus exposcit: non ut temere ascenderat, sic etiam temere descendit; sed, uti mox sequitur,



tentans omnia ac circumspiciens. *Rivius.*

*Itaque Marium prope adit] Manu-*  
*scripta rectius adit, tempore præ-*  
*ædenti: quomodo et ex impressis quæ-*  
*dãdam. Sed et ea verba, quæ statim*  
*sequuntur, ejusdem temporis sunt,*  
*ut edocet, hortatur. Idem.*

*Ab ea parte qua ipse ascenderat] In*  
*manuscriptis est, descenderat. id, si*  
*quid ego judico, magis ad sententiam*  
*facit: habent eodem modo ex im-*  
*pressis quædam. Idem.*

*Pollicetur sese ducem itineris, pericu-*  
*lique nihil esse docet] In manuscriptis*  
*rd docet non est, ac majore cum gra-*  
*tia abesse citra detrimentum sensus*  
*poterit. In iisdem tamen, pollicetur*  
*sese itineris periculique ducem. Idem.*

*Quorum alii, uti cujusque ingenium*  
*erat] Td alii, non est in ullo manu-*  
*scripto, nec in impressis vetustioribus:*  
*e glossa nimirum irrepsit. Riv.*

*Ex copia tubicinum, et cornicinum*  
*quinque delegit] Sic: Ex omni copia*  
*necessarios quinque delegit. Ciacconius.*

*Itaque ex copia tubicinum et corni-*  
*cinum] In divisione classium et centu-*  
*riarum, supra diximus, accensos et*  
*tubicines et cornicines in quinta*  
*classe, in tres centurias fuisse distri-*  
*butos: Tubicines, qui tuba: Corni-*  
*cines, qui cornu canunt. Tubicines*  
*igitur et cornicines, quia ex classibus*  
*scribebantur, cum honore in ordines*  
*redigebantur: igitur ex his Marius*  
*quinque velocissimos delegit, et cum*  
*his quatuor centuriones: et hos om-*  
*nes Ligurum sequi, et ei parere jus-*  
*sit. Sold.*

*Quatuor centuriones] Et ita quadrin-*  
*gentos milites, qui forent præsidio,*  
*id est, protectioni. Bad.*

*CAP. 94 Ex præcepto tempus visum*  
*est, paratis compositisque omnibus] Per-*  
*mutatis dictionibus, leg. puto: Sed*  
*ubi ex præcepto, paratis compositisque*  
*omnibus, tempus visum est. Vide Tur-*  
*neb. XVIII. c. 7. Ciacoc.*

*Illi qui centuriis præerant edocti] Ita*

editio Aldi vetus: nec non Pall. sextus, septimus; octavus. Nam primitus natæ, partim, illi qui et assensuri erant edocti, partim, illi qui et ascensuri erant: quod ipsum nullo negotio mutari posset in *ecensuri*, de quo ita paratragœdiatur Carrio, sed præter rem et scripturam Mss. meliorum. Ligus enim mutavit arma centurionibus solis, non etiam tubicinibus; utpote quibus ore utendum erat, non manibus, nisi quatenus eis sustinerent tubam: præterea membranæ potiores habent Naz. quidem ac Pal. sec. illi qui & centuriæ præerant; neque aliter Commelinianus, nisi quod illud & representet notam, qua in inscriptionibus antiquis designatur aut centuria aut centurio; ut vix mihi dubium sit, expressum primitus illud centuriis, sive adeo centuriæ, non omnibus literis, sed nota sua peculiari: quod ipsum tamen erroram causa. Nam in Pal. tert. visas; illi qui ex centuriis præerant: quart. illi qui et centuriis præerant: quint. illi qui ascensuri erant. Gruterus.

*Capite atque pedibus nudis, uti prospectus nixusque per saxa facilius foret] Sic in cunctis exemplaribus et antiquis et recentioribus: ut facilius adverbium sit. Ceterum in Julio Frontino III. Strategematum, ubi totidem ipse verbis locum hunc repetit, facilius foret legitur: sed eodem sensu, nec aliter volumen Florentinum. Riv.*

*Numidica] Quæ Numidiæ Citra appellabant. Vetus Scholiastes Juvenalis ad illa verba Satyræ II. 'Et Gætulus Oryx.' Oryx animal mirum quam bubalus, quem Mauri uncem vocant: cujus pellis ad cituras proficit, scuta Maurorum minora. חַשְׁמַיִם, id est, Ceschira pro clypeo in Chaldaica Paraphrasi sumitur Prov. VI. 11. Cetram tamen brevioris clypei genus Virgilius quoque Oscis tribuit, Hispanis Plutarchus et Silius, Hesychnus Iberis et Celtis, Tacitus Britannis. Bochart.*

[ *Ponderis gratia* ] Nam scuta Romana ex ferro graviora sunt.

[ *Offensa* ] Id est, Contacta a lapide, streperent lenius, scilicet quam ferrea. *Bad.*

[ *Inermos mittere* ] Sic infra : ' ab inermis pedibus.' Notatur hoc a Nonio, et eo sæpe utitur Tacitus. *Ciacconius.*

[ *Ac sapius eadem ascendens et descendens* ] Legendum monnerunt alii : *ac sapius eadem escendens et descendens* : quod verum puto. Notarat et *escendere* in Sallust. Fronto, sed Manutius locum corruptum putabat. Verbum hoc incuria descriptorum male acceptum in veterum libris, ac plerumque in *descendere* mutatum. Varro de L. Latina l. iv. ' Tertius gradus quo Philosophia ascendens pervenit : ubi veteres libri *descendens* pervenit : sed legendum, *escendens*. Putabimus.

[ *Sicut aliis diebus adversum hostes aderam* ] Putabam olim : *adversum hostes ierant* : quia infra : ' Cum Sulla, profligatis iis quos adversum ierat, rediens ab latere Mauros incurrit.' Nunc nihil muto. Apulejus Milesia secunda : ' Prima face cubiculum tuum adero : ' ita codices notæ melioris, et editio Florentina. *Idem.*

[ *Marius ubi ex nuntiis cognovit, qua Ligus egerat* ] Quanto rectius ac modulatus in manuscriptis, *Marius ubi ex nuntiis, qua Ligus egerat cognovit* / Rivius.

[ *Quamquam toto die intentos prælio Numidas habuerat* ] In plerisque est, *suos habuerat* : sed prior lectio bene habet ; nam et ante Sallustius ' intentos præliantibus fuisse Numidas ' dixit. *Idem.*

[ *Testudine* ] Isidorus lib. xviii. cap. de fundis : ' Testudo series armorum, umbonibus inter se connexorum.' Idem libro eodem cap. de clypeis : ' Est et testudo scutorum connexio curvata in testudinis morem.' Item veteris onomasticon : ' Testudo con-

nexio scutorum.' hactenus nominis rationem habes. Res ipsa ab Historicis petenda. Livius originem a ludico Circensi deducit l. liv. ' Juvenes,' inquit, ' etiam quidam Romani ludico Circensi ad usum belli verso, partem humillimam muri ceperunt.' Ceterum ex eodem discamus primum id genus exercitii, quod armaturæ, quæ sub campiductoribus erant, inter varia spectaculorum genera, Romæ exhibere solent in Circo. Livius dicto loco : ' Inter cetera,' inquit, ' sexageni ferme juvenes, interdum plures, ab apparitoribus ludi, armati inducebantur : ' horum inductio, in parte simulacrum decurrentis exercitus erat ; ex parte elegantioris exercitii, quam militaris artis, propiorque gladiatorum armorum usum. Cum alios decursus edidissent motus, quadrato agrimine factò, scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertiis magis, et quartis, postremis etiam genu nixis ; fastigiatam, sicut tecta ædificiorum sunt, testudinem faciebant : hinc quinquaginta ferme pedum spatio distantes duo armati procurrebant, comminatique inter se, ab imo in summam testudinem, per densata scuta cum evasissent ; nunc velut propugnantes, per oras extremæ testudinis ; nunc in media inter se concurrentes, haud secus quam stabili solo persultabant. Ad imitationem testudinis jam propositæ duplicem excogitarunt Romani, alteram in campis patentibus, alteram in oppugnationibus. In campis patentibus, si quando circumfusis undique hostibus, pares esse non possent : in genua milites procumbebant, et clavis undique extremis gravis armaturæ scutis, receptis in medio impedimentis, et levi armatura, requiescebant : post cum visum esset, tanquam redivivi redintegrabant prælium. Si forte mihi noxia, ac crede Historiarum scriptoribus : Lucius Florus iv. 19. ' Delecta,'

inquit, ' reliquæ copiæ forent, nisi urgentibus telis, in modum grandis, quedam forte, quasi docti procubissent in genua milites, et elatis supra capita scutis, cæsorum speciem præbuisent. Tum Parthus arcus inhibuit: deinde Romani, cum se rursus extulissent, adeo res miraculo fait, ut unus ex barbaris emisit vocem, Ite, et bene valete Romani, merito vos victores fama gentium loquitur.' Meminit et Plutarchus in Antonio, et Appianus de bello Parthico. Quinimo in testudine hac construenda, præter impedimenta, et levem armaturam; etiam equites in medium recipi solent: qui ne quid aliis incommodarent, etiam equos genua flectere, seque inclinare docebant. Testis luculentissimus Dio Nicæus in Augusto. Itidem usi testudine Romani in invasione murorum. Livius eodem loco, quo supra, ubi de testudine illa Circensi: ' Huic,' inquit, ' testudini simillima, parti muri admota, cum armati superstantes subiissent, propugnatoribus muri fastigio altitudinis æquabatur, depulsiisque iis, in urbem duorum signorum milites transcendunt. Id tantum dissimile fuit, quod et in fronte extremi, et ex lateribus, soli non habebant super capita elata scuta; ne nudarent corpora; sed prætecta pugnantium more. Ita nec ipsos tela ex muro missa subeuntes læserunt, et testudini injecta imbricis in modum lubrico fastigio innoxia ad imum labebantur.' Hæc ille. Idem genus oppugnationis etiam Batavos nostros a Romanis didicisse, et narsæ, ex Tacito probabo libro quarto Historiarum. De Batavis loquitur contra Romanorum oppugnantibus: ' Appositis plerique scalis, alii per testudinem suorum jam quidem scandebant.' Simili testudine Persæ quoque regem suum a balistarum ictibus, et sagittarum multitudine servavere incolentem: apud Ammianum libro vigesimo. Ejusdem quoque modi tes-

tudo composita fuit in navali prælio; de qua luculentum testimonium apud eundem Ammianum l. xxvi. ' Conjunctis,' inquit, ' tribus navigiis testudinem hac specie superstruxit; densatis coherentes super capita scutis, primi transtris instabant armati, alii post hos, semet curvantes humiliter, tertiis gradatim inclinatis submisit, ita ut novissimi suffraginibus insidentes, formam ædificii fornicati monstrarent: quod machinæ genus contra murales pugnas ideo figuratur hac specie, ut missilium ictus, atque saxorum per decursus cadentes labiles, instar imbrum, evanescant.' Ita Ammian. Præterea si exercitu proficiscente, in locis concavis, angustis, et lutosi hæsuræ videbantur impedimenta, tali testudine facta, milites, equos, et ipsa etiam vehicula transmittere solent; quod nos vult credere idem Dio, loco quo supra. *Stæw.*

*Testudine.]* Uti ea Romani in triplici discrimine, in oppugnando, pugnando, repugnando: unde et triplex testudo. In oppugnando fuit, cum scutis super capita elatis muro succedebant, primis altioribus, et ordine paulatim, tecti simplicis in morem, decrescente. Causa, ut tela injecta per proclive laberentur, et minus insidere possent aut insigi. In hac ergo testudines manipulatim aut centuriatim se conglobabant. Hujus testudinis finis unus, succedere et subnare: aliter, succedere et ascendere. Nam ascendebant alii super alios, ut fastigio altitudinis muri sequerentur. Id Tacitus vocat iteratam testudinem, et quasi duplicatam: imo etiam tertii super duplicem illam seriem ascenderunt. Testudo altera in pugna est, cum globo facto, et tecti scutis, sic invadebant ac per rumpebant. Ea densatio firma utilisque fuit in equitatum repellendum. In hac autem secunda testudine nec latera semper tecta, nec item subessio illa et inclinatio per gradus. Tertia testudo est

in Repugnando, cum ab equitatu aut levi armatura ciacti, huc decurrunt, ut in orbem se muniant, mediis altioribus, extremis undique desidentibus.

Accuratissime hanc descripsit Dio, l. XLIX. his verbis: 'Testudo talis est, et fit hoc modo: Impedimentis, et levi armatura, et equite omni in medium acceptis, gravis armaturæ pedites illi, qui oblongis et in tubi dimidiati modum factis scutis utuntur, in extremis partibus pro muro ponuntur, et reliquos omnes ipai extra spectantes ambiunt. Ceteri, qui latiora scuta gerunt, in medio densi locantur, et scuta cum super se, tum super alios tollunt, ut in tota phalange non aliud sit, quam scuta cernere, et a telorum jactu omnes tutes esse, ob densitatem instructionis. Adeo enim valide firmant, ut et super eam homines aliquot ingredi possint; imo etiam equi et currus agi, quoties in cavo et angusto aliquo loco constipantur. Hæc est forma ejus instructionis, et nomen a testudine cepit, ob firmitatem, et quia optime tegit. Usus autem duplex.' (Illam pugnae omittit, quia rarus Romanis.) 'Nam et in oppugnanda munitione aliqua subeunt, et sæpe in ipsam murum quosdam attollunt: aut circumventi a sagittariis, inclinant se omnes simul; (nam et equi docti sunt in gena submittere se et inflectere) sic opinionem hostibus defatigationis suæ præbentes, iis appropinquantibus, statim terrore injecto, consurgunt atque incurrunt.' Lips.

*Tormentis*] Vide supra c. 67.

*Sagittariisque et funditoribus*] Vide supra c. 46.

*Vinea*] Vide supra c. 21.

*Secundis rebus*] Id est, Prosperis, quia sæpe subverterant vineas Romanorum, nec eos muris appropinquare permiserant. Soid.

*Deinde super occisorum, &c.*] Manuscripta fere deia. Rivius.

*Corvantes murum adscendere*] Codi-

ces in membrana descripti, quos ego viderim, omnes ad unum habent, murum petere: non; quod in impressis fere est, adscendere. Judicet lector. Idem.

CAP. 96 *Ceterum dum ea res agitur*] Manuscriptum geritur. Idem.

*Latius et sociis*] Vide supra c. 39.

*L. Sisenna*] Bello Numantino, ut Vellejus Paterculus loquitur, historiarum auctor jam tum Sisenna erat juvenis: sed opus belli Civilis Sallasti post aliquot annos ab eo seniore editum est. Fuit hic Historicus e gente Cornelia, ut Festus testatur. Cujusmodi fuerit orator et Historicus Cicero docet. Is enim in Bruto ita loquitur: 'Doctus vir et studiis optimis deditus, bene Latine loquens, gnarus Reip. non sine facetiis; sed neque laboris multi, neque satis versatus in causis.' De historia ejus ita ibidem: 'Sisennæ omnis facultas ex historia ipsius perspicui potest: quæ cum facile vincat omnes superiores, tum indicat tamen, quantum absit a summo, quamque genus hoc scriptiois nondum sit Latinis literis illustrata.' Et in primo de Legg.: 'Sisenna omnes adhuc nostros Scriptores, nisi forte qui nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facile superavit. Is tamen neque orator in numero vestro unquam est habitus, et in historia puerile quiddam consuetatur: ut unam Clitarchum, neque quenquam præterea de Græcis legisse videatur, eum tamen velle duntaxat imitari: quem si assoqui possent, aliquantum ab optima tamen abesset.' Quod argumentum in Historia sua Sisenna tractaverit, ex fragmentis satis cognoscitur. Nam inde ab iis orsum liquet quæ contigere post urbem a Gallis captam; desisse autem in rebus Sullæ. De quibus non libere scripsisse Sallustius hic noster testatur. Vertit idem et Milesiacas fabulas Aristidis: unde Ovid. Trist. l. 11. 'Vertit Aristidem Sisenna, nec obfuit

illi Historiæ turpes inseruisse jocos.' Meminere etiam veteres Grammatici commentarii ejus in Plautum: neque mirum in eo auctore enucleando illum operam suam posuisse, cum de eo scribat Cicero: 'qui recte loqui putaret esse inusitate loqui.' Eum Siciliæ aliquando, itidem Achaïæ prætorem fuisse, ex veterum monumentis apparet. *Voss.*

*L. Sisenna*] Designat L. Cornelium Sisennam, qui Historiarum libros XXII. conscripsit, quique Sisenna in ænea apud me tabella Prætor inter cives et peregrinos describitur M. Lepido, Q. Catulo Coss.: cujus filius Cn. Cornelius Sisenna habetur in argenteis denariis cum inscriptione CN. CORNEL. L. F. SISENA, unico N anti-que. *Ursin.*

*Igitur Sulla patriciæ gentis nobilis fuit*] Tò nobilis ejiciendum monet tenor orationis, et Servius, qui sic citat: 'Igitur Sulla patriciæ gentis fuit, familia jam extincta majorum ignavia.' Infra l. III. historiarum: 'At Cn. Lentulus patriciæ gentis, collega ejus,' &c. *Putschius.*

*Familia prope jam extincta*] Illud prope, non habet Servius, qui Sallustii locum citat l. VII. *Æneid.* nec Tacitus, qui l. IV. ait: 'Utque familiæ ipsæ jam extinctæ sint, reperies qui ob similitudinem morum aliena facta sibi objectari putent.' *Ursinus.*

*Igitur Sylla patriciæ gentis nobilis fuit*] Manuscripta, sicut et impressa fere, gentis patriciæ; ut adjectivum sequatur. *Rivius.*

*Literis Græcis*] Is etiam reliquit libros rerum gestarum, quorum ex secundo aliquid adfert Gell. l. 12. et XX. 6. Iis in libris de rebus suis egit, Plutarcho teste in vita Sullæ. Nec absolvere potuit morte præventus. Sed quod non quivit Sulla, id fecit libertus ejus Epicadus. Suetonius in illustribus Grammaticis: 'Cornelius Epicadus, Lucii Sullæ Dictatoris libertus, calatorque sacerdotio augu-

rati, filioque ejus Fausto gratissimus fuit: quare nunquam non utriusque se libertum edidit. Librum autem, quem Sulla novissimum de rebus suis reliquerat, ipse supplevit.' Apud Plutarchum semel iterumque lego, Sullam commentarios suos dicasse Lucullo, idque ea conditione, ut is digereret, poliretque. Sed Epicadus, ut credo, fecit, quod potuit: hinc Lucullo obtulit, ut is supremam manum adderet. Alioquin Epicadi tanquam idonei auctoris meminere Victorinus, Charisius, Macrobiusque. *Voss.*

*Literis Græcis juxta atque doctissimæ*] In aliis libris vacat atque. Ciacconius.

*Otio luxurioso esse, tamen ab negotiis nunquam cum voluptas remorata*] Eam, non habent exemplaria in pergamenis descripta, neque ceteri codices vetustiores, et rectius subauditur, quam exprimitur.

*Potuit honestis consul*] Sulla cum decimas Herculi solvens prandia populo daret, Metellam uxorem jam animam agentem repudiavit, ac in aliam domum viventem adhuc transferri jussit, idque fecit hortatus ab amicis, ne voluptates interrumpere-nt. Hoc igitur fortasse significavit Sallustius hoc loco: vel potius illud, quod Sulla Valeriam in theatro lascive nimis blandientem sibi uxorem duxit. Vide Plutarchum. *Cast.*

*Amicitia facilis*] Ms. verbo auget, aditu et amicitia facilis: id postulat copula. *Putschius.*

*Altitudo ingeni*] Turnebus Advers. III. 15. Ciaccon.

*Atque illi felicissimo omnium ante Avilem victoriam, nunquam super industriam fortuna fuit*] Ante civilem victoriam Sulla omnium fortunatissimus fuit: quia fortuna ei in omnibus propitia erat: sed tamen non minus virtute et industria, quam fortuna valebat. Sed post civilem victoriam fortunatus non fuit, quia dominatum

aliquamdiu tenuit, sed pristinam virtutem amisit: et eam in impietatem crudelitatemque convertit: nam parva victoria, totam urbem civili sanguine replevit Sulla: Cajum Marium urbe pepulit: deinde Cinna quinque consulem, qui contracto exercitu Cajo Mario favebat, victum occidit. Item C. Carbonem et Marium juniorem crudeliter necavit. Postremo parva ex omnibus victoria, crudelissimum omnium totam urbem civili sanguine replevit. *Sold.*

*Multique dubitavere, &c.]* In elogio isto Sullano, subodoror emblemata aliquot sciorum: certe, nonne hoc loco præstitisset, *multis dubitantibus*; aut solummodo, *dubium fortior an felicitior?* Gruterus.

*Pudeat magis an pigeat disserere]* Nonius, *Pudeat ne an pigeat magis disserere.* Ciaccon.

CAP. 96 *Ut supra dictum est]* Codex Fabricianus, uti: quomodo et alias fere. *Rivius.* Illa, uti *supra dictum est*, sunt ab homine mire oblivioso, non a Sallust. *Gruterus.*

*Multis rogantibus, aliis per se ipse beneficia dare, invitus accipere]* Ita v. c. et ita infra: 'Et mehercule Sulla ante te cognitum, multis orantibus, aliis ultro, egomet opem tuli.' *Ursin.*

*Invitus accipere, sed ea properantius, quam æs mutuum reddere, ipse ab nullo repetere]* Hunc locum transpositis dictionibus in integrum reponi sic posse existimo; *Invitus accipere, sed ea properantius reddere: æs mutuum ipse ab nullo repetere.* Ciaccon.

*Beneficia]* Beneficiorum sacratissimum jus, ex quo amicitia oritur. Eadem accipienda nonnunquam, ita tamen, ut citius reddamus. Alacrior pietas est, si ad reddenda beneficia cum vincendi spe quis venerit. Magni animi est, beneficium perdere, et dare. Ad dandum non debet nos adducere cogitatio avara, nec sordida: sed humana, liberalis, cupiens dare etiam cum dederit, et

augere novis ac recentibus vetera; quin et ultro dandum est. Beneficium sero dedit, qui roganti dedit. Vide Senec.

*Ut illi quamplurimi deberent]* Illi pro ipsi capitur: sibi noluit dicere, ne in debitores recipere: est autem notandum hoc locutionis genus. *Glar.*

*Seria et joca]* Maximum plerumque Nobilitatis venenum superbia, et contemptor vulgi animus. Sapiens nullum ab amicitia sua abigit, nisi improbum. Ita vitam instituit, ut in peccata etiam infimorum descendat, et amorem sui veluti invitæ extorqueat. Neminem itaque contemnet. Omnes, si ad primam originem revorentur, a Deo sunt. Plato ait nullum regem non ex servis esse oriundum, nullum non servum ex regibus: omnia ista longa varietas miscet. Modestia itaque et cum humilibus familiaritas, radix est et altrix veræ honestæque famæ.

*Cum humillimis agere]* Servius in 1. Æneid. 'Cum humillimis exercere.' Ciacconius.

*In operibus, in agmine, atque ad vigiliis multus esse]* Manuscripta, *adesse*: nam libenter geminabant præpositionem antiqui; cujus alicubi meminit Priscianus. Sic Tacitus XIII. 'in agmine,' 'in laboribus frequens adesse,' inquit. *Rivius.*

*Vigiliis]* Vide supra c. 44.

*Multus]* Id est, Frequens.

*Famam lædere]* Livor et obtrectatio passim bonorum operum impedimenta, aut venena. 'Minuti illi sunt,' inquit Lipsius, 'qui non se attollunt, nolunt etiam alios: et factis cum obstare non possunt, conantur linguis, et spargunt verborum ista levia tela. Atque id eminus, ut Parthi fugientes: nam cominus non se componunt, ne rectis oculis virtutem alicujus intueantur. Nemi detrachere, virtutis proprium est. Et semper bene dicentis sermo melior est, quam male dicentis.'

Quibus rebus et artibus] Et artibus non est in scriptis duobus, et abesse potent. *Putschius.*

Mario militibusque carissimus factus est] Tò est neque in manuscripto quodam, neque in impressis plerisque est; sed nec Beroaldinum exemplar habet. *Rivius.*

CAP. 97 (apsam] Vide supra c. 89.

Ipsique Boccho pollicetur Numidia tertiam partem] Manuscripta, ipsique Mauro; sed est idem utrobique sensus. Prius illud ex glossa irrepsit: nam et sæpe alias Maurum, ipsum Bocchum vocat, per antonomasiam: quomodo Pœnum Livius Hannibalem. *Rivius.*

Vix decima parte diei relicta] Hunc locum Gellius ita legit, vix decima parte die reliqua; id quod supra quoque ostendimus. *Rivius.*

Vix decima parte die reliqua] Antea in vulgatis diei legebatur, quemadmodum est in Fulvii libro. Emendavi die, ex Prisciano libro VIII. et Gell. l. IX. c. 14. cujus hæc sunt: 'Ego in Jugurtha Sallustii, summæ fidei et reverentiæ vetustatis libro, die casu patris scriptum inveni. Verba hæc ita erant: 'Vix decima parte die reliqua: non enim puto argutiolam istam recipiendam, ut die dictum, quasi ex die, existimemus.' Supra quoque: 'Et jam die vesper aderat,' pro diei. Non enim adsentior Fulvii libro, in quo diei scriptum est, litera, quasi errasset librarius in scribendo, superscripta. Et infra: 'Quæ dubia nisi videbantur: sic enim habent quidam veteres libri. Et rursus: 'Ubi castra locata, et die vesper erat;' quo item loco, diei habet Fulvii liber. *Acie* quoque pro *aciei*. *Manutius.*

Vix decima parte die reliqua] Explicandum: Die vix quod ad decimam partem reliqua. Vide sis Gronovium ad Livium XXIX. 7.

Contra, Romanis utrumque casum in tenebris difficilem fore] Manuscripta, difficiliorem fore; id quod sententia

magis exigere videtur: nec Beroaldinum secus. *Rivius.*

Equos ascendere] Varro l. 1. de Agricultura: 'e vinea in arbores ascendit.' Et in eodem: 'in carnarium escendat.' *Ciacce.* Antiquum etiam Glossarium habet: *Escendit, εμβαλει, &c.* licet ibi corrupte sit, *συμβαλει. Ursin.*

Equos escendere] Sic Fronto legit. In quo dubitarem mendum inesse, nisi ab eo literarum ordinem servatum viderem. Hæc enim recitat in verbo *Escendo.* *Manut.* Vide *Turneb. Adversar. XX. c. 30.*

Equites, peditesque permisti] Exemplar Fabricianum; equites, pedites, ut sit asyndeton. *Rivius.*

Equites, pedites, permixti] *Equites, pedites*, de Numidis tantum intelligi; sed verbum *alios*, de Romanis, declarant verba quæ paulo post sequuntur; 'quod hostes,' inquit, 'numero plures.' Igitur cum judicio locus legendas est. *Glareanus.*

Pedites permixti cadere alios, alios obtruncare, multos etiam, &c.] Locus hic in omnibus editionibus fæde depravatus fuit, eum nos adjuti a Canteri codice, pristinae integritati restitimus. *Popma.*

Obtruncare multos] Sublato verbo, *Alios*, quod in vulgatis libris erat, in quibus legebatur, *Alios obtruncare, multos contra, &c.* mutata etiam distinctione; locum, ut opinor, illustravi; quam correctionem eidem Fulvii libro deberi fatendum est. *Manut.*

Veteres novique et ob ea scientes belli] Voces *novique* suspectæ mihi sunt. Non enim convenit; propterea quod novi essent, scientes esse belli. *Ciacconius.*

Veteres novique, et ob ea scientes belli] *Novi, et scientes belli*, contraria sunt. Quare videndum an illud, *novique*, adjectum sit. *Scientes* autem *belli* dictum est Græca forma, *εὐβότας καλέμω. Ursin.*

Denique Romani veteres novique et ob ea scientes belli, &c.] Illud *ob ea*, vel

*veleres refert, remotius adjectivum: vel exponendum cum Badio, Ob ea, id est, ob eas res, quod veterani quocumque adessent. Glar.*

*Romani veteres novique, et ob ea scientes belli]* Bona lectio. Intermixti erant veteribus novi, exercitiisque iisdem habiti; idcirco etiam gnari praeliorum. Respicit ad ea quæ dixit c. LXXXVII. 'Sic brevi spatio novi veteresque coaluere, et virtus omnium æqualis facta.' Emendationes aliorum, nauci non sunt. *Gruterus.*

*Si quos locus aut casus conjunxerat, orbem facere]* Sic et manuscripta. Ceterum in plerisque est, *orbem facere*, numero singulari, pro, In unum congregari: vel, Orbem colligere, quomodo Livius loquitur et Cæsar. Cum illi orbe facto sese defenderent, inquit. *Rivius.*

*Orbes]* Eo genere defensionis resistere adversarii milites exercitati queunt, etsi numero multo inferiores; sed commodissimum putatur, si qui orbem compositi sint, locum paulo editiorem vel montem occupare possint. Sic equites Romani, cum auctore Sexto Temponio decurione totam Volscorum aciem perripissent, atque eadem ratione, id est, cuneo, ad suos redire non possent, tumulo occupato et orbe instructo, magnam diei partem et totam noctem ibidem se tutati sunt, et maxima cum gloria ad suos tandem redire. Testis Livius l. iv. *Stewech.*

*Atque ita ab omnibus partibus simul et tecti et instructi hostium vim sustentabant]* Sic in quibusdam. In manuscriptis deest alterum *et*, quod ut nihil aliud, ad elegantiam interim facit. Nihil tamen immuto. *Riv.*

CAP. 98 *Quam ex fortissimis magis, quam ex familiarissimis paraverat]* Manuscripta, *quam familiarissimis*, omissa repetitione præpositionis *ex*: id Salustianum magis est; nec Beroaldinum secus. *Rivius.*

*Consulere militibus, quoniam imperare*

*conturbatis omnibus non poterat]* Convenientior lectio videtur, *Consulere multis, quoniam conturbatis omnibus non poterat.* *Ciac.*

*Invadere]* Hic distinguerem ego, ut postea ait: *Consulebat militibus manu.* *Cast.*

*Invadere manu, consulere militibus]* Incerta distinctio. Quidam post *manu*, distinguunt, ut sit sensus, *Invadere manu*, id est, *turma sua*, quam *ex fortissimis habebat*: ita codex Aldinus. Alii, ut Badius, ante *manu*, quasi diceret: *Manu indicium dabat militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat*, ut ait auctor: idque intelligendum, Donec dies erat: nam mox sequitur: 'Jamque dies consumtus erat,' quæ est heptemimeres Heroica, et syllaba longa; hoc est, carminis Heroici quatuor primi pedes; casusque an studio ab auctore factum, incertum. Livius tamen ita orsus est historiam Romanam, si Quintiliano, auctori in primis gravi, quicquam credimus. Sed et sesquiheroicum carmen apud auctorem Livium libro secundo decados tertiæ, ostendimus in annotationibus in eundem editis. *Glar.*

*Quorum in uno castris parum amplo fons aqua magna erat: alter usui opportunus, quia magna parte edita et præcipiti pauca munimenta quærebat]* Legendum ex impressis vetustioribus, *alter usui opportunior, quia magna parte editus et præceps, pauca munimenta quærebat.* In manuscriptis et aliis quibusdam, *gerebat* legitur; ubi Gymnicus, *quærebat*: sed iudicent alii. *Rivius.*

*Castris parum amplo]* Quia hic collis non erat tantæ capacitatis, ut castra Romana capere posset, et continere. *Sold.*

*Neque minus hostibus conturbatis]* Locus difficilis. *Ciac.*

*Dein custos pleno gradu in collem subducit]* Apud Nonium, *Cunctos* legitur, hæc recitantem in verbo, *Subduco.* De pleno autem militum gradu viden-



das Vegetius l. i. c. 12. et epistola Trebonii xvi. l. xii. *Man.*

*Utroque colle multitudine circumdato]* Quid si circumdata legas? Ipse Sall. Hist. l. i. r. 'Occupatusque collis editissimus apud Ilerdam, et cum multa opera circumdata.' *Ciac.*

*Deinde crebris ignibus factis]* Manuscripta, dein. Riv.

*Streperē pedibus, vocibus]* Tò pedibus; non est in ullo manuscripto. neque in Beroaldino: sed addendum sit nec ne, aliorum esto iudicium. *Idem.*

*Ipsi duces feroces, quod non fugere]* Si mei iudicii res esset, legerem inductis supervacaneis: *Ipsi duces feroces, ac pro victoribus agere.* Putsch.

*Et ipsi duces feroces]* Id est, Indomiti atque elati. Duces feroces erant, quia non fugiebant, sed tanquam victores se gerebant, obsessis collibus, in quibus erant Romani. Aut *pro victoribus agere:* id est, Gerebant se pro victoribus; quia tanquam victores Romanos obsessos in collibus tenebant. *Sold.*

*Quod non fugere]* In codicibus quibusdam Lugduni impressis est: *Quod sui non fugerunt.*

*Quod non fugere]* Hic non fugere, pro non fugerent, aut non fugissent positum videtur. Badius tamen *fugere* præteriti perfecti temporis existimat. *Glar.*

*Quia non fugere, ut pro victoribus agere]* Non abii a vetuste editis, aut Mss. antiqq. nisi quod eorum aut refinxerim, litera abjecta. abest quidem ea vox tota Pal. quarto, sed soli; absque eo fuisset, libens etiam exturbassem: codd. infimæ ætatis habent ejus loco atque, aliæque adhuc sensui supplendo quem non capiebant. At nostra scriptura hoc vult, gessisse reges se tanquam vicissent, quod non etiam fugissent, ut solent homines, mentis abrepti recordia; ut pluribus ostendo in Dissertationibus ad Tacitum. Mediæ edd. habent; *quod non fugere ac pro victoribus agere.* Grut.

*Pro victoribus agere]* Curtius, 'Pro victore gerere,' et alii dixere. *Ciac.*

*Ac pro victoribus sese agere]* Tò sese non habent codices in pergamenis descripti, nec est in impressis quibusdam vetustioribus. *Rivius.*

*CAP. 90 Ne signa quidem]* Noluit, ut tuba canerent ea nocte, sicut fieri solet, quando custodes exercitus dant signa.

*Vectigales tubicines.]* Qui sunt vectigales tubicines? *Ciac.*

*Vectigales]* Vectigal proprie dicitur tributum, quod pro vectura penditur: unde populi vectigales dicebantur, qui populo Romano annuatim tributa solvebant. Unde hoc loco fortasse *tubicines vectigales* dicit, qui missi erant ab alienigenis populis, videlicet ab his, qui populo Romano vectigalia pendebant; sed hanc expositionem infirmam relinquo. Non enim satis placet. *Sold.*

*De improviso vectigales]* Soldus *vectigalibus* exponit, id est, a *vectigalibus missos*, hoc est, a *tributariis*. Badius *Vectigales tubicines* exponit, qui *præcinere solent vectigalibus*, id est, *tributariis*, aut qui ipsi vectigales erant. Ego cum Soldo hæreo: nam neque illi sua satisfacit expositio, et neque id verbi ita positum alibi me legere memini. *Glar.*

*Tubicines simul omnes signa canere]* Pro *Signa*, erat in vulgatis libris, *tuba:* est autem absurdum, si dicas, *Tubicines tuba canere:* nam, si tubicines sunt, quis dubitet, quin tuba canant? Itaque reposui, quod scriptum vidi in antiquissimo Fulvii libro. *Tubicines* autem *signa canunt*, cum tubarum clangorem spiritu excitant. Panllo ante dixit, 'Ne signa quidem canere jubet:' et in Catilina c. 59. 'Signa canere jubet.' Utroque enim modo dici potest, *Signa canunt*, ut *Signa* sit nominandi casus, et, *Tubicines signa canunt*, ut sit accusandi casus. *Tube* vero *signa* vocantur, quia militibus signum dant, quid eis agendum sit:

nam, si referre, aut inferre pedem oportet, si consistere, et aut locum ordinemque mutare, varie signa canunt. *Men.*

*Marii*] Quibus præerat Bocchus.

*Gatuli*] Quibus præerat Jugurtha.

*Streptu, clamore*] Hic clamor *barritus* appellabatur veteri Gallica voce. Inconditum murmur nos hodieque *barra* appellamus, sicuti et fluctus marinos. Unde lucem accipit Ammiani Marcellini locus lib. xvi. 'Excipiunt eos jam gesturientes barritum ciere vel maximum: qui clamor ipso fervere certaminam a tenui susurro incipiens, paulatimque adolescens, ritu extollitur fluctuum cautibus illisorum.' Unde emendandus locus Festi, qui ita scribit: 'Barbaricum appellatur clamor exercitus, videlicet, quod eo genere Barbari utuntur.' Pro *Barbaricum*, lege, *barritum*. Cui rei autem hic immensus clamor? Proculdubio ut terrorem injicerent, et quo testatior esset eorum virtus. Audi hic Cæsarem lib. III. Belli civilis: 'neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique conclinerent, clamoremque universi tollerent, quibus rebus et hostes terri et suos incitari existimarant.' Vide Joh. Isaac. Pontan. in Glossar. Gall.

*Tumultu, terrore, formidine, quasi recordia ceperat*] *Ms. noster: tumultu, formidine, terror quasi recordia ceperat.* Quod non temere rejiciendum. *Putschius.*

*Quasi recordia ceperat*] Id est, Quasi amentia et insania cunctos occupaverat, nam nesciebant, quid facerent.

CAP. 100 *Quadrato agmine*] Id est, Exercitu quadripartito. Et statim declarat, quomodo quadratum erat agmen; nam disposuerat Marius, qui a dextra et sinistra parte, a fronte et a tergo curarent. *Sold.*

*Sulla cum equitatu apud dextimos*] *Fabricianum, apud extremos: sed vulgata lectio verior, pro, In dextra*

parte; nam sequentia palam ostendunt, sic legendum esse: ea sunt, 'in sinistra parte A. Manlius, cum funditoribus et sagittariis,' &c. *Mo:* 'primos et extremos cum expeditis manipulis tribunos locaverat.' Videane, ut hic extremorum meminerit, et ut dextimos opposuerit sinistrae parti? Sed quid multis? Legit eodem modo Priscianus l. II. de superlativo agens. 'Excipiuntur,' inquit, 'dextimus et sinistimus.' Dein subdit hoc e Sallustio exemplum, aliaque præterea ex Varrone Cælioque, quas nos brevitate causa omittimus. Docet et Sex. Pompejus, *dextimum*, et *sinistimum* antiquos dixisse. *Riv.*

*Funditoribus et sagittariis*] Vide supra c. 46.

*Cohortes Ligurum curabat*] Vide supra c. 38.

*Minime cari*] Et ideo periculis obiciebantur. Hæc tamen duo verba non sunt in omnibus exemplaribus. *Castil.*

*Perfugæ minime cari et regionum scientissimi*] Monstro simile est, tres illas voces, *minime cari et*, exulasse libris nostris jam supra sæculum: cum tot interim jactarint collatum a se Sallustium cum veteribus codicibus. Neque enim solum editiones principes, sed *Ms.* ad unum omnes, voces illas diserte expresserunt: sustulit autem primum Pomponius Lætus; prorsus injurie: sunt enim auctoris genuina; ac volunt periculosissima quæque mandata fuisse perfugis, vili damno si periissent. Valde enim falluntur perfugæ, si se alicui esse putant caros, nisi quatenus expedit. *Grut.*

*Omnium providere, apud omnes adesse, laudare, increpare merentes*] Manuscripta sine diphthongo *merentes*, pro, qui aut laudari aut increpari mererentur. Facit cum his Beroaldinum; quamquam, ne quid dissimulem, Venetum, Argentoratense, alia pleraque, *laudare fortis, et increpare verentes*:

perperam videlicet. Tò fortius ex glossa irrepsisse suspicor: huic aliquis *verentes* opponi putavit, hoc est; *timidos et ignavos*. Ita sciolorum audacia est hic locus depravatus, qui non intellexerit quid sibi vellet, *merentes*, cum Sallustius innuat, *pro merito quemque esse aut laudatum aut increpitum*. Rivinus.

*Neque secus, atque iter faceret, castra munire*] Ex his verbis videtur Marius hoc tempore cum exercitu in itinere non fuisse; sed jam consediisse et castra posuisse: cum tamen supra dixerit, illum in hyberna proficiscentem quadrato agmine incessisse. Et sine dubio hoc tempore in hyberna proficiscebatur atque in itinere erat. Sed vide quid dicat: Marius quanta providentia et diligentia utebatur, ut cum exercitus incederet et iter faceret, tanta diligentia utebatur, cum castra locabat. Nam sicuti cante incedebat quadrato agmine, et quæstore ac legato, nec non tribunis dispositis, qui universo exercitui præessent: sic cum castra locabat, ea ipsa castra fossa ac vallo muniebat, equites ante castra disponebat, qui ad custodiam exercitus excubarent: Vigiliis fieri, et vallum custodiri videbat. *Sold.*

*Excubitum in portis*] Manuscripta omnia, in *porta*, numero singulari, quomodo Beroaldinum quoque. *Rivinus.*

*Excubitum*] Id est, Ad excubandum et vigilandum.

*Pro castris*] Id est, Ante castra.

*Vigilias ipse circumire*] Vid. sup. c. 44.

*Non tam diffidentia futuri, quæ imperavisset*] Existimo scripsisse Sallustium: *Non tam diffidens futurum quæ imperavisset*. Ita enim antiquos locutos fuisse notat Agell. i. 7. ut Quadrigarius in iii. Ann. 'Dum ille concluderentur, hostium copias ibi occupatas futurum.' Et Valerius Antias l. xxiv. 'Si hæ res divinæ factæ, recteque peritæ essent, aruspices

dixerunt omnia ex sententia processurum.' Et Cicero v. Verrina, 'Hanc tibi rem præsidio sperant futuram?' quæ, et multa alia sunt apud Gell. Tacit. Hist. iii. 'Vacuum arcem furtim tradi futuram.' *Ciccon.*

*Diffidentia futuri, quæ imperavisset*] Bongarsii liber, *quæ imperavisset*, inducit, cui in hoc omnino assentior. *Putachius.*

*Non tam diffidentia futuri, quæ imperavisset*] Forte: *non tam diffidentia: futura quæ imperavisset*. Gronov.

*Uti militibus exaquantus cum imperatore labor volentibus esset*] Uti libentius milites laborem paterentur, cum viderent, Imperatorem æque sibi laborem sumere. *Cast.*

*Pudore magis quam malo*] Terent. Adelph. 'Pudore liberos retinere satius esse credo quam metu. Nam malo coactus qui suum officium facit,' &c. Apulejus Florid. ii. 'Nullo nisi tuo anno ad coercenda peccata plus pudor quam timor valuit.' Supra: 'Exercitum supplicio cogere.' *Cicconius.*

*Quam malo*] Hoc est, Supplicio, aut duro imperio.

*Quod multi per ambitionem fieri æbant, pars, quod a pueritia*] Hic locus egregie corruptus est. Commentatores verum sensum magis somniant, quam explicuerunt. Badius tamen propius vero est. Sed notandum, Sallustium duas opiniones de Mario iudicantium adferre: alteram æmulorum, qui id ambitionis gratia a Mario factum interpretabantur: alteram amicorum, qui laudi dabant hoc in Mario, optimæque educationi adscribebant. Ceterum auctor suum iudicium non interponit. Hoc tamen dicere videtur, utcumque id interpretetur: Certe hoc Marii pudore, quod de retulit, respnbl. non minus quam sævissimo aliorum imperio, bene atque decore gesta est. Item illud nisi, quod quidam habent codices, forte tollendum est. *Glar.*

*Que ceteri miserius vocant]* Sic Tacitus Historiarum iv. 'Virgulta postremo et stirpes, et internatas saxis herbas vellentes, miseriarumque patientisque documenta fuere.' Alio sensu dixit supra, 'Capsensium miseria.' *Ciccon.*

*Nisi tamen Reipublica pariter ac savissimo imperio bene atque decore gesta]* Ordo et sensus pendet a superiori. Multi enim dicebant, imperatorem labores subire et durissimum sustinere propter ambitionem: sed ego nescio, utrum hoc fecerit propter ambitionem; nisi quod hoc solum scio, illum ita utiliter fuisse Romanam reipublicam, mitem scilicet et mansuetum, sed laboris patientissimum se præbendo, quam si crudelem et savissimum se præbuisset in imperio. Locas iste videtur obscurus, nisi diligenter sensus consideretur. Vult ostendere, Marius in imperio mitem fuisse, et laboris patientissimum: et tamen reipubl. magis profuisse, dum mitis est, et patiens laborum, quam si savissimus, et crudelissimus fuisset, et imperiosus, sicuti solent esse duces. Nam duces solent ipsi delicate et molliter vivere, et imperiose cogere milites ad labores et pericula. Sed ipse Marius aliter faciebat; nam Marius semper primus erat, qui labores et pericula subibat: atque ita faciendo, non quidem superbe et crudeliter imperando, milites pudore cogebat, ut facerent, quod ipse faciebat. Et dum hoc facit, ita reipublicam magis utiliter administravit, quam si savissimus in imperio fuisset. Sed forte diceret aliquis, An fortasse qui crudeles et savissimi sunt in imperio, utiles sint reipublicæ? Sallustius hoc ideo dicit, quia ferme hoc evenire solet, ut duces, nisi severi sint et imperiosi, contemnantur a militibus. Quando autem dux contemnitur, res benigne geri non potest. Sed hoc evenit in ducibus, qui sine opere nihil valent. Nam dux qui

*Delph. et Var. Clas.*

neque imperio neque opere aliquid valet, jure contemnitur. Sed Marius, quamvis mitis imperio esset, tamen non contemnebatur: quia opere multum valebat, et omnes ad simulationem exemplo provocabat, ut tam reipubl. prodesset bene agendo, quam severe et duriter imperando. *Sold.*

*Nisi tamen resp. pariter ac savissimo imperio, bene atque decore gesta omnia]* Codices in pergamena descripti omnia non habent, et sensus ipse respuit atque repudiat. Nam illud *gesta* ad id quod paulo ante præcedit, nempe *Resp.* spectat: ubi tamen exemplar Venetum, Basiliense, alia plerique *Reipublica.* Quæ res creda ansam errori præbuit, quasi omnia sint a Mario bene atque decore ad utilitatem Reip. gesta. *Rivius.*

*Pariter ac savissimo imperio]* Id est, Tam utiliter, quam si savissimo imperio Marius ea gessisset. *Sold.*

CAP. 101 *Igitur quarto denique die omnia haud longe]* Tò omnia, cum sensus ipse aspernatur, tum codices ventanti non habent. *Rivius.*

*Sed quia diversi redeunt, alius ab alia parte, atque omnes idem significabant]* Non dubito verum esse, quod margini codicis sui allerverat Bongarsius noster, glossam redolere illa, *alius ab alia parte, atque.* *Gruterus.*

*Ita Jugurtham spes frustrata]* Hactenus perperam editam, *Igitur Jugurtham:* est id quidem in Mss. etiam nostris, sed notæ posterioris; nam primæ notæ alterum habent; aut *Item.* *Idem.*

*Ratus ex omnibus æque aliquos ab tergo hostibus venturos]* Vide ut acciperit verbum, *æque.* Badius exponit *æque,* id est, pariformiter. Ego exponerem, *Æque venturos,* id est, *Æ-*quali fortitudine restitutos: sed iudicet lector. *Glaucum.*

*Ratus ex omnibus æque aliquos ab tergo hostibus venturos]* Si conjecturæ locus datur (nam codices ita omnes habent) illud adverbium *æque* trans-

*Sallust.*

2 T

strata, et ita legerem: Qui copias in quatuor aequae partes distribuerat, rursus ex omnibus aliquos ab tergo hostibus venturos. Castil. Videtur legendum: utique, hoc est, Minimum, dantaxat. Gronov.

*Ipsae aliquae Mauros invadunt*] In quibusdam, sed impressis, rō que geminatum est. Rivinus.

*Ipsae aliquae Mauros invadunt*] Amplexus sum, quod erat in emaculatis his codd. prius quod legebatur, *ipsaeque aliquae Mauros, &c.* vulnerat aures; neque visitur in editionibus Pomponiana prioribus. Interim notandum primitus fuisse in Nazar. *ipsi aliquae.* Gruterus.

*Neque in priori pugna, in itinere morati adfuerunt*] Non potest displicere quod est in Palat. quinto a manu prima, in primo a secunda, *pugna, itinere morati*; nisi malimus *remorati*, ut habet Palatin. tert. velique non venisse tempori, ob itineris difficultatem. *Idem.*

*Dein Numida, cognito Bocchi adventu*] Hic locus duas habet difficultates: Unam, Jugurthane locutus hic sit, an alius quispiam Numida: alteram, apud quosnam locutus sit. Soldus alium quempiam, non Jugurtham locutum censet. Badius haeret. Ego Jugurtham locutam existimo. Nam de eo etiam supra dixerat, sub Scipione Æmiliano apud Numantiam militasse, ubi Latine loqui didicerat. Et est sane hoc unum ex strategematis illius. Porro et ad Romanos locutum contendo, quod et Badius existimavit. Nam quid atinebat Numidis Latine loqui? Verum hoc additum oportuit, quo in latere hoc factum: cum Jugurthae oppositus esset Marins, ut paulo ante dixit auctor: ut herele non posset Regis strategema de occiso Mario eo latere obscurum esse. Verum quia auctor *clam* adjecit, verisimile videtur clamantem Jugurtham non ad primos constituisse, sed concessisse ad latus sinis-

tram Romanorum, ubi A. Manlius erat. Porro in dextro latere Sulla erat cum equitatu, apud primos Marius; postremam aciem invaserat Bocchus. Ergo a sinistro latere Jugurtha invasit Romanos: ubi et hoc strategema, quando aliquantulum ab erat Marius, locum habet. *Glar.*

*Apud Numantiam*] In exercitu Romano, quando Micipsa rex Numidiae auxilia peditem et equitum misit ad bellum Numantinum, quibus Jugurtham praefecit. *Sold.*

*Oblitum*] Id est, Inquinatum.

*Oblitum ostendere*] Priacianus oblitum ostentans refert, quod magis Sallustianum, cui oppido quam familiariter verbis iterativis uti. *Putachius.*

*Jamque paulo a fuga abierunt*] Manuscripta, *jamque paulum, &c.*: in aliis, *paululum*: cum manuscriptis facit Badianum. *Rivinus.*

*Dextra et sinistra omnibus occisis*] Manuscripta, omisa illa copula *et, dextra, sinistra*; quod, ut opinor, Sallustianum magis est. Tali asyndeto Livius quoque, 'Terra, mari trepidatur,' inquit. Sic in Catil. Sallustianus, 'Rapi virgines, pueros.' *Ibidem*, 'Caedem, incendia fieri.' In Jugurtha, 'Ipse acer, bellicosus.' *Rursus*, 'Urbes, agros vastare:' et, 'Ut omnes labores, pericula consueti habeam.' *Idem.*

*Circumventus ab equitibus dextra sinistraque omnibus occisis*] Si de equitibus Romanis loquitur, distinguendum post verbum, *equitibus*: sin de Jugurthae loquitur equitibus, pro *ab* propositione legendum, et: quod miror in Aldino codice neglectum. *Glarov.*

*Inter tela hostium vitabundus erumpit*] Sallust. Histor. l. III. 'Inter mollem atque insulam mari vitabundus classem hostium ad oppidum pervenit.' Agellius II. 16. *Ciac.*

*Fugatis equitibus, occurrit auxilio*] Scripti, *fatigatis equitibus*, optime; quod forte reponendum: non enim jam fugabantur Romani, sed paulu-

lum a fuga aberant. *Patectibus.*

*Marius, fugatis equitibus, adcurrit]* Est in Pal. pr. *fugatis*: unde factum patem, ut in nonnullis membranis, invenitur *fatugatis*: male. Loquitur enim de Numidia, non de Romanis: quod vel satis indicat membrum sequens, 'adcurrit auxilio suis.' *Grut.*

*Denique hostes undique fusi]* Aliquid ante desiderari videtur. *Cicero.*

*In campis patentibus]* Infra: 'repente in campis patentibus.' Tacit. Hist. II. 'Si cum exercitu Cæcilia patentibus campis tam paucis cohortes circumfundisset.' Hanc locum temulatur idem in vita Agricola, 'Tum vero patentibus locis grande et atrox spectaculum, sequi, vulnerare, capere.' *Idem.*

*Non modo]* Id est, Tantummodo conabantur surgere: sed statim cadebant, quia vulnerati erant. *Soldus.*

*Omnia qua visus erat, constrata telis]* Tacitus Annal. II. 'Constrata equorum virorumque corporibus littora.' *Cicero.*

*Humus infecta sanguine]* Xenophon in lib. de Agesilao: *ἡρα δ' ἔλαξεν ἡ μάχη, παρὴν δὲ θεόσθενος ἕρθε συνίπτεσεν ἀλλήλοις. τὴν μὲν γῆν αἵματι ποφωμένῃ, νεκροὺς δὲ κομμένους φίλους καὶ πολέμιους μετὰ ἀλλήλων, ἄσπιδας δὲ διασπυρμένους, &c.* Qui locus etiam ad Catilinæ prælium pertinet c. 61. *Pet. Victor. XXVII. 10. Idem.*

**CAP. 102 Postea loci]** Id est, postea: nam loci syllabica adjectio est, sicuti *Minimo gentium.*

*Initio profectus intruderat]* Id est, Ad quam urbem a principio discedens ire disposuerat. *Sold.*

*Profectus intruderat]* *Præfisci* interdum est *discedere*, et *incipere iter facere.* *Livius Dec. IV. lib. V.* 'Quintus, quo profectus erat, Demetriadem contendit.' *Plautus Aulular.* 'Nunc, quo profectus sum, ibo.' *Castil.*

*Acciti]* Vocati a rege. Quamquam acciti ibant, tamen placuit ante ad

regem verba facere. Hoc ideo dicit, quia magis convenire videbatur, ut regem audirent, quam apud regem loquerentur, qui eos acciverat. *Sold.*

*Adversum]* *Manuscripta, Aut aversum uti flecterent*: pro, A Romanis alienatum. Ita *Cicero ad Atticum*: 'Qui averissimo a me animo Patris fuit;' pro Maxime alieno. *Rivius.*

*Cujus facundia, non ætati concessum est]* Tò est non reperitur in manuscriptis: sic panilo post, *vium*; ubi hodie fere *vium est.* *Idem.*

*Magna nobis lætitia est]* Hæc series verborum est in manuscriptis et impressis vetustioribus. *Idem.*

*Simul nobis demeres acerbam necessitudinem, pariter et te errantem, et illum acceleratissimum persequi]* In recentioribus est alterum et omissum, contra et veterum codicum fidem, et orationis elegantiam. Porro *necessitudinem* *Sallustius*, ut ante ipsum alii quoque, pro *necessitate* posuit: hoc enim dicit, ne Romanis necessitatem imponeres utrumque persequendi: seu, ne invites cogeres Romanos persequi et te et Jugurtham; nam infinitus ille *persequi*, pro gerundio ponitur, Græco more. Sic et *Terent.* in *He-cyra*, 'Tempus concedere': et *Cæsar*, 'Consilium ex urbe profugere: dixit, pro Concedendi et profugiendi. Sed et *Cicero* sæpe est hoc *ἐλατρωσμή* usus. *Idem.*

*Rariter te errantem, &c.]* *Rivius* intulerat copulam et, que etiam in aliquot *Ms.* notæ non bonæ: haud item in aliis, neque est hæc ornatui; mea quidem pronuntiatione. *Gruterus.*

*Ad hoc, &c.]* Sed et *populus Rom.* usque a principio, quando erat pauper, semper melius esse putavit acquirere amicos, quam servos. Amici sunt, qui sponte se cum populo *Rom.* conjungunt, et ejus societatem habere conantur: servi sunt, qui resistentes bello subigantur, et subacti obediunt imperio *pop. Rom.* *Sold.*

*Jam a principio inopi]* *Inopi*, non legitur in quibusdam antiquis libris; et sane abesse potest incolami sententia. *Manutius*.

*Ad hoc populo Rom. jam a principio inopi, melius visum amicos quam seruos]* Lectio clara, et sustentata editionibus antiquis, nec non Pal. sexto, septimo, octavo, cui tamen nebulas adspargunt Mss. ceteri; nam Naz. *Ad hoc utinam a principio tibi melius visum amicos, &c.* neque serua fuit initio in Pal. sec. qui tamen deinde reformatus est ad lectionem vulgatam: at tertius habet: *Ad hoc P. R. nam a principio melius inopi visum fuit amicos: quart. Ad hoc populo Rom. jam a principio melius est visum, &c.* quint. *Ad hoc populo Rom. inopi a principio melius est visum amicos, &c.* quæ ultima scriptura non ita fatua. Supervacuum tamen etiamnum ibidem illud, *a principio*. *Gruterus*.

*Tutius rati, &c.]* Id enim (Inquit Lælius l. viii.) firmissimum longe imperium est, quo obedienter gaudent.

*In quo offensæ minimum, gratia par, ac si prope adessemus]* Perperam codices recentiores, *offensæ minimum est*: nam hoc verbum rectius hio subauditur, quam exprimitur; neque contra est in manuscriptis. *Rivius*.

*Quod parentes abunde habemus, amicorum]* Supra dixerat Romanis a principio melius visum esse, amicos quam seruos querere: nunc seruos appellat parentes Græcorum more, qui subditos *δυναστους* et *ἀρχουμένους* vocant. Ergo a *parente* deductum. *Victorius* iv. 16.

*Amicorum nobis, neque cuiquam hominum satis fuit]* Legendum, *neque nobis, neque cuiquam hominum*, geminata videlicet illa particula neque, ita uti assolet. Sic autem codices habent in pergamenis descripti, ne quis conjecturam ne sequi meam putet: in iisdem omnium legitur, non hominum. *Rivius*.

*.Neque cuiquam hominum]* In Ms.

Sallustii exemplari optime notæ; hominum scriptum esse testis est Josephus Scaliger, cum glossa ad eam hominum, id est hominum. Et ita mutant in Crispo, civitatum et locupletium, Grammatici: sed vercor ne vos illa nata sit ex alia huic quam simillima omnium, et describentium vitio mutata in hominum, facili lapsu, et librariis solemani. Accidit hoc Corippo Africano l. iii. de laudibus Justinii Junioris: 'Una in naturis extans persona deabus, Consimilis Deitate patris, hominique profecta.' Valgo vitiose legitur *omnium*. At vitiosius illud quod ibidem in ora, *ponamusque*, quod Editor vult. *Putsch*.

*Neque cuiquam omnium satis fuit]* Ita Mss. nostri omnes, excepto octavo, in quo *hominum*, tantopere placitam Rivio: per me, utrumque abesse peterat, ut abesse membranarum suis, quas contulit, notatum solertissimo Bongarsio. *Gruterus*.

*Cui scilicet placuit et vim]* Scriptus unus: *cui scilicet prius vim quam gratiam nostram experiri placuit*: quo facit conjectura domini Bongarsii supra legentis: 'quam mala perpeusus es?' In ejus codice paulo post: *Multa opportuna habes, omnino atque, legitur. Putsch*.

*Cui scilicet complacuit, vim et gratiam nostram te experiri]* Fabricianum, Venetum, alia pleraque, cui *scilicet placuit*: quamquam autem apud Terentium legatur, *complacita est*, tamen haud scio an *complacuit* apud illos primæ notæ scriptores invenias. *Riv.*

*Cui scilicet placuit et vim et gratiam nostram experiri]* *Gruterus placuisse* nullo apice minus in Ms. inveniri ait, et solere *scilicet* infinitivo conjungi. Recte: sed præterea ut constet oratio, lege: *cui scilicet placuisse, et vim et gratiam nostram experirere*. *Gronov.*

*Nam bello quid valet, tunc acis]* In plerisque, sed impressis, *quam valet, pro quantum valet et possit*. Sed lectio prior mihi non sane minus quam

posterior arridet: aut etiam magis, ut verum dicam. Ita Cicero, 'Ignari quid virtus valeret.' Idem, 'Hoc verbum quid valeat, non vident:' sed nec secus manuscripta. *Ricinus.*

*Nam bello quid valeat, tute scis]* Dixi quod populos Romanus nunquam victus est beneficiis: quia non est necesse ut dicam, quod e contrario injuriis etiam vinei non potest. Nam tu hoc scis: quia es expertus, quod injuriis bello ulciscitur. Et ideo non est necesse, ut dicam: quia tu scis et expertus ea, quantum bello valeat ad injurias vindicandas: velis ergo potius experiri, ut amicus gratiam populi Romani, quam ut hostis vim ejus. *Sold.*

*Nam Numidiæ partem unde Jugurtham expulerit, jure belli suam factam]* Sæpra, 'Jugurtha Boccho pollicetur Numidiæ tertiam partem, si Romani Africa expulsi essent.' Ergo leg. forte, *unde Romanos expulerit, vel si inde Romanos expulerit, vel unde eoa.* Ciacc. De hac ipsa re ita infra: 'Numidiæ partem, quam nunc peteret, tunc ultro adventuram.' *Ursin.*

*Jure belli]* Non intelligo, promissione Jugurthæ facta in eo bello: licet enim dictum est, quod Jugurtha promiserat illi tertiam partem Numidiæ, si voti compos evaderet, sine regni immiutione: non tamen congrueret huic loco, ut id Bocchus confiteatur; sic enim significaret se mercede conductum ad bellum alienum, et ita pro excusatione afferret avaritiam suam, odiosissimum malum; quod non procedit. Intelligam itaque, antequam Jugurtha illi filiam suam daret (nisi Bocchus sit socer) notam fuisse litem de confinibus regni, et partem a Boccho invasam, illi pro dote ab Jugurtha concessam, propter bellum, quod ab Romanis metuebatur. *Bad.*

*Copia facta mittendi]* Verbum mittendi sustulimus, tanquam glossema,

opinionem nostram confirmante Fulvii libra. *Manut.*

CAP. 103 *Marius interea, exercitu in hibernaculis composito]* Tacitus lib. XIV. 'Cohortes atque novis hibernaculis locatus.' Sed prior Livius l. XL. 'hibernacula' usurpavit, a Salustio, ut videtur, id nominis mutatas. *Ursinus.*

*Marius interea exercitu in hibernaculis composito]* Sic et codex in membrana descriptus, et exemplar Beroldinum: verum est in aliis, *hibernis*; quamquam eodem sensu. *Rivius.*

*In loca sola]* Id est, Loca deserta.

*Tum rursus Bocchus seu reputando]* Locus hic valde depravatus fuit: antiquis libris nullam mihi opem adferentibus. Scripturam tamen veterum codicum proponam, ut quam inquinatus sit, omnes videre possint. In nonnullis ita scriptum legitur: *Tum rursus Bocchus feliciter flexus, seu reputando.* In aliis: *Tum rursus fluctitur Bocchus seu reputando ea, qua sibi, &c.* In aliis vero: *Tum rursus Bocchus flexus erga Romanos, seu reputando.* Ego conjectura ita hunc locum emendavi, quam ita probant quidam, ut non dubitent, quin ita a Sallustio scriptum sit. *Popma.*

*Tum rursus Bocchus feliciter seu reputando]* Non recte Carrio, qui vulgato exclusit binas voces, quæ in Mss. atque editis omnibus, fecitque, *tum rursus, seu reputando.* Nam quod reduxi extat in editis ante annos centum viginti; posteriores enim, *tum rursus Bocchus scilicet seu rep.* quod solum inveni in Pal. octavo; ceteri omnes ostentant lectionem illam aliam, et Pal. quidem quintus ac sext. cum augmento tali: *tum Bocchus feliciter egit erga Romanos.* Ego me his non expedit: posset quidem illud *feliciter* nullo negotio mutari in *velociter*, sed aliud quid latet. Itaque satis est representasse scripturam membranarum meliorum. *Gruterus.*

*Eos ad Marium, ac deinde si placeat*



Romam] Legendum, *deis*. Rivius.

*Licentiam ipsis permittit*] Hoc est, *potestatem*. In orat. Lepidi: 'Denique necis civium et vitæ licentia.' Tac. xiv. 'Data et absolventi licentia.' Ibidem: 'Licentia habendi oblivionem aſſnit.' Et infra: 'nulla benefaciendi licentia.' Ciacconius.

*Licentiam ipsis permittit*] Sic quidem editio prima: at in *Mss.* visitur *illis*, ut arbitretur hoc atque illud pronomen, esse ab exscriptoribus, nisi forte ita una cum prioribus refingendam sunt: *eos ad Marium, ac deinde, si placeat, Romam, cum rerum agendarum et quocunque modo belli componendi licentia, permittit*; ut nimirum alia omnia infarserint homines, ignorantia vocis *permittere*, de qua nos multa in Suspicionibus, et nonnulla ad Senecam Philosophum. *Gruterus*.

*Gatulis*] Vide supra c. 18.

*Sine decore*] Id est, Ornatum aut apparatus legatis debito.

*Pro Prætorē*] Sic supra: Albinus Consul, 'Aulo fratre in castris pro Prætorē relicto, Romam decessit.' Hi legati Pro Prætorē alibi dicuntur a Sallustio, et in veteribus numismatibus; quod extraordinaria imperia his titulis ornarentur. Sulla itaque, qui Marii quæstor erat, Quæstor Pro Prætorē, hoc loco, ut videtur, nominandus esset. *Ursinus*.

*Pro prætorē in castris reliquerat*] Hunc locum restitimus, ope antiquorum codicum, vulgatis omnibus mendosis; in quibus hæc verba in castris desiderantur. Et hanc veram, et genuinam lectionem, intelliges, si totum hunc locum diligentius attendas. *Popma*.

*Pro cænis hostibus uti meriti erant*] Nam facta copia a Sulla et Manlio mittendi Legatos Romam pacem petitum, ab amicis flexus illud omiserat, et rursus hostilia fecerat. *Ciacconius*.

*Ut meriti erant*] Legendum, *ut*, quomodo et alias fere. Nam illa mox fideam operarum incuria commissa

sunt, *fama Romanorum avaritiæ salisam*, pro *falsam*: ita namque in vetustatis est. Et, 'nam etiam non largitio multis ignota erat,' pro, *etiam tum*; ut antiqui codices habent. *Rivius*.

*In sese amicum rati sunt*] *Tō sunt* non est in omnibus manuscriptis, nec in codice Beroaldino. *Idem*.

*Nam etiam tum*] Citat hunc locum Nonius in voce *Munes*: sed apud eum legitur, *Animamque tum largitio multis ignota erat*: ut scribendum sit, *Namque tum*. Videndum præterea, an pro *Munificus*, *munesque* scripserit Sallustius, cum in ea voce adducatur a Nonio, ut sit, *munesque nemo putabatur*. Ciacconius.

*Nam etiam tum, &c.*] Hæc ex Pacuvii Duloreste, a Nonio recitari video, in verbo *Munes*; ut fortasse vel à Pacuvio Sallustius hoc sumserit, vel aliquid in Nonio hideretur. *Monat*.

*Utilia aut benevolentia*] Supra 'Magnifica pro se, et illis dolentia.' *Ciacconius*.

*Deinde Sulla omnia pollicito*] Manuscriptum quidem Fabricii nihil hic habet; nam plurima desunt: sed in aliis est, *dein Sulla, &c.* Rivius.

*Dein Sulla omnia pollicitus*] *Pollicitus* in *pollicito* mutavit codex Aldinum, quod placet. Mox: 'Marius ubi confecto negotio:' alii *infecto* legunt, quæ contrarietas ex hoc auctore solvi non potest. Atqui aliud hic Lectorum merito moratur, ubinam Sulla fuerit, quando Bocchi regis Legati a Numidis circumventi spoliatique ad eum venerunt, Uticæ ne an Cirtæ? Mihi quidem videtur Cirtæ fuisse, quippe Marius eum illic pro Prætorē reliquerat. Verum quo pacto Marius sic Sullam ad se Uticam vocat? Quapropter malim *κατὰ τὸ σικανικὸν* intelligere, Sullam interea, dum Marius profectus est obsessum regiam turrim, a Cirta Uticam concessisse, Marinum autem Cirtam rediisse, ac omnes, quibuscum concilium habere constituerit, Cirtam ad se vocasse. Itaque et Sallustii locum ita

legendum: *Marius ubi confecto negotio, quo intenderat, Cirtam rediit: de adventu Legatorum certior factus, illos et Sullam ad se venire jubet, itemque L. Bellienum Praetorem ab Utica:* nam ita alter vetustus codex habebat. *Glareanus.*

· CAP. 104 *Marius postquam infecto negotio*] Ita bene Carrio; neque aliter editio vetustiss. nam Lætus aliique obtruserant nobis, *Marius ubi confecto negotio.* Gruterus.

*Illos et Syllam venire jubet*] Legendum e vetustioribus, *illosque et Sullam.* quomodo fere historici. *Rivius.*

· *Illosque et Syllam, &c.*] In nostris manuscriptis locus hic mansit incorruptus. Ita enim illi habent: *Illosque et Sullam ab Utica venire jubet.* Præter enim priscorum codicum auctoritatem, sunt etiam rationes, quibus hanc esse sinceram lectionem confirmare possemus. *Cast.*

*Bellienum*] Aliter, *L. Belligerum.* Prior lectio non displicet. Fuit is fortasse pater L. Bellieni, de quo Cicero Phil. 2. mentionem fecit. Legimus etiam in excusis quibusdam libris, *L. Belligenum.* *Cast.*

· *L. Bellienum*] Ita legendum. Fuit hic avunculus Catilinæ, ut testatur *Asconius.* *Coler.*

*Præterea omnis undique, &c.*] Hæc ita legenda censeo: *Præterea omnes undique Senatorii ordinis, quibuscum mandata Bocchi cognoscit. Legatis potestas eundi Romam fit ab COS. Inter ea induciæ postulabantur.* Ita habent codices, quamquam non omnes omnia, sed singuli tamen aliquid ad plenam lectionem eruendam præfuerunt. Duo itaque regis erant postulata, alterum de legatis mittendis Romam, alterum de induciis interea dandis, de quibus nunc consultatur. Sive igitur ea, sive ea legas, nihil refert: ea enim referre postulata: ea, induciæ; nam Legatis potestas eundi Romam jam facta erat. *Glareanus.*

· *Semper in adversa mutant*] Ita fe-

cius, cum prius vitiose legeretur *mutantur.* Ita supra: 'Quæ quia mortis metu mutabant, sicuti regi lubuit, pax convenit.' Varro de L. L. 'In priore verbo graves prosodiæ, quæ fuerunt manenti, reliquæ mutant.' Idem l. vi. rerum divinarum: 'Inter duas filias regum quid mutet, inter Antigonam et Tulliam est advertere.' Sic in Catilina *convertit* absolute ponitur, pro quo male Ciacconius substituerat, in *superbiam dominationem se convertit*, nam *convertit* illic ita ponitur, ut hic *mutant.* Supra: 'benefacere ex consuetudine in naturam vertit.' *Putach.*

· *Semper in adversa mutantur*] Sic rursus octo Mss. non, *sæpius in adversa*, quod extat in vulgatis patrum ævo exemplaribus; non *mutant*, quomodo novissime cui. Adblanditur tamen animo *sæpius*, aut *sæpe*, ut est in *Bongarsiano.* *Gruterus.*

· *Quæstor in Africam*] Hic non erat Marii Quæstor, sed ejus qui Africam provinciam cum imperio obtinebat: nam Sulla Quæstor Marii erat, ut supra retulit *Sallust.* *Ciaccon.*

· *Postquam errasse regem, et Jugurthæ scelere lapsam deprecati sunt*] In Veneto, Beroaldino, ceterisque vetustioribus, *deplorati sunt:* pro eo quod est, *conquesti sunt,* ut sit antiquo more dictum. Quomodo et alias *Sallustius comperior*, pro *comperio* dixit; *punit* Cicero, pro *punitio*; ejusmodi apud eundem *assentire* et *assentiri*, *revertere* et *reverti*, *impertire* et *impertiri*, *remunerare* et *remunerari*, *elucubrare* et *elucubrari.* Et quæ *Fabius observavit, luxurior luxurio, fluctuor fluctuo,* quæ utroque modo efferri testatur l. ix. capite de figuris verborum. *Livius v. dec. iv.* 'Celtiberi paramper incertis animis fluctuati sunt,' inquit. Cicero fere altero utitur. Quin et *communicor* *Livius* pro *communico* dixit iv. ab U. C. 'Nec adversarum rerum querere socios, cum quibus spem integram communicati non sint:' pro,

non commisionerint. Sed et Gallienus *lencor et fener, pignorer et pignero* dici eodem significato annotavit. Quemadmodum Priscianus, *populo populer, bella beller, merce mercor*, atque hoc genus alia. Saetonius quoque in *Ang. multatus est*, pro *multavit* dixit. *Impertiri* Terentius, pro *impertire*. Talla sexcenta fere ab antiquis Grammaticis recensentur. Mihi quidem certe sensus ipse repudiare vulgatam lectionem videtur; neque quisquam unquam sic est, quod aciam, locutus, 'deprecari aliquem errasse, et altorius scelere lapsam;' sed *deplorare* potius et *conqueri*: nisi quis forte violentiam aliquam comminisci et afferre interpretationem velit, ut, postquam regis errorem excaserunt, et culpam omnem in Jugurtham scelus avertent: vel, postquam hac nisi deprecatione sunt; ut et errore faterentur atque agnoscerent regis, et culpam in Jugurtham conferrent: nam sic fere deprecamur: *erravit, lapsus est, temere fecit, paritet*. Hæc atque talia perfacile quis comminisci posset. Expendat qui volet hunc locum diligenter, et si cujus modo in litteris iudicii est, verisimilem esse conjecturam nostram fatebitur. Quin et in manuscripto quodam est in spatio, quod versus dirimit, superscriptum, vel *deplorati sunt*: unde propemodum colligo, locum esse depravatam. *Rivius*.

*Senatus et P. R. beneficii*] Scriptura: *Senatus et populum R. beneficii et injuria memorem (esse), ceterum Boccho, quoniam paritet, delicti gratiam facit: fœdus et amicitiam dabantur (forte dabit) cum meruerit*. Putichius.

*Ceterum Boccho, quoniam paritet, delicti gratiam facit*] Incerta distinctio est in *delicti*; ad utrumque enim referri potest, *paritet delicti*, et *gratiam delicti facit*. Placulum gratiæ habet ad sequens relatum, ni iudicio fallor. *Glareanus*.

CAP. 105 *In missus cum præsidio equitum atque pedatum*] Mirum hæc Sul-

lam cum præsidio missi, qui antea eam A. Manlio apud eundem regem fuerat, nulla præsidii facta mentione. An quia tum recens facta strages Jugurtham cohibebat, quæ nunc non cohibet? Sed et illud *Funditorum Baleariorum, nec' ἐρεττήνων* dictum est. Continuo post: 'Præterea iere sagittarii.' Aldinus codex omisit *iere* verbum, temere meo quidem iudicio. *Glareanus*.

*Funditorum Baleariorum*] Rectius in aliis libris, *funditorumque Balearium*, eos enim nominat Cæsar de bello Gall. I. II. et Plinius III. 5. ait: 'Balearis insulas sancta fuisse bellicosas.' Funda autem ibi, ut ait Servius, reperta est. *Manlius*.

*Funditorum Baleariorum*] Sic præsertim Mæ. nempè *Baleatorum*, quemadmodum et olim impressi. *Balearium*, Carrionis in nullo invenitur exemplari. *Græterus*.

*Balearium*] In Balearibus insulis præstantissimi et forsam primi funditores. Balearides eas insulas Strabo nominat. Gymnasias a Græcis appellatas scribit Dioscorides et Plinius. Dum sunt numero, quamvis Balearis in singulari usus est Suetonius. *Xoyddes* ab Apollonio vocari annotavit Gerbelius, et idem tradit ex Timæo Isacius Tzetza. Maris Mediterranei insulae sunt, juxta Hispaniam, de quibus Aristoteles in Admirandis. Hodie Majorca et Minorca indignantur: quasi Latine dicerent Major et Minor; uti eas Pomponius et Procopius quoque nominant. Sic eas etiam distinguit Antoninus, qui majorem Columbam, minorem Naram vocat. Alteram harum Aphrodisiadem vocari scribit Isidorus, nescio qua fultus auctoritate. *Ortel*.

*Balearium*] Eorum originem Græci conantur sibi asserere, aliis e Bœotia cum Lycophrene, aliis illos e Rhodo deducuntibus. Nomen ipsum tamen Phœnicium est. Unde recte Strabo: 'Ajunt autem Gymnetas a Phœnici-

has Balearides dici, quia exercitationes Balearides vocant. Pœnos hujus regionis potitos aliquando constat ex Livio l. xxviii. ubi de Magonis et Pœnorum classe ita loquitur: 'In minorem inde Balearium insulam trajecerunt, fertilem agro, viris armisque haud æque validam: itaque egressi navibus supra portum loco munito castra locant, ac sine certamine urbe agroque potiti, duobus millibus auxiliariorum inde conscriptis, missisque Carthaginem ad hibernandam, naves subdixerunt.' Jamno autem et Mago ab iis condita oppida, sicuti tradit Mela. Gens hæc aliena fuit ab omni cultu, domus illis antra fuere, vestes, ut quidam ajunt, æstate nullæ, hyeme ex pellibus. Pro unguentis, queis se inungerent, oleum lentiscinam, cum adipe saillo. Ignotum argenti pondus et auri. Vini ultra modum avidi, quo tamen carebat regio, et ita mulierosi, ut in nuptiarum solebanis cognati et amici omnes cum sponsa concumberent, priusquam ea viro permitteretur. Itaque in bello pro stipendio nihil exigebant, quam vinum et malieres. Et pro muliere captiva λήρη δabantur viri quatuor. Cadavera fustibus minutatim concerpta et in vasis recondita lapidibus obruebant. Unicum in bello telum, fundæ tres e Melancræna seu Melancrani junci genere, quarum diversus usus. Aliæ enim propius, aliæ eminus feriebant. Una circa caput aut circa collum, altera circa ventrem et lumbos, tertia in manu fuit. Tam certi ictus et destinati, ut raro aut nunquam a scopo aberrarent, et tam validi, ut a balista viderentur aut catapultæ missi, frangerentque scuta, et galeas atque omne genus armorum. Nempe id unum erat omnibus ab infantia studium. Et cibum puer a matre non accipiebat, nisi quem ipsa monstrante percussorat: (quod et superius dictam.) Hinc et Baleares Græce Gymnetes dicti sunt, et insulae

Gymnesia propter eorum nuditatem, quia in bellum procedunt solis instructi fundis, quo referenda hæc Hesychii: Γυμνήτες, οἱ μὴ ἔχοντες ὄπλα: οἱ δὲ, τοὺς ἀφαιρούμενους, οἱ δὲ, τοὺς γυμνοῦμαχομένους: Id est, Gymnetes, qui sunt inermes: alii funditores exponunt, alii, eos qui nudi pugnant. Sunt qui Gymnetas dici volant, quia ætatem nudi exigunt. Ita Livius et Diodorus. Bechert.

Præterea iere sagittarii, et cohors Peligna] Tò iere perperam est in Gymnico omissum, cum sit in scriptis, atque impressis vetustioribus. Rivius.

Cohors Peligna] Peligni. Peligni Italiae populi, apud Plinium, Ptolemæum, Strabonem aliosque. Πελλήνη male vocantur apud Memnonem. Ex Illyrico ortos tradit Festus. Vulgo nunc Valva vocari, refert Ciofanus in Salmonis urbis descriptione, vel Talvensæ, ut placet Leandro. Ortel. Dictum supra ex Festo Pelignos esse Illyrici generis. Locus adscribi meretur. Ita autem se habet: 'Peligni ex Illyrico orti. Inde enim profecti ductu Volsini regis, cui cognomen fuit Lucullo, partem Italiae occuparunt. Hujus fuerunt nepotes Pacinus, a quo Pacinates; et Pelicius, a quo Peligni.' Hæc ille. Quinam hi fuerint, et an omnino ulli fuerint Pacinates, nemo facile dixerit, quando nulli aliorum auctorum memorantur, nisi Πικύωνες Stephani sint, quos Pelignos esse alibi docuimus. Pelignos vero tametsi Illyrici fuisse generis ea maxime persuadet ratio, quod Liburnorum quædam pars ex eodem Illyrico Piceni etiam agri portionem quondam tenuit: tamen alii auctores Italici generis eosdem fuisse ab Sabinis ortos tradiderunt. Ovid. Fast. l. ii. 'Et tibi cum proavis, miles Peligne, Sabinis Convenit.' Marrucinis simulque Vestinis ab ortu Solis hiberni continuabantur Peligni. Quos et ipsos inter μικρὰ ἔθνη,

Id est, parvas gentes, censet Strabo l. v. Ab occasu equinoctiali Marsia, ab Austro Samnitibus iungebantur. Versus ortum æstivum ac septentriones a Frentania submovebantur Peligni montium iugo, quod a Rasini Sagrique confluentibus ad Fori usque procurrit fontem. *Cluver.* Oppida illorum fuere præcipua, Sulmo, Cortinum, et Superequum.

*Velitaribus armis*] Velitaria arma facit Polybius *μάχαιρα, καὶ ὑρόσφορ, καὶ πτόμη*, hoc est, *gladium, hastam, parmam.* Varro *περί φελαργυρίας*: 'Quem sequuntur cum rotundis velites leves parmis.' *Coler.*

*Itineris properandi causa*] Sic infra: 'properato itinere.' Tacitus *Annal. i.* 'Inoffensum iter properaverat:' et, 'Continuumque die noctaque iter properabant.' *Ciacconius.*

*Neque his secus atque aliis armis adversus tela hostium, quod et levia sunt, muniti*] Videtur dicere, hos qui velitaria portant arma non secus atque alios munitos adversus tela hostium, quod et ea levia sint. *Ciacconius.* Legendum censeo; *Neque hi secus atque alii armis, &c.* *Ursinus.*

*Neque his secus atque aliis armis adversus tela hostium, quod ea levia sunt, muniti erant*] *Tò erant*, non est in ullo manuscripto, ac citra detrimentum sensus abesse poterit: ne Berosaldinum quidem habet. *Rivius.*

*Ampliores vero*] Tacitus et Livius, 'majorem vero,' solent dicere. *Ciacconius.*

*Igitur se quisque expedire: arma, atque tela tentare, intendere*] Tacit. *Hist. iv.* 'Quidam expedire arma, telisque tanquam in aciem accingi.' Et Livius l. viii. 'Et expedire tela, animosque equitibus justis.' Et ibidem: 'Qui tela equosque expedivissent.' Videndum igitur an scribi debeat: *Igitur pro se quisque expedire arma, telaque tentare.* *Idem.*

*Timor aliquantulus, sed spes amplior, quippe victoribus adversum eos quos sæpe viderant pugnaturis*] In Veneto octo-

risque vetustioribus est, *quippe victoribus, et adversum eos quos sæpe viderant*; addita videlicet illa et copia, omissoque participio *pugnaturis*: id quod perperam est in recentioribus additum, cum non sit in manuscriptis. Fuit credo, qui non habita ratione breviloquentiæ Sallustianæ, deesse aliquid suspicaretur; is de suo forsitan participium addidit ad sensum absolvendum, quem imperfectum esse putaret. Id alias quoque factum, non raro est a nobis animadversum, et interdum annotatum. *Rivius.*

*CAP. 106 Se a patre Boccho*] Antea vitiose legebatur, *dicitque se a patre Boccho.* et infra; 'dicitque a speculatoribus cognitum:' nos eiecimus. Quam sæpe hæc talia deliramenta ex scriptorum vitio in textum irrepererint, nemo paulo humanior ignorat; in scriptis hæc talia ubique fere inculcantur. Catilina: 'omnia uti gesta aperit, se paucis diebus,' scripti male: *dicitque se.* Deinde: 'præterea ab incenso Capitolio,' scripti: *præterea docebat, male.* Et locis præterea infinitis. Vitiose hæc leguntur apud Servium v. *Æneidos,* quem ex hoc emendes licet. *Putsch.*

*Incerto*] I. e. mobilis et instabilis vultu, quia in vultu colorem mutabat. *Sold.*

*Satis credere*] Id est, Satis confidere: nam *credere,* significat *confidere*: Virg. in *Bucol.* 'O formose puer, nimium ne crede colori.' *Idem.*

*Mansurum potius, quam perditis, quos ducebat, turpi fuga, &c.*] In vetustioribus est, *proditis,* pro *desertis*; ita et sententia postulat. Nam *Mansurum* Sullam uti clam secum noctu profugeret hortabatur: id Sulla facturam negat, quod turpe sibi duceret, proditis ac desertis illis, quos ducebat, fuga salutem petere. In hoc significato Cicero, 'Quem ego sum secutus,' inquit, 'is me deseruit ac prodidit:' et Cæsar, 'Deserite,' inquit, 'milites, si vultis, aquilam, atque

hostibus prodite.' Idem II. de bello civili, ' Desertos enim se ac proditos a vobis dicunt.' *Rivius*.

*Post paulo*] De eo ordine harum particularum vide nostras notas ad Livium 22. 60. *Gronov*.

: *In castris, ignesque quam creberrimos fieri*] *Mss. Ignisque in castris quam creberrimos fieri*. *Ciacconius*.

. *Prima vigilia*] Romani noctem in quatuor vigiliis dividebant. Unde apud auctores primam, secundam, tertiam, et quartam vigiliam invenimus, qui mos fuit etiam Græcorum, ut ex Phavorino et Suida discimus. *Cest*.

CAP. 107 *Ab injuria prohibet*] Id est, Nece, contra jus gentium. *Bad*.

*Nec decere quemquam qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere*] Ita antiquus liber, et Nonius adducens hunc locum, in *Inermis*. Infra: ' Adversum Deos Penates manus armare.' Suntum locum ex III. Pædiæ Cyri annotavit Victorius II. c. 2. *Μῆρον γὰρ τὸ κράτειν βουλευμένους τὰ τετρά τῶν σώματος, καὶ ἄλλα, καὶ ἄλλα, ταῦτα ἐναντία τῆταιν τοῖς πολλοῖς φέροντας*. *Ciacconius*.

*Ab inermis pedibus*] Antea, *inermibus*: ego *Inermis* repositi ex Nonio hæc recitante in commentariolo *de mutata declinatione*. Facile autem est conjicere, hominea imperitos antiquæ vocis insolentia offensos, supposuisse aliam, quæ ad illius similitudinem proxime accederet. *Mantius*.

. *Nudum et cæcum corpus*] Id est, Inerme, et ita intendit argumentum: In maximo metu decet corpus inerme contra hostes vertere? quanto magis vos armatos decet ire contra hostem, et non fugere? Tota enim intentio Sullæ est, hortari milites, et persuadere eis, ut non fugiant, sed forti animo sint. *Sold*.

*Cæcum*] Cæcum autem dicit, quando sine respectu per media tela erumpit: quia ' Una salus victis, nullam sperare salutem: ' (sic autem fere ex-

ponitur hic locus) sed quia negotia præposita utrumque sequentium negare videntur, malim dicere: Et neque decere vertere corpus nudum, id est, inerme abjectis armis; et cæcum, id est, non habens respectum, quo se præcipitet, ut faciunt fugientes in maximo metu. *Bad*.

*Quoniam hostilia faceret*] *Hostilia facere*, Tacito etiam aliquoties usitata phrasis. *Ciacconius*.

*Nihil dolo factum*] Seu factum esse dicebat, ut Jugurtha iter obsideret. Nam hac de causa Sulla se a Voluce proditum esse credidit, quia Jugurtha copias suis iter obsiderat, qua transitorius erat. Sed hoc dolo Volucis factum non erat, sed potius astutia Jugurthæ, qui per speculatores iter Volucis exploraverat. *Sold*.

*Ceterum, quoniam ingentem multitudinem non haberet, et spes speoque ejus omnes ex patre suo penderent*] In manuscriptis est, *quoniam neque ingentem multitudinem haberet, et quæ sequuntur*: sicque rectius legitur, ut ego sentio. *Rivius*.

*Quare optimum factum videri*] *Apulejus Milesia prima*: ' Optimum itaque factum visum est antenulo furtim evadere, et viam licet trepido vestigio capessere: ' et errat qui in verisimilibus *horrendum spectatu pro optatum* reponit. *Supra Catilina*: ' Optimum factum credens exercitum augere. ' Deinde: ' Optimum factum ratus noctem: ' et sic reponendum ex libris *Rittershusii*. *Arnobius adversus gentes l. i.* ' Incredibile dictum est et cæcis obscritatibus involutum: ' ubi male *Criticus dictu*. *Symmachus l. i. Epistola IIII*. ' Difficile factum est ut honor angustis rebus addatur, ' quæ male mutant viri docti. *Putach*.

*Per media castra*] Mirum mihi hoc videtur, quandoquidem Sulla Jovem Maximum tanquam testem perfidias Volucis invocaverit, illud consilium postea approbasse, ut per castra Ju-

guthæ transirent, cum facillime Volux, si voluisset, prodicionem instituere potuisset. Quinetiam quid Jugurthæ inausum contra Romanos? Nata vero illi erat optima se vindicandi occasio. *Thys.*

*Quo ire intenderant perventum*] Existimo abundare vocem *ire*. Infra: 'Quo initio intenderat pervenit: item; 'Quo intenderat, Cirtham rediit.' *Ciac.*

CAP. 108 *Mæuro ob ingenii multa bona carus acceptusque*] In Veneto atque aliis, *Ob ingentia facta*: sed utrum rectius, nos in medio relinquemus. Vulgata lectio magis probanda videtur. *Ris.*

*Quem Bocchus fidum esse Romanis*] Verbum hoc postremum quidam tollendum putant; quasi vero nihil referret, essetne Romanis fiducia, cui tantis de rebus negotium committendum erat, præsertim cum fere omnes proximi reges ab Jugurtha corrupti essent. *Cast.*

*Quem Bocchus fidum Romanis*] Illud *Romanis*, non habent omnes codices; nec ad regis commodum quæquam attinebat, eum Romanis fidum esse, sed potius gratum Romanis, ac fidum regi. Badius etiam omisit. *Glar.*

*Paratum sese facere quæ vellet*] *Mos. quæ populus R. vellet*; quomodo et vastissimum quodque ex impressis. *Rivius.*

*Consulta sese omnia cum illo integra habere*] Cicero ad Atticum VIII. 'Omnia sunt integra nobis: et 'Si mihi integra omnia ac libera fuissent.' Et l. X. 'Integra omnia sustinimus.' Videndum ergo an vox *consulta* otiosa sit. *Ciac.*

*Accitum esse*] Sic nulli Msa. In octo codicibus Gruteri tantum unus *illum accitum*: alter, *quod eo advocatus esset*. Indicio hæc inserta ab illa, qui vetere scriptura quod agerent non inveniebant. In qua nihil mutandum, nisi rō quo in *quia*. Sensus est: Ne putaret obstare sibi Asparem quominus libere diceret ageretque quæ-

que rem utriusque essent; nam illud necessario admittendum fuisse ut alia Jugurthæ insidiæ excluderentur. *Grænovius.*

*Quo res communis licentius gereretur*] *Licentius*, Badius exponit, *audacius, et cum permissione majore*. Soldus ut uotum transiit. Ego sane quid sibi velit, non clare admodum intelligo. Nec illud planum est, cum Bocchus potentior esset Jugurtha, quomodo, nisi per Asparis legati præsentiam ab ejus insidiis cavere potuerit. *Glar.*

*Cavere nequitiæ*] Non dicit Bocchus, se aliter non potuisse cavere ab Jugurthæ insidiis, sed Sullam; ideo loquitur per verbum impersonale, ut vocant Grammatici. *Cast.*

*Sed ego comperior Bocchum magis Punica fide, quam ob ea quæ prædicabat, simul Romanos et Numidas, spe pacis definitur*] Quamvis in Veneto et aliis plerisque *comperio* reperitur, tamen legend. hand dubie *comperior*, ex Prisciano l. VIII. capite de generibus verborum. Corn. Tscitus IV. 'Hunc ego Lepidum temporibus illis gravem et sapientem virum fuisse comperior.' Gellius Sallustii semulus, hoc est, et ipse usurpator veterum vocabulorum l. III. c. 2. 'Verum esse comperior,' inquit, 'quod quosdam bene litteratos homines dicere audivi.' Diomedes l. I. *comperior* et *comperio* differre ait. 'Nam *comperior*,' inquit, 'est mea opinione colligo; *comperio*, ab alio cognosco.' Ceterum pronomen *ea*, omittendum censeo, legendamque, *quam ob quæ prædicabat*: quomodo Plautus in Persa, 'Omnes res relictas habeo, præ quod tu velis: hoc est, *præ eo quod tu velis*. Sallust. in oratione I. Philippi in senatu, 'Quæ ille adversum divina et humana omnia cepit, non pro sua, aut quorum simulat injuria, sed legum ac libertatis subvertendæ: id est, *non pro eorum injuria, quorum pro injuria simulat*. Nec dissimile admodum est illud Cicero- nis, 'Ut hujus rei causa, dedita

opere, mittat aliquem Balbus, ad quos videbitur: pro, ad eos quos volet: Idem, 'Recipe te ad nos, ad quod tempus confirmasti.' *Rivius.*

CAP. 109 *Igitur Sullam paucis se, &c.*] In aliis, ut et manuscripto quodam, est, *Igitur Sulla respondit, paucis se coram Aspara locuturum: cetera occulte aut nullo aut quam paucissimis presentibus: simul edocet qua responderentur.* In alio manuscripto non reperi neque *se*, neque *occulte*, atque haud scio an ex glossa utrumque irreperit in contextum. In eodem non est *respondit*, neque *Sulla* casu nominat. sed *accusat. Sullam.* Idem.

*Uti proceptum fuerat*] Seu a Sulla: quia, uti dixi, Sulla docuit et promouit, ut Bocchus ita sibi responderet: in hoc autem colloquio intelligimus Asparem fuisse presentem. *Sold.*

*Deinde ambo in sua castra dig.*] Si Sulla ad amicum venit, ad quid indulgebat castris? Si ad inimicum, ut quem dubie fidei censebat, quid iuvissent tantula castra in tanto regno? Sed magis mirum, quid Bocchus castris in suo regno indignerit. Hoc est aequare Thucydiden! Mox: 'Plerumque noctis processit: haec verba inter parenthesin satis inepte posuit Ald. codex. *Glar.*

*Dabar internuntius, sanctus vir, jurat ex sententia ambarum*] Alii libri, *Dabar internuntius sancte jurat ex sententia ambarum.* Vide quae scripsi in Annotationibus Caesaris ad lib. 1. Bel. Civilis. *Claec.* Haec lectio confirmatur loco Caesaris ex libro 1. de B. G. *Ursin.*

*Pratorum Dabar internuntius, sanctus vir, ex sententia ambarum jurat*] Sensus est: Dabar internuntius iurejurando affirmat, se fideliter utriusque orationem interpretaturum. *Cast.*

CAP. 110 *Homini privato*] Id est, Qui non esset rex, nec imperator, qualis erat Sulla. *Bad.*

*Gratiam deberem*] Id est, Obligatum esse. Ille gratiam debet, qui ob

beneficium acceptum alicui obligatus est.

*Et hercule Sulla ante te cognitum, multis orantibus aliis ultro epomet operam tui, nullius indigni*] Perperam est in recentioribus, *ante cognitum*, omissis promomine *te.* Sed et Priscianus XVIII. nobiscum facit qui *ante te cognitum*, pro eo positum testatur, quod est, *antequam te cognoscerem.* Error inde irrepit, quod his poneretur *te*, ita alterum est incuria quadam omissum. Quae res et alibi saepe locum errori fecit. Id quod in castigationibus nostris in Cicer. ostendimus prolixius. *Riv.*

*Id immunitum*] Aliter: *Id immutatum.*

*Fuerit mihi pretium eguisse aliquando tua amicitia, qua apud animum meum nihil carius habeo*] Pro, *Fuerit tantum*, sive operae pretium fuerit, eguisse amicitiae tuae. Sic Corn. Tacitus II. 'Res eo anno prolatae haud referrent, ni pretium foret.' Et I. 'Germanico pretium fuit convertere agmen.' In vetustioribus non est *pretium*, retentae an secus, aliorum esto iudicium. *Riv.*

*Fuerit mihi pretium aliq. eguisse tua amic.*] Quaesio, bone Lector, quid sententiae aut omnino sensus ex his verbis elici queat? At ita habet codex Aldinus, quem fere indocti ac mali iudicii homines sequuntur. Badius propius vero exposuit, sed tamen perperam in genitivo legit, *tua amicitia*: cum locus ita sit legendus: *Fuerit mihi eguisse aliquando pretium tua amicitia*: ut *tua amicitia* in nominandi casu intelligatur hoc sensu; *Aliquando eguisse fuerit mihi pretium amicitia tua*: quasi diceret, pro damno quod egerim, amicitia tua est mihi pretium: quod adulandi gratia dixisse videtur. *Glar.*

*Pretium*] *Tu* pretium non esse Sallustii vel ex eo apparet, quod in codicibus fere scriptis alio loco incutatum est: nimirum, *fuerit mihi*



*aguisse aliquando pretium suæ amicitie.* Nonnulli, *pretii.* Sed deleatur utrumque et recipiatur, quod est in optimis: fuerit mihi *eguisse aliquando amicitie tuæ.* Genus loquendi illustravimus l. iv. Observ. c. 8. Gronovius.

*Arma, viros, pecuniam, postremo quidquid animo libet*] Antiqua exemplaria cum impressis consentiunt. Donatus aliter hunc locum legit, Terentii illa verba in Eanschum enarrans: 'Et habetur et refertur a me Thais: 'qui habet,' inquit, 'apud se gratiam, nondum rettulit: rettulit qui destitit habere: multum ergo dixit: Et habetur gratia, et refertur. Quem sensum transtulit Sallustius in bellum Jugurthinum: 'Arma, pecuniam sume, utere; et quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris: semper apud me integra erit.' Proinde re diligenter animadversa, venio in eam conjecturam, ut existimem verba illa, *postremo quidquid animo libet*, errore librarii defecisse. Liberum est, et suum cuique iudicium. *Popma.*

*Et, quoad vires, nunquam tibi redditam gratiam putaveris, semper apud me integra erit*] Hoc est, Donec vires, nunquam existimes me tibi gratiam retulisse pro tuis erga me beneficiis: sed me tibi debere ita, ac si nunquam tibi aliquam gratiam retulissem. *Sold.*

*Denique nihil frustra voles, me sciente*] Manuscripta, nec non ex impressis vetustioribus quædam, *denique nihil me sciente frustra voles*: quæ verborum collocatio melior. *Ricinus.*

*Bellum populo Romano nunquam paravi, neque factum volui*] In manuscriptis est, *Bellum ego populo Romano neque feci, neque factum unquam volui.* Perperam est in recentioribus omisum pronomen *ego*. Perperam item, *nunquam paravi*; pro, *neque feci*. Facit nobiscum exemplar Badianum. *Idem.*

*Finis meos*] *Mulucha* flumen dividebat regnum Bocchi a regno Numi-

diæ. Sed Bocchus reversus fines suos egrediens, gesserat bellum contra Romanos in Numidia. Quomodo ergo dicit fines suos tutatum esse; cum non fines suos, sed Numidiam defendere voluerit? Hoc ideo dicitur, quia sicuti etiam supra dixit, partem Numidiæ jure belli suam factam esse putabat; sed Romani hoc ferre volebant, videlicet ut Bocchus partem Numidiæ sibi vindicaret, et eam tanquam suam bello defenderet. *Sold.*

*Ego flumen Mulucham, quod inter me et Micipsam fuit, non egrediar*] Hic Jacobus quispiam Bononiensis *Mulucha* legendum contendit, non *Mulucham*: sed cunctis refragantibus, quotquot ipse viderim, exemplaribus. Tametsi, ne quid dissimulem, e vetastis quidam grammaticis neutrum esse hoc nomen volunt. Nam Phœcia: 'Barbara,' inquit, 'neutri generis ducta sunt apud Sallustium nomina fluminum: hoc *Mulucha*, hoc *Turia*.' Quod ad posterius attinet, facit cum eo *Probus*. Dissentit ab utroque *Priscianus* v. 'Quod autem *Turia*,' inquit, 'et similia fluminum nomina masculina sint, ostendit etiam Sallustius, in eam terminans ejus accusativum, in secundo Historiarum: *inter laeva manium et dextrum flumen Turiam*. Nam si esset neutrum, similis esset accusativus nominativo.' Idem sexto: 'Quod autem non sicut neutra,' inquit, '*Turia* et *Mulucha*, et similia, ostendit etiam natura ipsius sermonis *Punicum*, in quo omnia nomina vel masculina sunt, vel fœminina.' Hæc *Priscianus*, cujus est opinio verior. Sed et *Pomponius* eodem genere utitur, quo est Sallustius usus: '*Mulucha* ille,' inquit, 'quem diximus.' *Ricinus.*

*Flumen Mulucham*] Ita legi debet, quidquid dicat *Phœcia*. Vide *Priscianum* statim in principio libri sexti. *Cast.*

*Præterea si quid me vobisque dignum petieris, haud, &c.*] In *Mss.* atque aliis vetustioribus est, *si quid meque vobisque dignum petieris*, geminata conjunc-

tionem. Nove autem dixit, *haud repul-  
sus abibis*, pro, Impetratum a me au-  
feres: vel, Non ferēs repulsum. *Ris*.  
Ita Virgil. 'Nemo ex hoc numero  
mihi non donatus abibit.' Id est,  
Suum quisque honorem et munus re-  
portabit.

CAP. III Ad ea Sulla pro se breviter  
et modice, de pace, et de communibus  
rebus multis disseruit] Vox, multis, si  
cum verbo *disseruit* jungatur, po-  
test videri adjecta: nam contraria  
est illi, *breviter et modice*. Nec habet  
eam vocem Tacitus, qui Sallustii  
locum sic emulatus est l. xx. cum  
ait: 'Domitianus de absentia patris  
fratrisque ac juventute sua pauca et  
modice disseruit.' *Ursinus*.

Ad ea Sulla pro se breviter, et mo-  
dice; de pace, et de communibus rebus  
multis disseruit] Valde hallucinatur  
hic Ursinus, quod minus adsequeretur  
mentem historici; quæ hæc: respon-  
dissæ bifariam Boccho Salliam: ei  
parti orationis, quæ de se erat, bre-  
viter et modeste; quæ de pace et  
rebus populi Rom. diffuse et compo-  
site. Imitatus est Tacitus l. II. An-  
nal. 'Ad ea Germanicus, de socie-  
tate Romanorum Parthorumque mag-  
nifice; de adventu regis et cultus  
sui, cum decore ac modestia respon-  
dit.' *Grut.*

Non in gratia habituros] Codex ve-  
tustus habet, in gratiam: quod, quia  
vetustum est, et hic auctor antiqui-  
tatis imitator, talia quæpiam affec-  
tasse videri poterit, non est omnino  
reijciendum: *habituros* autem puto a  
sciolis introductum, pro *habituros*.  
Soldus inepte legit, *ingratos abituros*,  
adeo decipit non attentum aspirati-  
onis omisio. *Glarsen*.

Quam sua] Scilicet Bocchi. Quasi  
dicat: Quod jam armis desistat, plus  
esse ad utilitatem Bocchi jam fere  
victi, quam Romanorum, qui victores  
erant. *Bad.*

Amicitiam, fœdus, Numid. partem,  
&c.] Fortassis aduentura, plurali nu-

mero, genere neutro legendam; habet  
enim hoc peculiare hic auctor, ut in  
Catilina; 'Huc ab adolescentia bella  
intestina, cædēs, rapinæ, discordia  
civilis grata fuerit: sed judicet lector.  
*Glarsenus*.

Fœdus intervenisse] Scilicet inter  
ipsum et Jugurtham: quod quidem  
percutiebatur cum obstatione Deo-  
rum, et sui maledictione, si non ser-  
varent. Dicebant enim: 'Ita fœde  
me percutiat magnus Jupiter, ut fœde  
hunc porcum macto, si pacta fœderis  
non servavero.' *Bad.*

Fœderis] Fœderum maxima semper  
religio fuit apud Gentes. Varius illo-  
rum percutiendorum ritus. Polybius  
scribit in fœdere icto inter Carthagi-  
nienses et Romanos, solitis hæc fœde  
per Jovem Lapidem jurare. Verba  
ejus sunt: 'Romani, per Jovem Lapi-  
dem secundum vetustissimum ritum,  
ac per Martem et Enyalium jurave-  
runt.' Ritus jurjurandi per Jovem  
Lapidem fuit hujusmodi: Fœcialis  
sumpte in manibus lapide, postquam  
de fœdere inter partes convenerat,  
hæc verba dixit: Si recte ac sine  
dolo malo hoc fœdus atque hoc jurju-  
randum facio, Dii mihi cuncta felicia  
præstent: sin. aliter aut ago, aut co-  
gito, ceteris omnibus salvis in pro-  
priis legibus, in propriis Laribus, in  
propriis templis, in propriis sepul-  
chris, solus ego peream, ut hic lapis  
e manibus meis decideret. Nec plura  
locutus lapidem manibus dejiciebat.  
Solebat quoque fœdus juxta Romano-  
rum non solum, veram etiam aliarum  
gentium morem effusione sanguinis  
seu animalium cæde confirmari, præ-  
cipue porcæ: unde Virgil. 'Post  
idem inter se posito certamine reges,  
Armati Jovis ante aras, paterasque  
tenentes, Stabant, et cæca jungebant  
fœdera porca.' 'Talibus inter se fir-  
mabant fœdera dietis Conspectu in  
medio procerum: tum rite sacratas  
In flammam jugulant pecudes, et vis-  
cera vivis Eripiunt.' Hujus fœderis

formula hæc fait, auctore Livio: 'Andi Jupiter, audi Pater patrater, ut illa palam prima, postrema ex illis tabulis cerave recitata sunt sine dolo malo, utque ea hic hodie rectissime intellecta sunt; illis legibus Populus Romanus prior non deficiet: si prior defecerit publico consilio, dolo malo; ta ille Diespiter populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque.' Id ubi dixit, porcum saxo silice percussit. *Fung.* Quia ergo seipsum execrabatur, si contra fœdus fecissent, etiam religiosi erant in iis servandis. Quod hic prætexit rex Bocchus.

*Ne fluxa fide usus*] Tacitus Hist. 12. 'fluxam per discordiam militum fidem, et periculum ex singulis:' et Hist. 11. 'fluxa, ut est barbaris, fide, pactus Amiceti exordium.' *Ciaccon.*

*Quis et Jugurtha carus, et Romani invidi erant*] Manuscriptum, *invidi essent*: id quod sententia quoque ita postulat; nisi quis *ἐρέπων* esse modum velit. *Rivius.*

*Quis et Jugurtha carus et Romani invidi essent*] Non ambigo quin illud *essent* sit a mangonibus: certe ejus loco est in Pal. sec. quint. sext. sept. *erant*, qui præterea secundus nullam agnoscit copulam et, nedum geminatum. Itaque deletur et illa. *Grut.*

*Leniter, et ex voluntate Sulla*] Ita legit vetustus codex. Aldinus conjunctionem et sustulit, alius autem codex habebat, *lenitur, et ex voluntate Sulla omnia se facturum promittit*; atque ita legit Badius: ego nihil desinio. *Glur.*

CAP. 112 *In castra Jugurthæ venit*] Manuscripta, *proficietur*; quomodo et ex impressis quædam. *Rivius.*

*Et ei nuntiat, Jugurtham cupere omnia*] Manuscripta *denuuntiat*: hæud scio an perperam. *Idem.*

*Pacem contentam frustra fuisse*] Sicuti pax facta cum Calpurnio Bestia consule, et cum Anlo fratre, Albino

consule. Nam Senatus utramque pacem improbavit et rescidit: sicuti visum est supra. *Sold.*

*Cum talem virum in potestatem habuisset*] Manuscripta cuncta quæ ipse viderim, et vetustissimum quodque ex impressis, in *potestate habuisset*. Atque id rectius esse arbitror, nisi quis *τῷ ἀρχαίῳ* dictum putet, quomodo Cicero 'esse in potestatem' alibi dixit. *Rivius.*

*Tum fore, uti jussu senatus qui populi Romani fœdus ferret*] In vetustis, uti *jussu S. P. Q. R. fœdus ferret*. *Idem.*

*Neque hominem nobilem non sua ignavia, sed ob rem. in host. potestate relictum iri*] In aliis, *non sua ignavia captum, sed ob rem populi R.* Quamquam ne quid dissimulem, captum non habent codices in pergamena descripti. Exemplar Basiliense, *non sua ignavia, sed ob rempubl. captum*. Nos integram lectori judicium relinquimus. *Idem.*

*Non sua ignavia, sed ob Rempubl.*] Pal. pr. initio habuit, *non signavia*, deletaque inde litera prima; unde factum ut habeat Pal. tert. *non ignavia*. Agnoscunt tamen pronomen *Mas.* reliqui. Est in sexto; *non sua ignavia captum, sed ob Rempubl.* et ita quoque editio prima. Octavus præfert; *non sua ignavia captum, sed ob rem populi Rom.* Pal. sec. non agnoscit vocem *relictum*. Adeo ut appareat latere hic aliquod monstrum. Forte fuit, *non sua ignavia, sed ob Rempubl. hostium potestatem, &c.* *Gruter.*

CAP. 113 *Dolo, an vere cunctatus*] *Vero Bong.* ac Pal. octavus. Videtur dictio ultima aliquid habere spurrii. *Idem.*

*Illi lati pariter, ac bonæ spei esse plani*] Manuscriptum, *ac spei bonæ*; ut adjectivum æquatur. *Riv.*

*Ac statim immutata voluntate, &c.*] Hoc *Immutata voluntate* referendum est ad illud superius dictum: 'Hæc Maurus secum ipse diu volvens, tandem promisit.' Nam habebat tunc in animo, ut Sullam Jugurthæ trade-

ret. Hic contra in animo habet Jugurtham tradere Sullam. *Glar.*

*Remotis ceteris]* Haud dubie vox ceteris abundat. Ait enim, 'adhibitis amicis, ac statim remotis:' quod erat signum varii animi, et immutatae voluntatis. *Ciaccon.* Sic et *Ursinus.*

*Remotis ceteris]* Quid si legas, *Remotis arboris?* pro, Nemine praesente, solus ipse existens: nihil tamen immuto. *Rio.*

*Remotis ceteris]* Non temere movit solertissimas diligentis Fulvius Ursinus, locum videri maculosum. Nam *Blud ceteris* non est in Naz. sed ejus loco fuit initio, *aceleris*, cui deinde crasa libera princeps. Praeterea pro *amicis* praefert *amisso*: posset quidem fingi; *Maurus adhibitis amicis, ac statim immutata voluntate, remotis; ac ceteris secum ipse multum agitare*: nisi forte eradicandum adhuc illud *aceleris*. Nam non comparet *ceteris*, ulli litera in Pal. quarto; qui tamen largiter acceptus a glossographis, habetque: *Maurus adhibitis amicis, omnino priori consilio, ac statim immutata voluntate, remotus dicitur ipse, &c.* *Gruter.*

*Vultu corporis pariter atque animo varius]* Haec vera lectio est: nec satis mirari queo emendatorum supinitatem, qui glossis librariorum, quam Sallustianis verbis adherere maluerunt. Quid enim haec quam mera glossemata, *colore ac motu?* *Putschius.*

*Vultu, colore, ac motu corporis, pariter atque animo varius]* Fulvii liber, *vultu corporis pariter atque animo varius.* Servius *Aeneid. III. vultu et oculis pariterque animo varius.* Alii; *vultu pariter corporis atque animo varius.* *Manutius.*

*Quae scilicet tacente ipso occulta oris patefecisse]* Ita quidem Carrionis editio; neque male, nisi quatenus arbitror adhuc ejiciendum illud *oris*: verum ne quid dissimulem, habeo isthaec omnia pro spariis atque irreptitis: certe minime hoc loco requi-

runtur. Nemo enim aliquo judicio praeditus non a se colligit, animam mentem praeferrere ipso vultu; nedum ut id tam ambitiose incunicare necesse Sallustio: et ut hujus nihil esset, vel varietas membrarum prodit fecum. Nam Pal. pr. habet; *quae scilicet ita tacente ipso occultare et oris patefecissent*: ad oram vero ponitur; *oris patefecit*: secundum, *quae scilicet ita tacente ipso occulta cordis et oris patefecissent*: tertium, *quae scilicet ita tacente ipso occultare specie oris patefecisse*: quartum, *quae scilicet ita tacente ipso, occulta pectoris, patefecissent*: quintum, *quae scilicet tacente ipso, occulta pectoris dicitur patefecisse*: sextum, *quae scilicet ita tacente ipso occulta cordis et oris immutationem patefecisse*: octavum; *quae scilicet ipso tacente occulta pectoris oris mutationem patefecit*: at septimus his refert omnino apicibus: *Q. S. ita tacente ipso occulta pectoris immutatione oris dicitur patefecisse.* *Grut.*

*Occulta oris patefecisse]* Vv. cc. variant: nam alii habent: *Occulta pectoris, specie oris patefecissent*: alii: *Occulta pectoris oris immutatione patefecisse.* In aliquibus est: *Occulta pectoris patefecisse dicitur.* Sed unus apud me liber vetustissimus: *Occulta pectoris patefecissent.* Quae lectio vera videtur. *Ursin.*

*Quae scilicet tacente ipso, occulta oris mutatione, patefecisse]* Fulvii liber, *quae scilicet tacente ipso, occulta pectoris specie oris patefecissent*: alii, *quae scilicet ipso tacente, occulta pectoris oris immutatione patefecisse*: vel, *quae scilicet tacente ipso, occulta oris immutatio patefecit*: vel, *quae scilicet, tacente ipso, occulta cordis, specie oris patefecissent.* *Manutius.*

*Tamen postremo Syllam accersiri jubet]* Quamvis in Fabriciano sit *accersi*, quomodo et superius, ubi hodie fere, *ex hibernis accersiri jubet*; tamen priorem lectionem relinquendam esse duco, quam in ceteris manuscriptis est. Nam, ut Ciceronem omittam, Corn.

'Nepos in vita Attici, 'Agrippam,' inquit, 'generum ad se accersiri iussit;' et Livius III. ab U. C. 'Placere itaque patrem accersiri.' Tacit. quoque, 'Pisonem Licinianum accersiri jubet.' I. XVII. *Riv.*

*Ceteri obtruncati, Jugurtha Sylla victus traditur*] Venetum illud a Pinicio excusum, nec non alia pleraque, *ceteris obtruncatis*, ut sint duo ablativi absolute positi, sed est idem utrobique sensus: quomodo in Fabriciano fuerit, haud scio; nam finis deest. In duobus manuscriptis est vulgata lectio. *Idem.*

*Jugurtha Sulla victus traditur*] De hac Jugurthæ traditione, quæ a Fausto Sullæ filio in numismatibus quoque veteribus signata est, Plinius XXXVIII. 1. sic ait: 'Sulla Dictator traditione Jugurthæ semper signavit;' et Valer. Max. VIII. 15. 'L. autem Sulla, etiam ad neminem Scriptorum animum direxit, tamen Jugurtha a Boccho rege ad Marium perducto, totam sibi laudem cupido asseruit, ut anulo, quo signatorio utebatur, sculptam illam traditionem haberet.' *Ursin.*

CAP. 114 *Adversum Gallos*] Adversum Cimbro, ut refert Livius: val adversum Cimbro et Teutonas, ut Valerius Max. IV. 7. et Paternulus I. II. volunt: alii autem, ut Orosius et Eutropius, Manlium et Cæpionem a Cimbris, Teutonis, Tigurinis et Ambronibus victos fuisse scribunt: sed cum constet, fuisse Cimbro et Teutonas, Germanos, Tigurinos vero et Ambronas, Gallos; in eam opinionem adducor, ut existimem Sallustium, cum (ut infra docebimus) id bellum Cimbricum et Teutonicum, nunquam nisi hoc loco, quod sciam, Gallicum appellatum sit, hic Gallos etiam Germanos vocavisse, ut Gallorum nomine etiam Germani continentur; quandoquidem etiam Germania aliquando Gallia vocata sit. Propriam de *Edificiis* Just. I. IV. *adver-*

*σι μὲν δὲ ὅλιγον τῶν ἐν Καλιταῖς ποταμῶν Ἰστροῦ, οἱ τῶν ἐν Γάλλοις ἀνακαταθέντων.* Satis constat Gallos omnes et Germanos uno vocabulo veteres Germanos Celtas, Romanos autem Gallos nuncupasse: quam rem etiam Volaterranus animadvertit. Germaniæ enim vocabulum (ut docent Cor. Tac. in libro de Morib. et populis Germaniæ et Strabo. Geogr. I. VII.) recens erat Sallustii tempore, et nuper additum: unde nemini mirum videri debet, si is Gallorum nomine etiam Germanos nuncupavit. Recte itaque Livius a Manlio et Cæpione male adversus Cimbro pugnatum esse scribit, non autem adversus Gallos: ut hic Sallustius inquit. Nam (uti diximus) hic Sallustius sub nomine Gallorum intelligit etiam Germanos. Auctoritate etiam veterum comprobare possemus, Manlium et Cæpionem a Cimbris victos fuisse: id enim ex iis, quos supra citavimus, Valerio et Paternulo, item ex Cornelio Tacito, in lib. de Sitæ et Mor. pop. Germ. et Plutarcho in Camillo et in Lucullo cognoscimus. *Cast.*

*Per idem tempus adver. Gall. &c.]* L. Florus Livii racemator, I. LXVII. ex eodem ait, 'bello adversus Cimbro male ab his ducibus pugnatum esse,' non autem adversus Gallos, ut hic Sallustius perhibet. Sane Cimbro Germani sunt, quorum Chersonesus est in extremo Germaniæ angulo, Septentrionem versus, ut præter alios auctores etiam Ptolemæus meminit. Videtur itaque Sallustius Livio contrarius in historia. Sed id sciendum, Livium per totam Romanam historiam iniquum Gallis fuisse, haud scio qua de causa, cum esset homo ipse in Gallia natus. Sed hercle ad Antenorē maluit referre Patavinorum originem, quam ad egrægiam omni hominum memoria Galliam gentem; Venetosque non ex Aremoricis illis civitatibus, sed ex Paphlagonibus Hænetis, si Diis placet, sum-

aise exordium. Verum pro Sallustio est auctor Græcus Strabo, in historia veritate, atque adeo in rerum omnium descriptione eminentissimus, qui unus externorum auctorum res atque loca Alpinarum gentium et veridicè et diligentissime descripsit. Nam quid ego Plinium ac Cornelium Tacitum commemorem, nostrarum regionum oculos testes, ut ipsi jactant? cum in rerum Germanicarum descriptione Rheni maximum illum 'Brigantium lacum' vel ignorarunt, vel negligenter omiserunt: ut nihil dicam de tot 'Helvetiorum lacubus' et 'Rheni cataractis.' Strabo autem Græcus scriptor, etsi cataractarum non meminit, lacum tamen illum ita depinxit, ut etiam populorum circa habitantium certissimam fecerit nomenclaturam. Verum de his alias. De hoc bello, cujus hic meminit auctor, sciat Lector Livium ideo scripsisse, Cimbrorum bellum fuisse, quod Cimbri ejus concitatores fuerant, at bellatorum multitudo et principes ejus expeditionis, non Cimbri tantum, sed majori ex parte Galli fuere, et ex Gallis potissimum Helvetii, eorumque complices: denique ex Helvetiis maxime Tigrini atque Tugini; cujus rei locupletissimus testis est idem Strabo lib. vii. Porro locus apud Strabonem cum in Latinis, tum in Græcis exemplaribus corrupte legitur. Interpres malo exemplari deceptus, *Læcios* pro *Helvetios* tradidit, quasi aliam quandam ab Helvetiis gentem, cum de eisdem Helvetiis loquatur Strabo. Verba ipsius ex Posidonio, quia Sallustii dictum adversus Livium plurimum adjuvant, atque adeo ipsam veritatem, adponere placuit, ut simul ab errore hic locus emaculetur. Ea ita habent: *Ἐπι δὲ καὶ Βολῶν τῶν Ἐρατίων θρυμνὸν οἰκεῖν πρότερον τοὺς δὲ Κίμβρων ὀρησαντάς ἐπὶ τῶν τόπων τούτων, ἀποκρουθέντας ἐπὶ τῶν Βολῶν, ἐπὶ τῶν Ἰστρου καὶ τοὺς Χαυρῶσιμους Γαλάτας καταβῆναι. εἴ' ἐπὶ*

*Τευριστὰς καὶ Ταυρισίους, καὶ τοὺτους Γαλάτας. εἴ' ἐφ' Ἐλουητίους, πολυχρόσους μὲν ἔνδρας, εἰρηναίους δὲ ὄντας δὲ τῶν ἐκ τῶν Ἀρσητῶν πλοῦτων διεσβάλλοντα τοῦ παρ' αὐτοῖς, τοὺς Ἐλουητίους ἐπαρῆναι· μέγιστα δ' αὐτῶν Τυγυρῆος τε, καὶ Τυωγενοῦς, ὅστε καὶ συνεξορισῆσαι. Πάντες μάλιστα καταλίθησαν ἐπὶ τῶν Ῥωμαίων. Quæ interpres ita vertit: *Boios vero prius Hercyniam habitasse sylvam asserit, et Cimbro agmine facto, hunc invasisse locum, a Belgisque ejectos, Istrum et Scordiscos gentem Gallicam petentes descendisse. Mox Teuristas et Tauriscos, et hos nationis Gallicæ, Læcios adiasse, viros quidem plurimo locupletes auro, ceterum in pace vitam agentes: cumque confatas latrociniiis opes longe suis ampliores esse viderent, in Helvetios sese contulisse, et ex eis præcipue Tygryenos et Toygenos, eoque secum sollicitas: universos vero delevere Romani. Hæc ille: atqui ex his verbis nullus sensus colligitur. Quare ab hoc loco, 'Mox Teuristas,' &c. ea vero ita vertenda erant: 'Dein in Teuristas et Tauriscos, et hos Gallicæ gentis, mox in Helvetios, auro quidem abundanteis viros, ceterum in pace degentes. Porro cum Helvetii, illorum,' nempe Cimbrorum, 'ex latrociniiis confatas opes suis longe ampliores vidissent, ipsos commotos, maxime vero ex eis Tigrinos ac Tuginos, simul cum illis,' scilicet Cimbris (in expeditionem adversus Romanos) 'excitos esse. Universi vero deleti sunt a Romanis,' &c. Interpretem decepit (ut dixi) exemplar, quod pro Ἐλουητίους habuit Λουητίους, quos duos populos esse credidit. Præterea illud ὄντας idem existimavit referre Cimbro, cum referat Helvetios. Quod inculenter ex libro ejusdem Strabonis quarto patet: *ἔπει δὲ (inquit) πολυχρόσους τοὺς Ἐλουητίους εἶναι, μηδὲν μάλιστα ἦσαν ἐπὶ Ἀρσητῶν τράπασθαι, τὰς τῶν Κίμβρων εὐπορίας ἰδόντας. Quæ verba interpres ita vertit: *Helvetios magnam auri****

*vim possidere traditur: qui cum Cimbrorum opes cernant, nihilominus ad latrocinandum studia converterunt. Hic adpuror idēras, ut antea idēras, non recte vertit: sed eam ita interpretari oportuit hæc verba: 'Fama est auro locupletes Helvetios esse, nihilominus tamen ad latrocinia versos, posteaquam Cimbrorum opes viderent.' Hæc, contra atque nostra fert consuetudo, diffusius tractavimus: partim ut Lectori ostenderetur, quam incorrectus hic optimus auctor in manibus hominum versetur: partim, ut notum fieret, quam non omnia oraculi vice sint, quæ apud Livium descripta leguntur. Pluris facio Strabonis Sallustique quam Livii in veritate historię auctoritatem. Nam qualis qualis alioqui fuerit Sallustius, certe in rerum gestarum narratione veritatem veritus est, quod in hoste Cicerone satis aperte ostendit. Livius odium in Gallos per totam historiam nusquam non prodit, nusquam non identidem eis vitia odiosissime objectat: cum nulla alia gens Romanis terribilior fuerit; quorum adventum non bellum, sed tumultum vocabant; contra quem, quicquid Romæ arma ferre poterat, conciebatur: ut si fortuna pro Gallis ita stetisset, atque pro Romanis, facile Galli Romanos domuissent. Nec ratione caruit, quod C. Cæsar ærarium effregerit, execratione liberatam urbem asserens, quod ipse Celtas vicisset, ut est apud Appianum. Veteris Galliæ veram imaginem habent hodie Helvetii libertate et populari dominio, præterea linguam veterem Gallicam et mores. Deinde Sequani, Rhenani, et ferme Rhenus, nisi quod aliquot ex Germanis populi littoribus utraq; ex parte Rheni occupatis, linguam suam cum nostra Celtica miscuere: quæ Germanorum lingua in thematis a Celtica non admodum distat, pronuntiatione vero et diphthongis multum. Verum qui de his co-*

*plosius scitu dignissima legere volet, videat volumen D. Egidiï Tschœdi Claronensis, v. c. apud Helvetios, quod de antiquitate Rhetiæ inscripsit, ubi Plinii, aliorumque auctorum loca de gentibus Alpibus et vero et eleganter, ut nemo hac ætate melius, explicavit. Glareanus.*

*Ducibus nostris] Vide Lucium Florum in Eptome Liviana, in l. LXVII. et LXVIII.*

*Q. Cæpione] Corrupti duo loci sunt apud Plutarchum; alter in Camillo, alter in Lucullo, ubi hic Scipio, non Cæpio, perperam vocatur. Ceterum is Q. Servillus Cæpio consul fuerat cum C. Abilio Serrano, quem Gellius Q. Servanum nominat, anno ab U. C. 647. Val. Max. tradit Cæpionem in carcerem conjectum, ab L. Regino amico liberatum fuisse. Conject enim eum in carcerem C. Norbanus tribunus plebis, ut ex l. II. Cicer. de Orat. discimus. Id vero notandum, dissentire Strabonem a Livio, quippe qui scribat Cæpionis filios heredes bona paternæ dissipasse; cum Livius (uti vidimus) asserat Cæpionis bona publicata fuisse. Vide Gellium III. 9. et Proverbum apud Erasmum, 'Tolosanum asrum.' Cant.*

*M. Manlio] Marcus is vocatur etiam ab Eutropio l. v. et Tacito de populis Germaniæ. At Livius et Orosius in locis supra citatis Cæjum appellant. Fuit autem consul cum P. Rutilio Rufo anno Urbis conditæ 641. Idem.*

*Male pugnatum] Hoc enim dicit, quia Q. Servillus Cæpio consul, et M. Manlius proconsul, a Gallis et Cimbris victi prælio, castrisque bials exuti sunt, militum millia octingenta occisa, calorum et lixarum quadraginta millia. Bona Q. Cæpionis, ut supra vidimus, cujus temeritas clades accepta est, publicata sunt, imperium ei abrogatum est. Sold.*

*Cum Gallis pro salute, non pro gloria certare] Tacitus in Vita Agricolæ,*

‘Romanis redit animus, ac securi pro salute, de gloria certabant.’ *Cicæcon.*

*Romam vincitum]* Jugurtham cum duobus filiis Marius in Triumphum duxit, teste Plutarcho: atque Jugurtha in carcerem post triumphum tractus, nudusque in barathrum conditus est, ibique sex dierum fame contabuit, suspensus semper spe vitæ spiritum trahens, ut ita Manibus fratrum, quos scelerate necaverat, egregie parentaret. Numidia hoc bello in Provinciæ formam redacta non est, ut quidam scribunt: observo namque Numidiam Regibus P. R. sociis quatuor fuisse donatam, Hiempsali, qui Marium exulem fovit, teste Plutarcho; Hiarbæ, qui quod Marianas partes adjuverat, Sullæ auspiciis per Cn. Pompeium victus et captus est, qui Numidiam cum Gætulis Hiempsali (ut Cicero in Agraria testatur) tradidit. Hiempsali Juba filius successit, quem Cæsar, quod Pompeji partes sequeretur, profligavit, vicit, Numidiamque occupavit, et provinciam fecit. (Ita Hirtius et Dion.) Crispumque Sallustium ei primum præfecit. *Stad.* De Jugurthæ captivitate vide etiam Florum.

*Marius consul absens factus est]* Id per leges Romanas fieri non poterat, sed in tanto periculo legibus solutus est, Vide Plutarchum. *Idem.*

*Inque Kalendis Januariis magna gloria triumphavit]* Manuscripta *KL. Januarii*; quomodo et ex impressis quædam: tametsi quod ad sensum ipsum attinet, utrumvis probe quadrat. *Rizius.*

*Ea tempestate]* Id est, Victis Cimbris, tertium Romæ conditorem Marium populus Rom. appellabat; ut auctor est Plutarchus. *Bad.*

*Ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sitæ]* Ant. Cæsarii Cæsenatis, et Pauli Hyantaphii Sabini libri duo scripti, *ex ea tempestate]* habent præterea, *sitæ erant*, non *sitæ*. Alii judicent: impressa lectio mihi quidem satis lepida videtur, quomodo locutus et Sulpitius Severus Sacræ historiæ lib. 1. de Josepho: ‘Ea tempestate spes atque salus Ægypti in illo sitæ erant.’ *Manutius.*

*Ex ea tempestate]* In *Mss.* potentioris fidei: nam quibus minor auctoritas, excludere illud *ex*, vel mutant in *et*: sunt etiam qui præferant, *et ex ea temp.* Gruterus.

*Spes atque opes civitatis in illo sitæ]* Ejeci Carrionis, assecularumque, *sitæ erant*; quod non compareret in plerisque *Mss.* arcereturque alioquin editionibus obsolete; denique proderent id falsi *Mss.* aliquot in quibus, *sitæ sunt.* *Idem.*



# NOTÆ VARIORUM

IN

## FRAGMENTA HISTORLARUM.

---

### LIBER I.

*Res populi*] In tanta rerum antiquarum obscuritate, tamque densis errorum tenebris, quæ prima sint in his C. Sallustii Crispi historiis, quæ secunda, difficilis est dijudicatio; atque eo difficilior, quod neque veteres eam rem oratione persecuti sunt: et si qui ætatis posterioris idem agere tentarunt, iisdem etiam vestigiis, quibus insistimus, inhærere, et per omne scriptorum genus errare debuerunt; neque certam aliquam scribendi rationem, quasi viam, tenere potuerunt. Igitur nos, quibus in rebus hujusmodi diligentius inquirendis industriam graviorum disciplinarum tractatio negavit, et in inveniendis ingenium natura satis parce est elargita, ita hæc historiæ Sallustianæ fragmenta, et veluti e naufragio tabulas, componemus, ut si navem integram et sartam tectam esse præstare non possimus; (quis enim id speret?) saltem efficiamus, ut minus lacera, minusque dissipata, et in partes pauciores dissoluta esse videatur. Hæc autem primo historiæ loco posui, quod Tib. Donatus

sub initium Æneidos, Virgilium, qui prius rem, deinde posuerit personam, ita tueatur; ut Sallustium omni metrorum ratione liberum hic historiam cœpiisse scribat: primo ut rem, mox pop. Rom. personam poneret. Adde quod Ausonius in Protreptico suo, historiæ Sallustii argumentum breviter recensens, ita canat: 'Jam facinus, Catilina, tuum, Lepidique tumultum, Ab Lepido et Catulo jam res et tempora Romæ Orsus, bis senos seriem connecto per annos: Jam lego civili mistum Mavorte duellum, Movit quod socio Sertorius exsul Ibero.' Quæ Ausonii ac Donati, commode, ut fallor, ad hæc verba referri possunt: quæ cum bis a Prisciano, primo genitivum *Romæ* pro adverbio notante, deinde idem posterius repetente, tum vero etiam apud Rufinum, sive quis alius auctor est libelli de *Metris Comicis*, a Pompejo Messalino adducuntur. Messalini verba ex libro de *Pedibus et Numeris oratorum* adscribam: neque enim parum ad eam, quam exprimendam curavi, scripta-

ram confirmandam, et vero multum ad Priscianum vehementer duobus l. xv. in locis corruptum emendandum faciunt. 'Nunc si videatur,' inquit, 'Sallustianæ periodi numeros inspiciamus. Res popu, *dactylus*. li Romani Marco *tres spondei*: Lepido, *anapestus*. Quinto Catulo, *spondeus et anapestus*: Consulibus, *pæan primus*: ac deinde, *dichoreus sive ditrochæus*: militi, *dactylus*: et domi, *creticus*: gestas, *spondeus*: composui, *choriambus*.' Hactenus ille. quod ita certum loci hujus constituendi argumentum sit, ut vehementer mirer homines quosdam, cum in hunc scriptorem incidissent, magis etiam, quasi dedita opera ejus scripturam vitare voluisse: tamen et apud Messalinum et apud Rufinum, copulam et, ex veteribus Prisciani libris, cum in alio etiam vulgato exstaret, necessario reposui. Fuerunt consules M. Aimilius Q. F. M. N. Lepidus, et Q. Lutatius Q. F. Q. N. Catulus, anno U. c. cccclxxv. *Carrio*.

*Res Pop. R. M. Lepido, Q. Catulo Cons. ac deinde militia et domi gestas composui*] Videtur Sallustius æmulatus esse exordium, quo Thucydides historiam suam exorsus est, cum dixit *Θουκυδίδης Ἀθηναίος συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὃ ἐπολέμησαν πρὸς ἄλλήλους*. Nam verbum *composui*, eodem modo usurpavit, quo Græcus scriptor, *συνέγραψε*, quod positum est pro *συγγράφη*. Ad Sallustium respexit Tacitus cum dixit l. ii. 'Res Imperatoris Domitiani composui.' M. autem Lepidi, et Q. Catuli consulatus, descriptus est in veteri apud me Semtasconsulto, quod in ænea tabella incisum est ita: ΕΠΙ ΤΙΛΙΩΝ ΚΟΥΝΤΟΥ ΑΥΤΑΤΙΟΥ ΚΟΥΝΤΟΥ ΤΙΟΥ ΚΑΤΑΛΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΚΟΥ ΑΙΜΙΛΙΟΥ..... ΜΑΡΚΟΥ ΤΙΛΙΟΥ ΑΙΜΙΛΙΟΥ, &c. *Ursinus*.

*Cato*] Id est M. Porcius Cato Censorius, Historicus eximius, et aliis

quoque nominibus laudatissimus. Si quidem, ut Plinius scribit l. vii. c. 27. 'tres summas in homine res præstitisse existimatus est, optimus Orator, optimus Imperator, optimus Senator. Cujus et illud proprium,' ut ibidem dicitur, 'quæter et quadragies causam dixisse; nec quenquam sæpius postulatum, et semper absolutum.' Unde et Elogium ejus apud Val. Max. viii. 7. Vitam ejus scripsit Plutarchus. Florere cœpit bello Punico secundo, in quo sub Fabio Maximo militavit. Vitam autem produxit usque ad bellum Punicum tertium, ad quod ille imprimis concitavit Romanos. Scripsit præter Grammaticos, etiam libros de Re militari, Vegetio teste. Sed præcipue celebres sunt Originum libri, in quibus non tantum Italicarum urbium origines, auctore Dionysio, sed et res gestas Populi Romani persecutus est, ut Festus testatur. Quid continerint hi libri et quæ ejus vita fuerit, egregie ostendit Cornelius Nepos. Atque hi libri iidem sunt cum Historiarum libris, secus atque Colesrus existimat. Cicero ejus Orationes atque Originum libros impense laudat. In orationibus omnes oratorias virtutes extollit idem Cicero, florem et lumen eloquentiæ in Originum libris laudat; et hæc non probet Bruttus. *Vossius*.

*Fannius vere*] Adducit hunc locum Marius Victorinus, apud quem legitur: 'Fannius vero brevitatem;' pro quo alii reposuerunt, *Fannius vere*. Sed cum Sallustius brevitatem Catoni tribuerit, fortasse pro *brevitatem*, scribendum erit *ubertatem*: nam illud *verv* non placet, et factum videtur ex eo, quod in vulgatis est, *verv*. *Ursinus*.

*Fannius*] Duo fuere Fannii, cujus utriusque meminit in Bruto Cicero: 'Horum ætatibus adjuncti duo G. Fannii, Caji Marcique filii fuerunt: quorum Caji filius, qui consul cum Domitio fuit, unam orationem de so-

elis et nomine Latino, contra Græcicum reliquit: sane et bonam et nobilem: et post aliqua: 'Aliter autem et Fannius M. F. C. Lælii gener, et moribus, et ipso genere dicendi durius. Is soceri instituto, (quem, quia cooptatus in Augurum collegium non erat, non admodum diligebat: præsertim cum ille Q. Scævola sibi, minorem natu generum prætulisset: cui tamen Lælius se excusans, non genero minori dixit se illud, sed majori filium detulisse) is tamen instituto Lælii Panætium audiverat: ejus omnis in dicendo facultas ex historia ipsius non ineleganter scripta perspicui potest: quæ neque nimis est infans, neque perfecte diserta.' Ejus quoque Annalium meminit Cicero primo de LL. et l. II. de Orat. item ad Atticam l. XII. epist. 6. ubi et indicat a Bruto fuisse in compendium redactos. *Voss.*

*Nobis]* Ex Prisciano l. v. Exemplar S. Martini Lovaniensis duas voces a vulgata editione variat. primum eadem legit, *nobis nuper prima*: deinde, *agitur, pro agit*: quod posterius, licet probante Thosano codice, nondum admissi. Sic in Critico emendationum Sallustianarum emendavimus apud Sallust. bello Jugurthino c. 26. 'Porro animus cupidine cæcus ad inceptum scelus rapiebat.' Cum vulgo ubique legeretur, *rapiebatur*; loco ab hominibus ineptissimis Sallustianas loquendi rationes ignorantibus fæde depravato. *Carriv.*

*Semper in certamine libertatis, aut gloriæ, aut dominationis agit]* Quidam pro *agit*, *agitur* rescribere institerunt, veteris (ut videtur) codicis fidem secuti: unde suspicio est *agitur* in Sallustio scribi debere: et certe mecum facit Priscianus, hujus Fragmenti laudator; qui *agitur* hoc loco (lego *agitat*) pro *agit* positum observasse videri potest. Quid? quod plerumque frequentativis evenire solet, ut pro simplicibus ab Historico nostro po-

nantur: qua de re exempla, quod in præmissis sicut, præterfluere sicut. *Dezza.*

*Ad bellum Persi]* *Persi*, pro *Persis*, usurpavit etiam Tacitus Sallustium imitatus, cum dixit l. IV. 'Per bella Persi.' *Ursinus.*

*Persi]* Perses Philippi ex pellice Gnathænia filius, Demetrium fratrem justa matrefamilias ortum, regniq; successorem, invidia, calumniis, et confictis criminationibus apud patrem perniciosè depravatum, ex insidiis et patris mandato, ut per Didam Prœnina prætorem veneno interficeretur, effecit. Philippus mœrore ob innoxii filii mortem senioque consumptus, in apparatu belli contra Romanos mortitur. Perses, regnum, quod parricidio scelereque occupaverat, accipit, et quasi hereditarium sibi cum P. Romano a patre bellum relictum esset, ita omnia consilia ad ejus apparatus et causas convertit, regesque populû Romanis socios invadit. Abruption Sapphorum regulum regno expellit. Aretarum Illyriorum in-erficat. Eumenem Pergamenorum regem Delphis gravissime per submissos percussores affigit. Græciam contra Rom. ad arma sollicitat. Legatos P. Romani ad res repetendas missos, superbe et contemptim exceptos, regni finibus intra triduum exire compellit: atque his de causis ipsi bellum indictam est, quod a Perse Persicum, et Macedonicum secundum dictum est. P. Licinius Crassus Cos. contra regem profectus, tertio et vicesimo anno ex quo petenti Philippo pax data erat, equestri prælio ad Syntium Thessaliæ juxta Ossam oppidum a Perse victus est: pacem tamen petenti regi, nisi senatus arbitrio sese permitteret, negavit: iterumque cum rege in Phalanæo agro congressus, meliore successu pugnavit. Licinio Hostilius successit, sub quo soluta est per licentiam militaris disciplina; socios tamen cum fide coluit, et a regis injuria egregie defendit. Q. Marcius

Philippus Cos. Macedoniam per invios saltus ingressus, regem nec inopiantem adventu suo ita perterrefecit, ut præcipiti fuga, omnes aditus reliquos, quos præsidio sepeerat, nudaverit, aurique magdam vim Pelles demergi jusserit, et classem Thessalonicæ incendi. Quartus in Macedonia consul L. Paulus Æmilius venit, et ad Pidnam Pieriæ urbem collatis signis III. Nonas Septembris, Perseum, XX. M. peditem cæcis, equitatu cum rege fugiente, vicit, castris exiit, atque Macedonum urbes per deditiorem accepit. Rex ab amicis desertus in Samothraciam templi religionem se defensurus fugit, sed a Cn. Octavio classis præfecto, cum tribus filiis, Philippo, Alexandro, (tertiæ nomen nusquam repperi) captus et in triumphum ductus est. Hunc regem avaritia sua sociorum auxilla ab se dissociasse scribunt, crudelitate sua ab amicis desertum, indignumque majestate tanti nominis, ob servilem et degenerem animum, et Demetrii fratris sui Manibus servitute et domus suæ calamitate parentasse: ipse enim Albæ squaloribus carceris et filii deo perierunt. Alexander quidem filius scriba Romanorum fuit. *Stadius.*

*Ad bellum Persæ]* Omissa est computatio annorum. Fuertunt DXXCIII. C. Hostilio Mancino, C. Atilio Serrano Coss. *Coler.*

*Omni Gallia cis Rhenum]* Ammianus Marcellinus eadem l. xv. tradidit: sed verbis ita corruptis, ut qui ea ex ingenio emendare sunt conati, magis etiam corruptissæ videantur. 'Galliæ regiones,' inquit, 'præcipue quæ confines Italicis, paullatim levius odere, sub imperium venire Romanum: primo tentatæ per Fulvium præliis parvis, quassatæ per Sextium, ad ultimum per Fabium Maximum domitæ, cui negotii plenus effectus asperiore Allobrogum gente devicta, hoc indidit cognomentum: nam omnes Galliæ, nisi quæ paludibus invixæ fuere,

ut Sallustio docetur auctore, post decennialis belli mutuas clades \* societati quæ nostræ fœderibus junxit æternis.' Verba Ammiani attuli: primum ut ea ad historiæ fidem examinarem: deinde, ut quid alii, dum corrigere voluerunt, promoverint, ostenderem: postremo, ut cum nostro hoc loco componerem. Igitur, ut ne ulteriori attingamus, quæ ab ipso pæne urbis Romæ natali repetenda erant, utque bella Gallica Cisalpina prætereamus, anno ab U. C. 103XXVIII. M. Plautio Hipsæo, M. Fulvio Flaccæ Coss. bellum Allobrogicum exarsit: qui M. Fulvio biennio post de Liguribus, Vocontis et Salvis triumphavit: de quibus illædem sequenti deinde anno a C. Sextio Calvino procons. ut a C. Cassio Longino de Allobrogibus, Arvernis, et Ruthenis triumphus actus est. Post Allobroges cum rursus viribus refectis Romanis sese opponerent, in eosque pro gentis suæ consuetudine continuum bellum gererent, tandem a Q. Fabio Maximo Procons. una cum rege Arvernorum Bitulto superati, ab eodem anno 103XXXIII. in triumphum ducti sunt, atque, hoc est, quod ait Marcellinus, Gallias a Fulvio tentatas, a Sextio quassatas, a Fabio Maximo devictas in Romanorum potestatem concessisse. Quod vero ait ex Allobrogibus devictis Fabii Maximi cognomentum inditum fuisse; id equidem semper ne verum esset, summopere sum veritus: cum in Fastis Capitolinis, etiam ante triumphum hunc Maximi titulo insignem esse invenitur. Additur in Marcellino: 'post decennialis belli mutuas clades, societati quæ nostræ fœderibus junxit æternis:' quæ ejus oratio apertis vitis non caret: lisque ejusmodi, ut a me sine veteribus libris purgari nequeant: nam quod quidam supposuerunt: 'Cæsar societati nostræ fœderibus junxit æternis:' hoc cum et contra rei gestæ veritatem, et præter historiæ fidem sit, concoquere nullo modo possum.

Cæsar id fecit? qui potest? cum Servius Sulpitius Rufus et M. Claudius Marcellus, sub quibus omnem Galliam perdomitam fuisse scribit Sallustius, ann. U. C. 1000. hoc est, biennio ante bellum civile Cæsaris et Pompeji, fuerint consules. Igitur locum corruptum esse fateamur, atque ita a nobis relinqui debere, doleamus. nam quod in Mariangeli Accursii, hoc est, prima, ni fallor, hujus. historici editione legitur: *Omnes Gallias, nisi quæ pabulibus innia fuerit, Sallustio docetur auctore post decennalis belli mutuas clades perperas, societatiq; nostræ fœderibus junxit æternis*: id satis magno argumento esse debet reliquorum scripturas ab ingenio et conjectura, non autem ab ipsa rei veritate proficiaci. *Carriv.*

*Optimis moribus*] Sallustius in Jugurth. 'Nam ante Carthaginem deletam Pop. et Senatus Rom. placide modestique inter se Rempublicam tractabant, neque gloriæ, neque dominationis certamen inter cives erat: metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat: sed ubi formido illa mentibus discessit: scilicet ea, quæ secundæ res amant, lascivia atque superbia, incessere. Vide Augustinum 1. 8. de civit. Dei. Eo ipso tempore meliores artes et Poësin a Græcia Romam commigrasse testatur Porcius Licinius: 'Pœnico bello secundo Musa pennata gradu Intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.' Servius: 'Bello Punico secundo, ut ait Ennius, placata Juno cœpit favere Romanis.' *Coler.*

*Metus a Tarquinio*] Sic Liv. 1. XLV. 'Cum major a Romanis metus, timorem a Principibus suis vicisset.' *Ciacconius.*

*Bellum grave cum Etruria positum*] Primis Coss. L. Junio Bruto, et Valerio Volusio, postea Poplicola dicto, dum exules Tarquinii res suas per vim repetant, prima hæc arma sumta sunt a Populo Romano pro libertate

contra Veientes et Tarquinenses: qui dum reducere cives suos Tarquinius in regnum conabantur, a Romanis ad Arsiam silvam victi sunt, Arunte regis Superbi filio Brutoque mutua vi, et ita pridie Calendas Martias in prælio occisis. Poplicola Bruti collega de Etruscis postridie primus quadrigis in Urbem vectis triumphavit. Superbus rex eo prælio, et filii morte fractus, ad Porsenam regem fugit, qui ad misericordiam afflictis Tarquinii rebus allectus (ut regale nomen regibus et magnum et sanctum est), ita Porsena anno proximo pro Tarquinii restitutione arma sumpsit: qui etiamsi Populum Romanum armis fameque fatigaverat; tamen novæ fortitudinis Romanæ exemplis, Horatii, Mucii, et Clæliæ Virginis percussus, pacem eodem anno, deserta Tarquinii causa, cum Populo Romano fecit. Hinc apparet, quare hoc bellum Etruscum dicatur, quia huic bello se immiscuerant Veientes, qui trans Tiberim centum ab urbe stadiis siti erant, Tarquinenses, denique Porsena rex Clusii. *Stad.*

*Et ceteris expertibus*] Sic in Catilin. 'Cruelitate feneratorum plerique patria; sed omnes fama atque fortune expertes sumus.' *Ciacco.*

*Et, ceteris expertibus, soli in imperio agere*] *Expertibus*, scil. imperii ac dominationis. Nam si omnis potestas (ut vult Poëta) impatiens consortis, eo magis Regia. Simile postea in oratione ad Cæsarem de Pompejo: 'Nam particeps dominationis neque fuit quisquam,' &c. *Douza.*

*Fœnoris*] Vide supra Bell. Cat. c. 33.

*Atque Aventinum insedit*] Tacitus: 'Duos colles quos barbari insederant;' et, 'Arceum Capitolii insedit;' et, 'Soli Cherusci juga insedere.' Livius 1. III. de eadem re: 'Eunt agmine ad Urbem, et Aventinum insident.' Vide quæ diximus ad c. 31. Bell. Jugurth. *Ciacco.*

*Montem sacrum, atque Aventinum in-*

sedis] Vide supra Jugurth. c. 31.

*Insedis]* Diomedes vero l. II. c. ult. proleptin figuram hic esse docet: eo quod mons, postea quam plebs illum insederat, sacer dictus est. Totum autem hoc historię fragmentum pessime ab iis acceptum est, qui se harum historiarum emendatores esse sunt professi. *Carrio.*

*Postquam remoto metu]* Sic Tacitus Hist. II. 'Sed ubi subacto orbe, et æmulis urbibus regibusque excisis, securas opes concupiscere vacuum fuit.' *Cicce.*

*Postquam]* In Agellio Bualidiano est: 'post remoto metu Punicos milites exercere vacuum fuit:' non recte. Vult enim Sallustius, Romanis metū belli Punicī impeditis parum otii fuisse exercendis simultatibus: remoto vero metu Punico, statu Reipub. nimio et otio et luxu conquassato, privatim singulos privis simultatibus indulisise: quod bello Catilinario & Jugurthino, itemque multis historiarum locis frequenter repetit: de quo item Silius Italicus, quem plurima a Sallustio mutuari alibi testati sumus, extremo decimo libro, ita canit: 'Hæc tum Roma fuit, post te cui vertere mores: Si stabit fatis, potius Carthago maneres.' *Carrio.*

*Postquam remoto metu Punico simultates exercere vacuum fuit]* Ita recte et ordine in editionibus plerisque: quo magis miror sinistram illorum diligentiam, quibus pro *simultates, milites* nobis objectare vacuum fuit: quos ipsos satius, dum ejusmodi Scholia commentarentur, vacuos esse fuisset. Ceterum hæc levioris operæ, cujus mihi pretium nonnullum facturum sane video, si et istud, et duo proxime insequentia Fragmenta, quæ apud Augustinum, Agellium, et Frontonem trifariam dispulsa leguntur, in unum locum compulsero, ordinæ nonnihil immutato, qui mihi ad hoc exemplum dispartendus videtur: 'Postquam remoto metu Punico simultates exer-

cere vacuum fuit, plurimæ turbæ, seditiones, et ad postremum bella civilia orta sunt: dum pauci potentes quorum in gratia plerique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine, dominationes affectabant, bonique et mali cives appellati, non ob merita in remp. omnibus pariter corruptis, sed uti quisque locupletissimus, et injuria validior, quia presentia defendebat, pro bono ducebatur. Ex quo tempore majorum mores non paulatim, ut antea, sed torrentis modo præcipitati: adeo juvenutus luxuria atque avaritia corrupta est; ut merito dicatur, genitos esse, qui neque ipsi habere possent res familiares, neque alios pati.' *Douza.*

*Plurimæ turbæ, &c.]* Arusianus Mænas primo historiarum libro a Sallustio dictum notat; 'concedere in gratia;' quæ apud Augustinum III. 17. (is enim totum hoc Sallustio fragmentum conservavit) mutata loquendi ratione leguntur: *quorum in gratiam plerique concesserant.* *Carrio.*

*In gratia concesserant]* 'Ἀρχαῖος, quemadmodum contra Cicero: 'In potestatem esse:' Claudius, 'in medium relinquere:' Terentius, 'in rem esse' dixerunt: quod eo libentius moneo, ne quis locutionis insolentia ductus, pro lubidine sua in quidvis aliud mutet. *Putsch.*

*Ob merita]* *Merita*, tam in vitio quam in laude posuit Sallustius; ambiguitate, qua idem antea usus in Jugurtha: 'Laudare, increpare merentes.' Quem locum incipitis vocabuli ignoratione male jampridem a sciolis acceptam tandem sartum tectum Crispo restituit Rivius. *Douza.*

*Ex quo tempore]* Sintne hæc certa Sallustianæ orationis verba, an vero etiam cum superioribus debeant conjugari, valde dubito; certe idem Augustinus eodem, quo superiora loco, paucis interjectis memorat. *Carrio.*

*Igitur]* Opinor autem hunc locum de Sullana proscriptione accipiendum.

Augustinus enim II. 18. plura hic Sallustium de Sullæ vitis ceteraque seditate reipub. tradidisse scribit. *Idem.*

*Ad bellum*] Agellius I. IX. hæc adducens, Pompeji metum, interpretatur, non quod Pompejus metneret, sed quod metneretur. Quod et Nonium Marcellum in voce (*metu*) observare memini: apud quem tamen prima vox est emendanda. *Idem.*

*Pompeji*] Cæ. Pompejus ex magnitudine rerum gestarum Magni nomen accepit, L. Sullæ partes secutus, ab eoque ad ulciscendos inimicos in Africam missus, Domitium expugnavit, deinde et Iarbam regem cepit, de quo triumphavit, ante legitimam ætatem. Quare ab exercitu Sullæ Magnus est salutatus. Inde contra Sertorium in Hispaniam profectus, Metelli copiis se coniungens eum cum tota factione sustulit. Mox delectus Imperator ad bellum piraticum, tribus mensibus id confecit. Dein successor L. Lucullo missus, de Mithridate triumphavit. Tigranem Armeniæ regem, ad genua procumbentem in regnum restituit. Inde Iberos, Albanos, Judæos, debellavit, capto eorum rege Aristobulo. Tandem vero sequentis belli civilis calamitate, (nam Pharsalica pugna a Cæsare copiis longe inferiore superatus) in Ægyptum fugiens regis perfidia ab Achilla præfecto interfectus est.

*Himapsalem*] Qui post devictum Jugurtham, cum tribus aliis, de quibus supra in fine belli Jugurthini actum est, Numidiam regnum partitus est. Et postmodum ejectus regno civilibus motibus, a Pompejo restitutus est.

*Mithridatis in tempore bellatari*] Tac. Annal. XII. 'Tamquam adversus desertores, et in tempore rebellaturos: quo modo existimo hic legendum. Donatus tamen in Phormion. act. 2. sc. 4. ita citat: 'Regis Mith. in tempore bellatari.' *Cicce.*

*Mithridatis*] Mithridates rex Ponti, vi tanta fuit et animi, et corporis, ut sexjuges equos regeret, duarum et viginti gentium ore loqueretur. Hæc dissidentibus Romanis sociali bello, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit: Græciam insulasque omnes, excepta Rhodo, occupavit: cives Romanos tota Asia negotiantes, nocte una occidendos curavit: Q. Oppium Proconsulem et Apulejum legatum in vincula conjecit: sed a Sulla apud Dardanum fesus, cum L. Lucullo apud Cysicum congressus, tanta suorum clade superatus est, ut rebus suis diffidens ad Tigranem Armeniæ regem confugerit: ejus ope cum bellum instaurasset, a Pompejo omnibus prorsus viribus exutus, tandemque a Pharnace filio in regia obsesus veneno vitam abrumpere tentavit. Verum cum ea via parum proficeret, quod corpus multis antea antidotis firmavisset, immixtum percussorem Gallum, auctoritate vultus ejus territum revocavit, et in eadem suam, manum trepidantis adjunxit. Hic Mithridates arguitur maximæ crudelitatis: nam Laodicen conjugem et sororem, præterea matrem, fratremque ac tres filios impuberes totidemque filias interfecit.

*Mithridatis*] Rectius legitur *Mithradates* juxta Goltzium. Nomen autem a mitra accepisse videtur. Mitra autem antiquis erat incurvum pileum, de quo pendebat baccarum tegmen, qua Phryges et Lydii utebantur, ut scribit Servius. Eustathius mitram exponit *ἀρόθρα τῆς κεφαλῆς*, id est, Redimiculum capitis et fasciam. Et quia hoc insigne regium, inde forsan Mithridates nomen accepit: nisi quod et *Mitri* dominum denotat Orientalibus.

*Quin lenones*] Corrige locum Charisii adfectissimum libro primo, ubi hæc Sallustii adducit: 'Lanien dicitur, ut Terentius, Lanii et coci. et Sallustius, Quin vinarii lanique.'

Ubi illud quoque notamus, *vinarium* dici. Latio autem quasi diminutio lanii. Et ita habet v. c. Nobiliss. Douze. Putsch.

*Compositi*] Nonius in iisdem verbis, *compositi*, exponit, *redempti*. Carr.

*Ne aut ipsi, nefanda que non existimatis*] Forte, *Nefanda que vobis existimatis*: et a dictione, *præsertim*, usque ad *aximat*, parenthesi inclusa esse debent. Clacc.

*Aut ipsi, nefanda que existimatis*] Ita in plerisque exemplaribus hodie legitur: *Ne aut ipsi, nefanda que non existimatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini*. Ego malim id quod in quibusdam libris visum sum animadvertere: *Ne que ipsi nefanda existimatis*. Atque ita optime et sibi et nobis constituta est sententia aliqui inexplicabilis, ut significet Lepidus Populum Romanum alios ex suo ingenio probare concessisse, et quoniam ipsorum mores a tyrannide, omniq; adeo perfidia impensissime abhorreant, ceteros omnes etiam sui similes putare, eoque ipsos nimia sua crudelitate per fidem facilius decipi, ac dolis Sullanis opprimi posse, quum que ipsi nefanda sibi atque abominanda existimant, ea haud temere in quemquam mortalem cadere posse arbitrantur. Quid? quod ita hunc locum interpretandum esse, clamant ea que præcessere. Ceterum quod de Sulla ab omnibus Scriptoribus prædicatur, eum A. U. DCCLXXIV. qui huic Lepidi Consulatum antecesserat, Dictaturam deposuisse; falsum alicui, neque hercule injuria, videri possit, qui quidem hanc Emilianam Orationem secum et cum animo suo paulo curiosius perpendit; in qua de abdicatione dictaturæ verbum nullum, de dominatione sucta sermo plurimus. Sed tamen (ut, quod res est, fabuler) verisimile non est, Sulla Rempubl. tractante, locum adeo liberæ orationi in urbe concessum fuisse, parituræ aliæque præsens haud dubie incommodam

tam auctori quum auditoribus, que frequentes quidem et conglobatæ adfuisse oportuit: si tamen ea publi præsentem in concione, pro Rostris habita fuerit, ex more Romano. Quo magis in eam sententiam inclinamus, ut credam deposita quidem a Sulla Dictatura hæc verba M. Emilianum Cos. ad Quirites fecisse; sed deposita modo titulo tenus: quippe cuius vis etiam postea per idoneos homines retenta, ex lubricitate Sullatrentium partium aspere violenterque exerceretur in plebem; eorum, inquam, opera, qui malo Reip. creverant, quorum cum primis intererat, ne Acta Sullæ rescinderentur. Testis Appianus, qui hoc genus hominum perpetuos dignitatis Sullanæ propugnatores etiam post ejusdem excessum fuisse asserit. In hos igitur potius quam in Sullam, magnam harum invectionum partem convenire persuasum est mihi: cui sententiæ nostræ non minimam fiduciam tribuit ter iterata in hac ipsa Oratione Satellitum Sallanorum mentio, quos ille, dum Dictator fuerat, quo fidos sibi obnoxiosque magis in perpetuum faceret, ex præda civili acerbissima ditatos dilargitis proscriptorum bonis, ad summos insuper honores extulerat: in quorum stabili possessione quoniam se, Sulla jam privato, permanere posse diffident, ideo pro ipsius Actis, summis porro opibus atque industriis, haud æquius quam pro aris et focis nitentur. Ut est, illud certe extra controversiam, in hunc primum Lepidi Consulatum, qui gestus fuit Anno Urbis DCCLXXV. Sullæ mortem incidisse; quum anno ante Dictaturam se abdicasse ab Historicis prodatur. Douze.

*Nefanda*] In Gymnico *ne nefanda* perperam deest. Riv.

*Intestabilior*] Vulgo; *instabilior*: male. Sic idem Jugurth. 'Improbis intestabilisque:' verbis ex legibus XII. tab. derivatis, que in jure non



tro civili sunt frequentia. *Carrio.* Tacitus iv. Histor. 'Quum interim instabilior .et sævior exortus est.' *Clacc.*

*Quo captivis libertatis curam miseria eximat] Captivis, scilicet vobis, quos ille pro captivis, ac proinde ut servos seu capite diminutos habet. Douza.*  
*• Aut si provideritis, in tutandis periculis magis quam ulciscendo teneamini]* Mira locutionis ratio; nisi a Sallustio hæc esset. Et profecto fuit tempus, quum probissimam lectionem sollicitare ausus, pro *Tutandis, Vitandis*, (id quod in nescio quo exemplari reperisse mihi videbar) rescribendum censerem. Nunc aliquando ad verum conversus mutata sententia, tuto pariter factum; *et Tutandis periculis, propulsandis ac defendendis* interpretor. *Idem.*

*Satellites quidem ejus]* Tò ejus in Gymnico deest. *Riv.*

*Satellites quidem ejus]* In Ms. Nobilias. Puteanorum: *Satellites quidem ejus, homines maximi nominis, optimis majorum exemplis:* quod probò. Nam illud non minus, ex superioris vocabuli repetitione conflatum videtur. *Putack.*

*Et utrumque per injuriam malunt]* Cum statim sequatur, *quam optimo jure liberi agere;* ut contraria contrariis opponantur, legendum videtur, *et vinciti per injuriam malunt.* *Clacc.*

*Nam quid a Pyrrho, Hannibale, Philippo, et Antiocho defensum est aliud, quam libertas, et sua cuique sedes, nec cui, nisi legibus parereemus]* Recte atque ordine: Legibus enim parere tutissimum, omnesque mortales æquo ac modesto inter se jure agitare decet: neque cujusquam supra Leges potentiam esse. Hoc siquidem Albanæ tyrannidi, quam justo imperio, aut bene constitutæ Reipub. propius et convenientius videtur. Ceterum notandum ejus dicti insolentiam: 'Defensum a Pyrrho, Hannibale,' pro, A vi, impetu, atque injuria Pyr-

rhi, Hannibalis, &c. vindicatum atque assertum. Eo dico, ne quis Romanorum libertatem ab hostibus defensam Sallustium hoc loco dixisse immerito calumniam ausit, notamque vanitatis certissimo Historico falso inurere. Id enim verba ipsa prima fronte præ se ferre manifesto videntur: Phraal alioqui inferioris notæ scriptoribus, Ciceroni, Cæsari, aliis passim frequentata. Verbi gratia; Urbem, Vitam, Dignitatem; a vastatione, ab inimiciâ defendere. *Douza.*

*Pyrrhus]* Æacidæ filius, Epirotarum rex, paternum genus ad Achillem, maternum ad Herculem referebat. Habuit cognatam Olympiadem Alexandri magni matrem, utpote Neoptolemo avunculo genitam. Hiæ cum a suis ob odium paternæ crudelitatis, ad necem quæreretur, clam a matre subduetus, ad Illyricos deferretur, traditusque Herodæ Glanci regis uxori nutriendus fuit. Quumque natus annos undecim esset, revocatus a suis tanta virtute crevit, ut, quum imperium orbis agitare, et Romanos potentes videret, Apollinem de bello consuluerit. Ille ambigue respondit: 'Aio te Æacida Romanos vincere posse.' Hoc ad se dictum putans, auxilio Tarentinis contra Romanos venit, adversus quos vario eventu pugnavit. Perlit ictu tegulæ percussus, cum Argos cepisset. Vide vitam ejus latius apud Plutarchum.

*Pyrrhus]* Pausanias l. i. non ita longe ab initio Græcum neminem ante Pyrrhum bellum Romano imperio intulisse refert: nempe ex vera illa et veteri Græcia; nam antea cum multis Italiæ Græcis populis, et ipsis Tarentinis conflixere Romani. *Freinshemius.*

*Hannibale]* Vide supra Jug. c. 5.

*Philippo]* Sub hoc fuit bellum Macedonicum primum. Philippus enim Demetrii filius Macedoniae rex, cum Annibale, post Cannensem calamitatem animo ad Pœnos inclinato, se-

des et societatem belli per legatos contra P. R. sanxerat. Romani interceptis legatis et literis de hoc fœdere docti, ut Philippum ab Italia jacerent in Macedoniam, Valerio Lævino prætoris imperium mandant: is Apolloniam et Oricum a Macedonibus obsessas liberat, Philippumque regem in regnum suum abire cœgit, ann. DXXXIX. Lævinus deinde cum Ætolia, cum Attalo Pergameno, Pleurato et Scerdilaido Illyriorum regibus societatem adversus Philippum confirmat, Cos. declaratus in Urbem revocatur ann. DXL. Huic successor missus Sulpicius Galba Proconsul, qui adversus Philippum et Achæos rem bene gessit: quousque et hujus successor P. Sempronius proconsul inter Ætolos eorumque socios et Philippum pacem fecit ann. DXLIX. Romani autem Africano bello levati, insensique iterum Philippo ob infidam cum Ætolis ceterisque Græciæ sociis pacem, tum quia nuper auxilia in Africam Annibali Pœniæque submisserat, et Athenienses de ejusdem injuria questi, calamitate sua commiserationem commoverant; bellum cum Sulpitio omnes centuriæ jusserunt, Sulpitio Galba et Anrelo Cotta Cos. anno DLIII. *Stadius.*

*Defensum*] Pro, A vi, impetu atque injuria Pyrrhi, Hannibalis, &c. vindicatum atque assertum. Eo dico, ne quis Romanorum libertatem ab hostibus defensam Sallustium hoc loco dixisse immerito calumniari ausit, notamque vanitatis certissimo Historico falso inurere. *Donza.*

*Ne cui*] Venetum exemplar, *ne cui*, id rectius est, pro *neve alicui*. Riv.

*Romulus iste*] Per contemptum: id est; Sulla, qui se alterum Romulum dicit.

*Sed tum crudelior, quam pleræque secunda res in miserationem ex ira vertunt*] *Lego, plerisque.* Causa depravationis Correctorum improbitas, qui-

bus (ut et ipse Sallustianum loquendi genus in rem meam accommodem) omni ætate in Schollasticis sordibus acta, quidquid non intelligunt eorumpere, consuetudine jam pridem in naturam vertit. *Donza.*

*In post futuros*] Quia etiam nondum natis servitutem intulit.

*Quis prius injuria, quam vita certa esset*] Ita Sehurrerianum, id quod sententia quoque postulat. Nam Sallam ait unum omnium post hominum memoriam supplicia in post futuros composuisse, hoc est, proscriptorum liberos a rep. submovisse, ac petentium honorum jure prohibuisse. Ut ita nimirum injuria illi prius, quam vita certa foret. Riv. Vulgo, *certasæ.*

*Non prolatandum, neque votis paranda auxilia*] Hujus sententia, quasi interpretamentum habes in ejusdem Catilina, ubi Catonem ita probabiliter argumentantem inducit: 'Non votis, neque supplicii muliebribus Deorum auxilia parantur, vigilando, agendo, consulendo prospere omnia cedunt: et cetera quæ ibidem sequuntur. *Donza.*

*Quæ multi probi*] Sic in Veneto et Argentoratensi; non, *quam*; ut neutro genere ponatur, et ad substantiva illa diversorum generum referatur, *quietem et altum.* Riv.

*Nam quod ultra? quæve humana sperant, aut divina impolluta sunt*] Non minus recte fortasse legetur: *Nam quid ultra sperat? quæve humana aut divina impolluta sunt?* Sic infra: 'est ne juris reliqui aliquid?' *Ciac.*

*Servilia alimenta*] Quinos frumenti seu farris modios in singulos menses intellige. Id enim (uti ad Phormionem notavit Donatus) servorum demensum erat; qua de re Crispus etiam postea in Oratione Macri Tribuni Pl.; 'Nisi forte repentina ista frumentaria lege munia vestra pensantur, qua tamen quinis modis libertatem omnium æstimavere.' Ita

quim et locum eum, et priorem Donati ex Seneca castigandum commo-  
nesfecit nos princeps in ablectissima  
illo Electorum suorum Commentario  
Justus Lipsius. Douza.

*Sciorum et Latii*] V. sup. Jug.  
c. 29.

*Estne viris reliqui aliud, quam solvere  
injuriam aut mori per virtutem*] Viris  
recte, non *Juris*: hoc enim, *Muliebri  
dignitate*, quod deinceps sequitur, op-  
ponitur a Crispo: cui lectioni magis  
etiam firmandæ est ejus scripturæ  
paritas, que in Oratione Memmia-  
na bello Jugurthino comparet: quam  
cur Rivius voce *Viro* ejecta mala  
manu eviraret, causa non erat. Lo-  
cus sic habet: 'Atque ego tametsi  
viro flagitiosissimum existimo inpune  
injuriam accepisse, tamen vos,' &c.  
Ita enim inibi legendum, vel potius  
*Viris*, ob ea que sequuntur, pro certo  
persuasum est mihi, non autem, *Ve-  
rum*, aut *Virum*, ut perperam in aliis  
impressum exstat: quorum neutrum  
mihi nec vero, nec viro dignum, vel  
consentaneum videtur. Douza.

*Quoniam quidem unum omnibus finem  
natura vel ferro septis statuit*] Hoc est,  
obseptis circumquaque, et quasi val-  
latis ferro, pro muro, seu munimento,  
propugnaculoque ferreo, ni fallor.  
Egregia γράμη, et consimilis Propertianæ  
illi: 'Ille licet ferro cinctus se  
condat, et ære, Mors tamen inclusum  
protrahet inde caput.' Neque aliter  
primus Oratorum Demosthenes Ora-  
tione de corona: πῆρας μὲν γὰρ ἀνασσω  
ἀσπάραις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἄν ἐν  
οὐρανῷ αὐτὸν καθέλῃς ἤρῃ. Quod  
exemplum sententiæ huic opportunis-  
simum, mihi ab oculatissimo Lipsio  
suggestum, silentio præterire, non  
fuit consilium. *Idem*.

*Neque quisquam extremam necessita-  
tem, nihil ausus, nisi muliebri ingenio  
expectat*] Forte, *Neque*quam e. n. nihil  
ausus muliebri ingenio est. 'Extrema'  
autem 'necessitas,' pro morte, usur-  
patur a Tacito sæpe. Cincos.

*Qui præmia turbarum queror*] Mē-  
liores libri Mss. *Quia præmia*: ut in-  
fra, '*quia jura pacis*.' *Idem*.

*Præmia turbarum queror*] Legendam  
videtur *queror*, hoc est, petere vel af-  
fectare videtur. *Gronov.*

*Quia jura, &c.*] Venetum *qui*. Riv.

*Scriba*] *Scribæ* dicti sunt, qui ratio-  
nes publicas scriberent in tabulis: ob  
idque apparebant singulis magistrati-  
bus. Cic. Ver. 5. 'Est vero honestus  
ordo, quod eorum hominum fidel ta-  
bulæ publicæ, periculaque magistra-  
tum committuntur.' Distributi au-  
tem erant in aliquot decurias, quarum  
in aliqua locum sibi emere consue-  
rant, qui scribæ fieri volebant. *Emi-  
lius Probus* in vita Eumenis, ait Scri-  
bæ munus multo esse apud Græcos  
honorificentius, quam apud Romanos.  
'Nam apud nos,' inquit, 'revera, si-  
uti sunt, mercenarii scribæ existi-  
mantur: at apud illos contra nemē  
ad id officium admittitur, nisi honesto  
loco, et fide et industria cognita, quod  
necesse est omnium consiliorum eum  
esse participem.' Hinc et dicebat  
idem Eumenes, Philippi regis et post  
Alexandri Magni Scriba: se vitam  
potitus positurum esse, quam fidem.  
Scriba quidem clarissimus in Nov.  
64. dicitur: sed is erat in Provincia  
quasi Prætor tutelaris quidam. Alio-  
quin et servi publici et Scribæ apud  
Capitolinum conjunguntur: ita enim  
ille loquitur; non Scribæ, non servi  
publici, non censuales illis actibus  
interessent.

*Cimbricam prædam, &c.*] Id est,  
Venditam, aut dilargitam, quomodo  
idem locutus est antea. Sed corri-  
gendum hæud dubie, *data*. Etenim ad  
bona civium, non ad Cimbricam præ-  
dam referendum. *Douza*.

*Venum aut dono datum*] *Data* dicere  
debuisset, si ad bona respexisset:  
nunc ad pacem retulit. *Claudian.*

*Satis illa fuerint, que, rabie contrac-  
ta, toleravimus*] Hæud dubie legendum,  
*rabie contacti toleravimus*. *Apuleius* k

IX. de cane rabida : 'certe venenatis moribus contacta nonnulla jumenta, efferata simili rabie.' Livius l. II. 'Bana Tarquiniorum diripienda plebi data, at, contacta regia præda, spem in perpetuum cum his pacis amitteret.' Cicero de Divin. l. II. 'Vel suspicor contactam aliquo morbo bovis cor fuisse.' Tacitus sæpe, 'contactus,' dicit : ut l. V. 'plures infecti quasi valetudine et contactu.' Et l. I. 'Discedite a contactu, et dividite turbidos.' Sic infra oratione Philippi est in Vat. libr. 'Neu patiamini licentiam scelus quasi rabiem ad integros contactu procedere.' *Idem.*

*Ut et facta in gloria numerat]* Ceterum hæc eo pertinere arbitror, quod Sulla post depositam Dictaturam, dimisso a se publico presidio, palam in foro edixerat, sese omnium ab se gestarum rerum paratum esse rationem reddere. Auctores Appian. et Plutarch. *Deus.*

*Sed vestra scordia quam captum iri licet]* Deesse quandam existimo post scordia : et Cato scordiam scripsit. Festus. *Ciac.* V. c. scordiu. Videndus Festus Pompejus in scordia, quam dicit ex se et cordis compositam. *Ursin.*

*Quam captum iri licet]* Ciacconius ante hæc verba aliquid deesse putat. Forte scribendum : *Ne alius alium principem expectantes, ante capiamini (non opibus ejus, qui futiles et corrupta sunt, sed vestra scordia) quam captum irr libeat, et quantum audebitis tum videri felicibus.* Antequam vobis tibeat ire captum Sallanos, et esse tam felicibus, quam tum audere volueritis. *Græco.*

*Pessumis servorum]* Tacit. I. 'complebant templa pessimis servitorum : et Hist. II. 'deterrimi servorum.' *Ciac.*

*Honorum omnium dehonestamentum]* Venetum honorum, et sic sensus exigere videtur, ut per honores intelligas magistratus. *Riv.*

*Delph. et Var. Clas.*

*Cui per tot vulnera et labores nihil præter tyrannum quaesitus est]* Credo illud vult dicere Lepidus : Maxime spes, imo confidentia est fore, ut exercitus, a Sulla tandem ad Romp. deficiat, postquam viderint suorum volnerum ac laborum præmia ad alios, nempe satellites ejus (quos Brutorum, Æmiliorum, ac Lutatorum prolem appellaverat supra) immeritissimo transire, atque per tot pericula et ærumnas bellorum, nihil aliud se præter tyrannum lucrificasse. *Deusa.*

*Per arma condita a majoribus]* Lege, conditam : nam refertur ad tribuniciam potestatem. *Riv.*

*Relegati in paludes]* Hanc Emiliæ Lepidi orationem ex l. I. historiarum Sallustii esse, præterquam quod magno satis argumento sit oratio Philippi, qua Æmilio bellum moventi resistit, idem tamen Messus demonstrat, qui libello de Elocutionum exemplis primo historiarum libro has voces, *relegati in paludes*, tribuit. *Carrio.*

*In contumeliam, &c.]* Tò in exemplar Venetum non habet, neque Argentoratense. *Riv.*

*Quia secunda res]* Sententiam hanc Seneca pater Thucydides tribuit, locum tamen Demosth. laudat, qui Olynth. secunda legitur : *αὐτὸς ἀπαγγέλλει δὲ αὐτὸς ἐντυπῆσαι καὶ ἐνωκῆσαι τοιαύτου λόγου.* In hac, inquit Seneca controversia xxv. sententia Græca tam brevi, habes quam salvo sensu detrahas : dome vel *ἐντυπῆσαι* vel *ἐνωκῆσαι*, constabit sensus, etsi non æque comtus, æque tamen integer. At in Sallustii sententia nihil demi sine detrimento potest. Sic Criticus ille. Verum Fabii et Paterni auctoritate facile adductus sum ad credendum, a Thucyd. primum id pronunciatum : ejus maxime æmulus fuit, cum Demosthene. Sallustii locum itaque dum studiosè investigo, tandem aliquando in Thucyd. l. III. in orat. Cleonis repperi. Quare propius factum est nihil, quam ut eum Archimæ-

*Sallust.*

2 X

de Geometra apud Vitruvium l. ii. Architecturæ exclamarem, *εβρηκα, εβρηκα*. Thucydidæ verba adscribam, ut ex comparatione precium operæ sit: *Ελωθε δε των πολων, ος αν μάλιστα και δι' ελαχιστου απροσδοκητος ευπραξια ελθρ, ες εβρω τρεκειν*. Qui idem est cum eo, qui apud Clementem Alexandrinum l. iv. Stomat. habetur: *Ελωθασιν δε οι πολλοι των ανθρωπων, ος αν μάλιστα απροσδοκητος ευπραξια ελθρ, ες εβρω τρεκεισθαι*. Quem et Philistus Historicus sic est imitatus: *τα δε πολλα κατα λογον τοις ανθρωποις ετυχηοντα, ασφαλλοτερα παρα δεξων και κακοπραξιαν ελωθασι γαρ μάλιστα οι παρα δεξων απροσδοκητως ευπρασσοντες, ες εβρω τρεκεισθαι*. Solon quoque Atheniensium legislator, idem et Poëta, et ab illo mutuatus (ut plerique in gnomas suas ex illo transtulit) Theognis Megarensis eandem sententiam per *παρρηθια* extulit: *Τιςτι τοι κηρος εβρω, δε' αν πολλη ελβος επηται*. 'Nascitur ex magnis opibus petulantia major.' Sed cum Græcis Latinus quoque historicus symbolam conferrat: Trebellius enim Pollio, 'Claudii,' inquit, 'plerique milites, secundis rebus elati, quæ sapientum quoque animos fatigant.' Hæc est Cl. Andræ Schotti super hoc loco sententia, quam hic, ita ut in suis ad me literis eam edi voluit, candidè representavi, ne manum in alienam segetem misisse viderer. Neque interim satis mirari queo Lud. Carrionem in antiquis suis lectionibus, et Nicol. Fabrum J. C. notis ad Senecæ Rhetoris controversias, negare Sallustii illud dictum supra commemoratum in Thucyd. exstare, cum tamen id Seneca diserte affirmet, et Cl. Schottus locum jam indicaverit. *Putsch*.

*Nisi forte specie concordia et pacis*] Scriptura haud dubie corrupta, et cui medicina sit opus, quam hac ratione facere posse video: *Nisi forte spes est concordia et pacis*. Nam ni ita legatur, quis sensus commode elici pos-

sit, haud sane video. Conjecturam nostram confirmat prorsus huic parisimum loquendi genus, quo hac ipsa Oratione usus paullo ante: 'Nisi forte speratis, per tædium jam, aut pudorem tyrannidis,' &c. *Donza*.

*Neque aliter*] V. c. *neque aliter pacem et belli finem ait*: non inepte. Sequitur enim, 'Quæ si vobis pax et concordia intelliguntur.' *Putsch*.

*Turbamenta Reip.*] Ex hac oratione accepit, ut videtur, Tacitus vocem 'turbamenta,' cum ait l. xvii. 'Quæque alia turbamenta vulgi.' *Ursin*.

*Simet sanguinis cæde*] Omnino legendum, *mercede*. *Donza*.

*Circumveniendum*] Id est, Decipiendum. *Sold*.

*M. Æmilium Consulem, ducem et auctorem sequimini, &c.*] Id ex veteri formula sumtum videtur, cujus exstat typus quidam apud Livium l. xxxiv. in quo est: 'Clamitans, ut qui salvam remp. vellent, auctorem et ducem libertatis sequerentur.' *Ursin*.

*Tunc vtro et poeci*] Videtur deesse nomen proprium ducis, quod ex his reliquiis, licet corruptis, concinandum est, legendumque: *Tum v..... poeci, cum ceteri ejusdem causa ducem se nactos rati, maximo gaudio irritare*, Idem.

*Curionem*] Ex Prisciano l. x. videtur autem Curio se Æmilio Lepido opposuisse et præferri voluisse. *Curio*.

*Curionem quæsit, &c.*] Hoc est, qui honorum ad id usque tempus petitionis expertus, per immaturam ætatem prensationibus publicis abstinerat. Ita enim male quam adempta præpositione sententiam ex illustri obscuram efficere. *Donza*.

*Ætati concederet Mamerci*] Sic in Jugurtha: 'Itaque Sulla, cujus facundia, non ætati a Manlio concessum.' Per Mamercum porro Lepidus significatur. Mamercus enim Æmiliorum prænomen. Ceterum Curionem pariter cum Lepido Consulatum pe-

titiae ex hoc loco colligi potest; quem tamen non hoc, sed proximo anno DCLXXVII. simul cum Cn. Octavio primum adeptum. Neque illud præmittendum, *Quæsit*, in hoc Fragmento, pro Rogavit, obsecravitque positam esse, ab antiqui verbi formatione, *Quæso, Quæere*: ne quis præteritum istud e *Quæro* derivandum, rei similitudine deceptus, falso porro sibi persuadere insistat, quod a mente Historici nimis quam alienum fuerit. Neque alio referendum exemplum Phocæ, qui *Quæere*, apud Tullium et Sallustium nostrum lectum esse diserte notavit. Quod alii quo referrent ignorantes, verbum istud, ut Fragmentum, inter incerta Crispi incite posuerunt. *Douza*.

*Philippus*] A Servio l. ix. *Æn.* non expresso historię numero hæc afferuntur: quæ quod fragmento proxime consequenti est *L. Philippi oratio*, huc pertinere non dubitavi. *Carriv*.

*Marus vellem Patres Conscripsi*] Et reliqua quæ sequuntur. Confer, quæso, hic mihi inter se capita illa rerum contraria, videbisque Reipubl. quietæ aptissime seditionum turbas opponi; defensioni Reipubl. seditiones contra eorum hominum, quos maxime easdem prohibere decebat, præva denique incœpta, tantum abesse dielt, ut consultoribus suis noxæ, vel incommodi aliquid pariant, ut contra etiam a Senatu iis obtemperetur: quæque pessimi ac stultissimi decreverint, ea bonis et sapientibus adversus animi sui sententiam sint exsequenda. *Douza*.

*Flagitiosorum postremus*] In epist. Mithridatis: 'Postremus servorum Archelaus.' *Cicco*.

*Qui pejor, an ignavior sit, deliberari non potest*] Eadem fere loquendi ratione usus postea. quo loco nobis Cn. Lepuli naturam et mores duobus verbis, ac suo more, quasi in speculo cernendos proponit. Fragmentum sic habet: 'Periacertum stolidior, an

vanior.' *Douza*.

*Et se e contento*] In aliis deest e, sed perperam. *Riv*.

*Vatum carminibus*] Vide supra B. Cat. c. 47.

*Atque id jure: quoniam ex rapinis Consulatum*] Unde perspicue palam est, historię ordinem male in hac editione servatum, et Fragmentum, quod statim porro a calce Orationis hujus sequitur, ante eandem collocandum esse. Id enim sic habet: 'Uti Lepidus et Catulus decretis exercitibus maturime proficiscerentur.' Uterque scilicet ad Provincias sibi decretas: Lepido enim Gallia ulterior, Catulo ejusdem collegæ Italia ex Senatus consulto forte obveuerat. *Douza*.

*At scilicet ii, qui ad postremum usque, legatos pacem, concordiam, et alia hujusmodi decreverunt, gratiam ab eo peperere*] Ita est in nuperis editionibus, sensu satis perspicuo: sed quoniam cum in impressis, tum calamo exaratis libris lectiones varice variant, suspicor locum levi immutatione et addito pronomine rescribendum ex vestigiis veteris scripturæ: *Gratiam ab eo reperere sibi*, cui phrasi prorsus consimilis, ne dicam gemina, est *Plantina* illa in Prologo Rudentis: 'Veniam sibi invenire a Diis.' Sed et *Plinius* alibi: 'Gratiam invenire,' scripsit. Neque est quod quemquam moveat vox illa *sibi* pro supplemento adscripta. Cui conjecturæ meæ primitus occasionem præbuit lectionis ejus affinitas, quæ in aliis libris concepta legitur ad hanc faciem: *Gratiam habeo peperisse*. Scin', quid suspicer? nempe aliquem ex Sallustianis exscriptoribus compendium notaram facere voluisse? et secundam verbi syllabam contruncatam abbreviasse ad hunc modum: *Peperere si.*: atque hinc porro aliis succedentibus geminas voces coaluisse in unam: unde *Peperisse* istud natum denique. *Douza*.

*Peperere*] Omnes testantur in *Mss.* esse *peperisse*. Recte igitur *Palmerius*

Mellorus, *At scilicet eos, &c. peperisse.* Adi. librum III. Observ. c. 9. Gronov.

*Et ignoscendo Populi Rom. magnitudinem auxiisse]* In scripto libro est, *Et ignoscendo Pop. Rom. magnit.* Faërnus legebat, *Populum Rom.* Forte ex Catin. de Populo Rom. 'Et accepta injuria ignoscere quam persequi malebant. Sed ubi labore atque justitia respab. crevit.' Ciac.

*Lepidum progressum videbant]* Scribo: *qui gentis Æmiliæ benefacta extollebam, et ignoscendo populi Romani magnitudinem auxiisse, nunquam etiam tum Lepidum progressum dicebam.* Posses etiam, *populum Romanum;* sed *auxiisse* dicit, pro auctam esse, ut Cato: 'Eo res eorum auxit.' Gronovius.

*Quorum nemo]* Glareanus: *nemo diurna mercede vitam mutaverit:* alii, *quorum nemo diuturna mercede vitam mutaverit:* atque contra sentit Philippus, eos vel diurna mercede eductos, vitam etiam nihil facturos. Carrio.

*Flagrantes inopia et cupiditatibus]* Venetum, *cupidinibus;* idque Sallustianum magis est. Rivius.

*Quies in seditionibus]* Quia tunc solium contenti sunt.

*Bellum ex bello serunt]* Perperam etiam, *serunt.* Rivius.

*Bellum ex bello serunt]* Sic in epist. Mithridat. 'Bella ex bellis serendo magni facti.' Liv. l. XL. 'Ex bellis bella seruntur:' et Tacitus 'prælia serere' dixit Hist. v. Ciacconius.

*Sulpcii]* Nam P. Sulpcius tribunus plebis, auctore C. Mario, permiciosas leges promulgavit, ut exules revocarentur, et novi cives libertinique distribuerentur in tribus, &c. qui cum in quadam villa lateret, indicio servi retractus et occisus est. Servus ob mercedem manumissus est, sed ob infidelitatem saxo dejectus est. Bad.

*Marii]* Vide supra Jug. c. 63.

*Damascippi]* Vide supra Cat. c. 51. vel lege, *Damacti.* Nam Lucius Damacius prætor ex Jussa Marii omnino

nobilitatem, quæ in urbe erat, trucidavit. Bad.

*Hispaniæ armis sollicitate]* Sollicita est in duobus scriptis exemplaribus. Ciacconius.

*Mithridates]* Vide supra p. 684.

*Præter idoneum ducem]* Vide, ut Mamercum fastidioso et contentum conterat Philippus, cui ne id quidem dignum habet tribuere, quem pro idoneo duce ad remp. evertendam agnoscere velle videatur. Ciacconius.

*Quod vos oro]* Sic alibi: 'Quod ego vos moneo quæsoque, ut minus.' Ciacconius.

*Esse potatis, dum exercitum rursum admoto]* Hoc contra historię fidem esse omnia veterum monumenta consentiunt. Neque enim Lepidus ante postremam expeditionem illam, et pugnam commissam cum Catalo, quo victus deserta Italia in Sardiniam refugit, ad Romana mœnia exercitum unquam admovisse legitur: nedum ut urbem ferro et flamma invaserit. Unde mihi dubium non est, quin, *invadant,* legi atque emendari debeat: quod si mihi Critici concedant, referendum erit ad homines illos omnium ordinum corruptissimos, veris supra coloribus a Philippo depictos, Cisternos, puta, et Marianos satellites, quorum in patriam reditu quantum civilis sanguinis exhaustum fuerit, Ptolearchus, Appianus, Entropius testes, postremo omnes veteres Memoriar. Douza.

*Quod multo propius est ab eo quo agitat statu]* Cicero Tuscul. i. 'Antiquitas quæ quo propius aberat ab ortu et divina progenie.' Et ad Att. lib. i. 'quoniam propius abes.' Sed Plin. l. XIV. c. 4. 'Tam prope,' inquit, 'ab origine rerum sumus.' Ciacconius.

*Quod multo propius est ab eo, quo agitat, statu, quam ex pace et concordia ad arma civilia]* Scriptura haud dubie mendosa, et quam juxta cum ignorantibus intelligo: nisi tamen totus

locus interpolandus, et fortasse in hunc morem constituendus: *Quem ad pacem et concordiam ab armis civilibus*: sententia aperitissima, quam tamen abaque libris auctoribus integram et sinceram esse, nondum satis acceptum est mihi. *Douz.*

*Qui videmini intenta mala quasi fulmen optare se quisque ne attingat, sed prohibere ne conari quidem*] Ab aliquo illustri Scriptore Græco hæc sententia sumta videtur. Tacit. *Annal.* III. 'Ob intenta pericula.' *Ciacconius.*

*Quasi fulmen*] Fulmina enim feralia habebantur. Et qui locus fulmine tactus, bidental appellabatur. Glossarii auctor recte exposuit: Bidental, τίκτος κεραυνόπληξ. Quin Persius ipsum hominem κεραυνόπληγα bidental vocat: 'Triste jaces luels, evitandumque bidental.' Bidental autem vocatur, quod talibus locis ovibus sive bidentibus sacrificia fierent. Artemidorus. lib. II. δ κεραυνός τὰ ἔσσημα τῶν χειρῶν ἐπίσημα τοιαῖ διὰ τοὺς ἐνιδρυμένους βομῶνς, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινόμενους θυσίας. Græci bidental vocant ἐπιλόσιον. Glossæ Græcorum: Ἐπιλόσια, τὰ κατασκηφθέντα χερσὶα. nam σκηπτός, fulgur. *Scalig.*

*Animos movent*] In v. c. *animos movere.* Quæ forma loquendi Terentio perfamiliaris est. *Ursin.*

*Civitatem confirmari qui ademptam negat*] In codice Puteani est: *quibus ademptam negat*: hinc legendum propono: *civitatem confirmari qui civibus ademptam negat.* *Putsch.*

*Lactus curæ nunt*] Potius legerem, *nunt.* *Ciacconius.*

*Nostris proditor, istis infidus*] Optime idem codex, *Istis infidus*: opponit proditorem infido. *Putach.*

*Infidus*] Aliter et melius, *infidus.*

*Te neque hominum, neque Deorum pudet*] Hoc eo spectare videtur, quod Lepidus, cum legem Sulla mortuo de Actis ejus rescindendis promulgasset, ut qui a Sulla proscripti fuerant, et civitatem, et bona sua recuperarent:

cumque eidem Catulus collega, ceterique obnixè adversarentur, re in concionibus agitata, Lepidus a Senatu sacramento adactus bellum se patriæ non facturum, in Galliam ulteriorem, quam sortitus erat, profectus, ad Comitata, tamquam exacto consulatione suo bellum illaturus, non venit. Appianus, Florus. Atque hoc est, quod perfidiam et perjurium Lepido objectat Philippus. *Douz.*

*Quos perfidia aut perjurio violasti*] Libri veteres, *per fidem aut perjurio.* Livius I. 'Cujus ad solemne ludosque per fas ac fidem decepti venissent,' &c. *Ciacconius.*

*Perge, qua capti*] *Qua captas* habent duo Mss. exemplaria. *Ciac.*

*Quam maturissime*] Tacit. *Annal.* v. 'ut templum Divo quam maturissime publica pecunia poneretur.' Et noster infra: 'Uti Lepidus et Catulus decretis exercitibus quam maturissime proficiencerent.' Et Cæsar lib. I. B. G. Alia exemplaria hic *maturissime.* Citat Charis. lib. II. in *maturissime.* M. Catonem dier. dict. de cons. suo: 'Item uti a Thermopyliis atque ex Asia maximos tumultus maturissime disjeci atque consedavi.' Vide eundem in *Maturissime.* *Ciac.*

*Rempub. intutum*] Ald. *inultam legit.* Tacitus Hist. III. 'non intuta mænum firmare,' dixit. et Hist. I. 'proinde intuta quæ indecora.' *Idem.*

*Delectus*] Vide supra Bell. Catil. cap. 36.

*Nam qui turbas, et cædem civium odisse ait*] Si quis penitius loci hujus constructionem ac sententiam investiget, ne illi facile odorari fuerit, vel ex posteriore periodo tantum, numeri rationem in verbis illis tribus, *Ait, retinet, censet,* perperam a sciolis inversam esse. Quod tamen a nato nemine usque adhuc animadversum demiror; præsertim cum ejus rei ipsos commonefacere poterit numeri illius diversitas, quæ in isto argutissimo epiphonemate comparat. Ita



illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum sudant. In quo enarrando quomodo isti sibi satisfecerint nescio: hoc scio, lectionem receptam et secum, et cum Sallustiana elegantia pugnare. Nam quæ obsecro locutionis ratio sit illa? Lepidus, armato Lepido, vos inermes retinet. Quocirca vel meo periculo (neque enim capitis res est) fidenter castigandum pronuncio: *Nam qui turbas, et c. c. o. ajunt, et ob id a. L. v. i. retinet; quæ v. f. s. e. c. f. p. p. censent.* Non enim de Lepido, sed de factiosis Lepidi fautoribus, quos ipse satellites indigite amat, intelligendum. *Douza.*

*Armato Lepido vos inermes retinet]* Libri Mas. duo, *inermes*. Ciacconius. *Torpedo animos oppressit]* Priscianus, hunc locum ex i. hist. recitans, ita legit. Apud Nonium vero in verbo, Torpedo, *Obrepsit*, scriptum est. *Manut.*

*Scelerum Cinna]* Nam Cinna et Marins cum Carbone et Sertorio Janiculum occupaverunt, et fugati ab Octavio consule recesserunt. Marius Antium et Arintium et Lavinium colonias devastavit: et cum nulla omnino spes esset optimatibus resistendi, Cinna et Marius, in urbem recepti, eam velut raptam cædibus et rapinis vestaverunt. *Bad.*

*Decus atque omnes ordines interierunt]* Sic in v. c. leguntur, *Decus ordinis hujus interiit.* Ciacconius.

*Parate vobis Cethegi]* Vet. c. *Cethegos*. Ciacconius.

*Sin libertas et bella magis placent]* Vv. cc. *et vera magis placent:* infra lib. III. Hist. orat. Lepidi, 'si vera et honesta flagitium superaverit.' *Idem.*

*Decernite digna nomine, et augete ingenium viris fortibus]* Quid est, *Augere ingenium?* an quod alii dicunt, *Animos augere alicui?* Gerræ germanæ. Proinde indicatur, atque ejus vicem mea auctoritate, fiducia, quamvis audacter, reponatur: *Augere im-*

*perium viris fortibus, hoc est, Republicam vestram:* cui haud dissimile illud oratione ad Cæsarem: 'Quæ res populos, nationesve magnis auctoribus auxissent.' *Douza.*

*Et ad hoc]* Conjunctio et abest a vet. cod. recte. Ciacconius.

*Fortuna meliores sequitur]* Tacit. Hist. IV. 'Fortuna melioribus affuit.' *Idem.*

*Cum pestumis et hostibus reipubl. contrahit, ordinis auctoritatem ad urbem ducit]* Legendum, *contra hujus ordinis auctoritatem, &c.* facilis quidem et proclivis de similitudine vocum, sed fœdissimus error. *Riccius.*

*Interrex]* Id est, fungens imperio aut consulatu interea, dum novi consules creabantur: quia Lepidum dixit secundum consulatum petere. Olim autem verus erat interrex, et verum interregnum, cum mortuo rege, donec novus crebatur, cessabat regnum: erat tamen, qui interea officio regis fungeretur. *Bad.*

*Interrex]* Antiquis temporibus is magistratus statim a morte Romali est institutus. Nam cum in metu omnes essent, ne civitatem sine imperio vis aliqua externa adoriretur: rem inter se centum patres consociant, decem decuriis factis, singulisque in singulas decurias creatis, qui summæ rerum præessent, decem imperitabant: unus cum insignibus imperii et lictoribus erat; quinque dierum spatio fiebatur imperium, ac per omnes in ordinem ibat. Hæc fere Livius. A quo non longe discedit Pintarchus; nisi quod vix unus diei imperium uni interregi tribuere videtur. Postea exactis etiam regibus, quoties comitia ea a Consulibus, aut morbo, aut bello, aut seditione impeditis, haberi non poterant, si Dictatorem dici non placuisset, Interrex creabatur. Qui cum quinque dies magistratum obtinuisset (nam hoc Interregni tempus fuisse satis constat) alteri imperium tradebat.

Hic, nisi quid impediret, Senatusconsulto de Comitibus consularibus facto, Consules creabat. Solus hic patricius magistratus cum plebe communis factus non est. Neque enim populi suffragio creabatur, sed a patriciis cœnantibus auspiciato probebatur, ut testatur Appianus Claudius apud Livium. Creabatur autem, ut Pedianus docet, ad III. Kalendas Februas. Ejus officium erat omnia ea obire, quæ vel Regum, vel Consulum fuissent. Itaque jus dicebat, Senatum vocabat, Rempublicam quoque turbulentis temporibus, sub extremi atque ultimi Senatusconsulti formula sæpe accipiebat, surrogatisque magistratibus Comitibus habebat. *Janus Gualterus.*

*Uti Lepidus, et Catulus, &c.]* Videndum an de Bell. Ital. hic agatur. Lepidus enim et Catulus Consules habentur in sena apud me tabella, in qua Italici belli fit mentio. *Ursinus.*

*Neque auribus aut lingua competere]* Tacit. lib. III. 'Oppidani neque ocula, neque auribus satis competebant:' et Hist. III. 'Trepidus miles, dux segnis, et veluti captus animi, non lingua non auribus competere.' Citatur a Donato in Adolph. Act. III. sc. 2. 'Sallust. de Septimio: Neque animo neque lingua satis compote.' *Ciacco.*

*Prudens omnium]* Tacitus in vita Agricola: 'Ceterum animorum provincie prudens.' *Idem.*

*Profectus]* Sunt qui legendum putent, *profectus*; alii vero, *operibus confectis*: sed in re ambigua quid assereres? *Carrio.*

*Oppidum cepit]* Videtur legendum *obsidium*. Nam Tacitus, Sallustii æmulator, sic locutus est lib. IV. cum dixit: 'Obsidium cepit per præsidia, quæ opportuna jam manebat.' *Ursinus.*

*Domitium proconsulem]* Non puto designari Cn. Domitium Calvinum Consulem anno DCCXIII. cum C. Asinio Pollione, quippe ex Hispania, de qua Procos. triumphaverat. Imp. de-

scribitur in argenteo denario Oscæ signato, cum inscriptione *DOMIT. COS. ITER. IMP. OSCA. Ursinus.*

*Dyrrhachium]* *Dyrrhachium* posui pro *brachium*, quod ita in libro Elnonensi esset. Quo etiam modo legendum esse cum quidam conjecissent, alii pro certo id, sine ulla librorum auctoritate, audacter receperunt. *Carrio.*  
*Dyrrachium.]* Aliter *Epidamnus* dicitur, Thucydidæ Dalmatiae aut Macedoniæ colonia; et oppidum propter inauspicatum nomen a Romanis *Dyrrachium* appellatum fuisse, tradunt Livius, Strabo, Plinius, et Mela. Quibus assentitur quoque Dion lib. XII. ita tamen ut subdubitet, nam duo diversa sint oppida. Appianus autem II. Civil. hoc plane adfirmat, ait enim *Epidamnus* paululum remotum a mari *Dyrrachium* vero prope ipsum mare (in peninsula, teste Strabone); *Epidamnus* quoque navale esse dicit. Additque hoc falso a quibusdam *Epidamnus* dictum: postea tamen sic nominatum a *Coreyrensis*bus, quod *Dyrrachii* nomen ominosum habebatur, vetustam autem appellationem vicisse, et *Dyrrachii* nomen manere. Discrepat a ceteris omnibus *Appianus*, hic namque *Dyrrachii* nomen ominosum, ceteri *Epidamni* faciunt; Hic nominis mutationem *Coreyrensis*bus, alii Romanis tribuunt. Hodie vetus nomen obtinere videtur. Durazzo enim urbs interior et Cabo Durazza maritima nominatur in tabulis Geographicis recentioribus. *Drazio* legit *Marius Niger. Ortel.*

*Illo profectus, vias, &c.]* Et hoc Fragmentum, contagione credo rel quam narrat, periculum vastationis vix effugit, non quidem a Volcani violentia, sed librariorum ignorantia conflatum syllabas abbreviantium. Quo de genere sum questus jam antea, quorum comitate effectum videtur, ut tres dictiones in unam conererint: quod conjectores isti *Sallustiani* non advertentes, sibi que cum

simplici exœtra rem modo esse arbitran-  
tes; mirum quas nobis Lernas  
peperere: dum partim œcere, alii  
œcurissimo; nonnulli etiam vetustissi-  
mo nobis objectare non dubitant, quod  
eo illis firmius visum, quoniam in  
manuscripto forte *secundissimo* repe-  
rissent. Sed his plorare iussis in rem  
præsentem venire melius est, lectori-  
que de conjecturæ nostræ ratione  
gratiam facere. Ea vero hæc est:  
*Neque clare, aut securo esse animo, metu  
gentis, &c.* sententia apertissima; et  
quam a Sallustio esse arguta ejus  
brevitas etiam me tacente indicium  
facit. Douza.

*Cornicines occurrerunt*] Priscianus  
l. x. 'Quidam oceanui, pro, oceanui  
protulerunt.' Servius Virg. Georg. II.  
'A cano,' inquit, 'veteres non *occini*,  
sed *canui* dixerunt. Sallustius: Cor-  
nuæ occurrerunt.' Carrio.

*Equi sine rectore*] Hoc fragmentum  
idem Priscianus citat ex l. i. episto-  
larum; corrupte, ut puto, pro *Histori-*  
*arum*: neque enim Sallustium epis-  
tolas vulgasse alibi lectum. Coler.

*Equi sine rectoribus exterriti*] Ad  
hunc locum respexisse videtur Tacitus  
Annal. i. 'Equis maxime vulnera  
iugerit. Illi sanguine suo et lubrico  
paludum lapsantes, excussis rectori-  
bus, disjicere obvios,' &c. Ciacc.

*Hilerdam*] Iltergetum urbe Ptole-  
mæo, et Stephano, in Hispania Tar-  
raconensi: Lerida est Vasæo. Fluvius  
Ilerda est ibidem, nisi fallat Vi-  
bius. Ortelius.

*Ardabat enim Hispania*] Cæsar l. v.  
'Ardere Galliam.' Tacitus Annal.  
XII. 'Arsisset bello provincia.' Ciacc.

*Et ponere validam*] Suspiscabar levi-  
ter legendum esse, *Hipponem*, docente  
Stephano περί πόλεως, 'Ἰππὸν πόλις Λι-  
βύης, eamque a Phœnicibus conditam  
sciebam. Sallust. Jugurtha: 'Postea  
Phœnices, alii multitudinis domi  
minuendæ, pars imperii cupidine sollici-  
tata plebe, et aliis novarum rerum  
avidis, Hipponem, Adrametum, Lep-

tim, aliasque urbes in ora maritima  
condidere.' Sed cum viderem visoe-  
doctos in Mas. Nonii codicibus repe-  
riri *Digonem*, non dubitavi scriben-  
dum esse, *Vigonem*. Stephanus, Βιζόν, ἢ  
πόλις Πορνικῆς. Probus, qui mihi dux  
ad hanc conjecturam, in Ze: 'Hæc  
quoque syllaba nullum nomen reperi  
terminatum, nisi unum barbaræ civi-  
tatis lætium in Sallustio, Vizo Vio-  
nia.' Putsch.

*Et ponere validam urbem*] Vetus co-  
dex Nonii habet, *Et Digonem*: ex  
quo excogitari debet nomen urbis  
ejus, de qua loquebatur. Restare au-  
tem, pro Resistere, dixit, ut Tacit.  
Annal. III. 'Paulum more attulorum  
ferrati, restantibus lœminis adversum  
pila et gladios.' Et Liv. l. XXXIV.  
'Qui pauci plures vincere soliti estis,  
nunc paucis plures non restatis.'  
Ciacconius.

*Pugnando visis*] Simile est illi, quod  
habetur in veteri inscriptione Dullii,  
ΠΟΥΝΑΝΔΟ ΣΚΡΥΤ. Uraïn.

*In Mauritania*] Vide supra. Lipsius,  
*In Mauritania*, epist. IV. 14. Nam  
scribit Plutarch. Scertorium cum tri-  
bus milibus militum confugisse Car-  
thaginem novam. Idem paullo post  
corrigit. 'Furtim abiit; celeritate  
vitare prælium.' Coler.

*Furtivaque celeritate*] Ante erat,  
*Furtim aut celeritate*: ex quo faciebat  
Achilles Staius, *Furtim ac celeri-  
tate*. Ciacconius.

*Transgressus*] Agell. x. 26. et No-  
nius Marcell. tit. de impropriis, qui  
Agellii verba more suo describit,  
hæc citant, apud quem duo frag-  
menta tritpiter coaluerunt in unum,  
sic separanda et emendanda: 'Trans-  
gressus a pedum gradu proprie dicitur,  
sed auctoritas vetustatis liberio-  
rem usum loquendi dedit, ut Sallus-  
tius hist. l. I. et de iis qui navigas-  
sent, et de ipsis navibus eo verbo uti  
voluit, in quibus gradus non sit. de  
Scertorio: Nactus obscuram poetem  
notu secundo, furtivaque celeritate

vitare præfium in transgressa conatus est, ac inde: Transgressos recipit omnes mons præceptus a Laetianis.' Hanc veram esse hujus loci scripturam suffragabitur quilibet, qui Nonii mentem diligentius excusserit: eodem porro modo loquitur Silseña l. III. 'Transgressus fluvium qui secundum Herculeum ad mare pertinebat.' Et 'naves ambulare' dixit Ennius: 'Inde Paron per cœcula navibus ambulabant.' Et 'claudas' vocat Lucretius. l. IV. 'At maris ignavis in portu clauda videntur Navigia aplustris fractis obnitier undis.' Et 'currere' dicit Virgilius lib. I. *Æneid.* 'Defessi Æneadæ quæ proxima littora cursu Contendunt petere.' Quo loco et Serv. 'saltationes etiam navium dicebant, quod est animalibus terrestribus proprium.' Eas optime sentiunt qui vi ventorum et procellarum aliquando jactati fuerunt. *Putach.*

*Mons Ballera*] In membranis Fuldensibus *Belloia*, hinc forsitan *Belona*, cujus meminit Stephanus. *Putach.* De monte Ballera nihil legere me recorder. Servius 'Ms. Fuldensis montem istum Belloiam vocat.' Sed puto et illud vitiosum. Pallens quidem montis Avlenus meminit: 'hic mellifluis Pallena sub antris.' Verum is non in Hispania. *Coler.*

*Et mox Fyftatus*] Ita emendarunt ex *Stipidiis*. Mallem tamen, *Sulpicius*. Ciacconius.

*Et mox Fyftatus*] Lipsius: *Aspidius*. Sic de bello Sertoriano accipietur. videndus Plutarch. *Coler.*

*Postquam tantas asperitates*] Vv. cc. habent, *spiras*, non *asperitates*: quod verbum ab aliis repositum est. Festus exponit *spiras* hominum multitudinem. Profertque Ennii versum: 'Spiras legionibus nexant.' *Ursinus.*

*Fugam maturabas*] Virgilius: 'Maturate fugam.' Tacit. *Annal.* v. 'Fugam maturavit spe auxilii.' *Ciac.*

*Egrotum collegam*] Potius est, ut

*Sallustium scripsisse credam, egrotum collegam.* Idque de Lipsiana sententia. *Douza.*

*Tarenti*] Calabriae hæc sive magnæ Græciæ urbs est. Suidas et *Ellanus* in *Militaribus* adscribit Tarentum Siciliae. Ex quo patet, hujus temporis hæc Italiae partem (ut nunc quoque) Siciliae appellatam. In regum titulis enim utriusque Siciliae memoris est. Taras appellatur Straboni et Ptolemæo. Romanam coloniam esse ex Strabone et Plutarcho discimus. *Œbalia* a Virg. vocatur, teste Servio. Sed arcem Tarentinam sic vocari annotavit Philargyrius. Eleganter hæc Urbem describit Florus lib. I. 'Tarentus Lacedæmoniorum opis, Calabriae quondam et Apuliæ, totiusque Lucaniæ caput, eum magnitudine et maris, portuque nobilis, tum mirabilis situ: quippe in ipsis Hadriatici maris faucibus posita, in omnes terras, Istriam, Illyricum, Epirum, Achaïam, Africam, Siciliam vela dimittit.' Hæc ille. Tarento hodie vocatur. Tarentini aliquando Spurii vocati sunt, ut scribit ex Trogo Justinus lib. XX. *Parthenistas* vocatos scribit Servius ad *Æneid.* III. Item *Phalantiades* a *Phalanto* quodam cive eorundem celeberrimo, ut tradit Stephanus. *Ortel.* Vide et Strabonem lib. VI. et Plin. III. 10. præcipue vero *Cluver.* Ital. lib. IV.

*Iter vertit ad Corycum urbem incolam: pastusque nemore, in quo crocum gignitur*] Omnino hic nomen memoris desiderari existimo; id quod imperito librario occasionem præbuisse videtur locum depravandi, atque ejus vicem nobis *Pastusque* istud supponendi: quod nihili verbum esse, distinctionemque post *Incolam* removendam, indicasse contentus, felicioribus ingenis nomen porro memoris istius, quod ego frustra in Ciliciæ descriptionibus persecutus, litteris recommuniaci nondum potui, investigandum relinquo. *Douza.*

*Corycum*] Plinio et Ptolemæo Ciliciæ oppidum, quod Curco Nigro, Chura Mercatori appellatur. Plinius oppidum, portum et antrum uno nomine appellat Corycos. Est et Ciliciæ mons quoque Plinio, Vibio, et Stephano. Promontorium quoque est Straboni, et in eo antrum Corycium, in quo optimum crocus nascitur. Meminit et ejus Q. Calaber. *Ortel.* Corycius autem crocus celeberrimus, quem Isidorus l. xiv. c. 3. *Cortiscos* nominat, addens inde plurimum et optimum venire crocum. Hinc et Cilicum florem *crocum* appellat Statius Papinius lib. ii. Sylv. alitque.

*Ad Olympum atque Phaselida*] Urbes sunt Lyciæ maritimæ et maximæ, quæ piratarum et prædonum domicilium et receptaculum fuerunt, et ea de causa bello Piratico a Servilio expugnatae et deletæ sunt. Strabo lib. xiv. Cic. in Verrem 4.

*Ad Olympum*] Et hæc ad superiora quodammodo pertinent: scribit enim Peditanus Verrina tertia, P. Servilium bellum in Cilicia gessisse, deque ea triumphasse, captis Coryco, Olympo, et Phaselide, tribus magnis ejus terraribus, sed in Asconio depravatum est, *Fasilide*. Carrio.

*Apud Læte oppidum*] Hæc ita conjunximus ex sententia clarissimi D. Jani Douzæ, cuius opinionem firmat Silius Italicus, Sallustii in locis describendis imitator, de bello Punico lib. ii. 'Quæque super Gravius lucentes volvit arenas, Inferni populis referens obliviam Læthe.' *Putsch.*

*Læte*] Macedoniæ Urbs Stephano. Ad Thermæum sinum, Plinio. Eadem Mygdoniæ regionis in Macedonia, apud Ptolemæum. Sed hæc forsitan alia Urbs. *Ortel.*

*Cui nomen oblivionis considerant*] Legam, *indiderant*; et de Lethe Hispaniæ flumine intelligam, quod Lamiam appellant Strabo lib. iii. et latus Mela: 'Et cui oblivionis cogno-

men est, Lamia.' *Ciacconius.*

*Mutina*] Galliæ Togatae oppidum, vulgo nunc Modona et Modæa vocitata. Memoratur Polybio, Cicero, Livio, Paterculo, Straboni, Melæ, Plinio, Ptolemæo, aliisque. Coloniam fuisse Romanorum complures testantur auctores. Cicero Philipp. v. Mutinam firmissimam et splendidissimam Populi Romani Coloniam appellavit. Quo anno deducta fuerit Colonia, Livius ostendere voluit l. xxxviii. 'Eodem,' inquit, 'anno Mutina et Parma. Coloniarum Romanorum civium sunt deductæ: bina millia hominum in agro, qui proxime Hojorum ante Tuscorum fuerat, octo jugera Parmæ, quina Mutinæ acceperunt.' Nempe is annus erat Urbis Romæ MDLXVIII. quo anno Consules fuere Q. Fabius Labeo, et M. Claudius Marcellus. Polybius autem lib. iii. ante Coloniam jam inde a P. Cornelii Scipionis, et Ti. Sempronii Longi consulata annis triginta quatuor ante extitisse affirmat. Addendum hoc, quod refert Plin. Mutinensi agro exire e petra flammam statis Vulcano diebus. Nec alienum fuerit miram ejusdem agri portentum hoc loco inserere, quod idem Plinius l. ii. c. 83. refert, quo ipsa natura soli noscatur: 'Factum est,' inquit, 'ingens terrarum portentum L. Marcio, Sex. Jul. Consulibus, in agro Mutinensi: namque montes duo inter se concurrerunt, crepitu maximo adsultantes, recedentesque; inter eos flamma fumoque in cælum exeunte, interdiu, spectante e via Æmilia magna Equitum Romanorum familiarumque et viatorum multitudine. Eo concursu villæ omnes elisæ, animalia permulta, quæ intra fuerant, exanimata sunt: anno ante sociale bellum; quod haud scio an funestius ipsi terræ Italiæ fuerit, quam civilia bella.' *Cluver.*

*Præneste*] Urbs Latii mediterranea, ducentis fere stadiis dissita ab Urbe

Roma, Ptolemæo *Πρωλευστος*, quamquam Strabo scribit olim dictam *Πολυτέφανον*, Plinius etiam Stephanen, nomenque habere a quodam Præneste (ita enim fabulantur) Ulyssis nepote, et filio Latini, qui primus ejus fuerit conditor, sicut asserit Solinus ex Zenodoto. Ceterum Servius a silicibus, qui *σπλιβοι* veteribus Græcis, quorum ibidem maxima copia, dictam affirmat: Græcanicam esse hanc urbem origine, sicut et Tybur aliquanto vicinius Romæ, affirmat idem Geographus l. v. Utramque rursus urbem loci natura munitam prædicat, etiam Præneste excelleret, cui arcis loco mons imminerebat excelsus, idemque avulsus angusto quodam transitu, et quasi collo a reliquis montanis locis contiguus. Accedebat ad hanc munitionem naturalem, quod urbs undique occultis cuniculis perforata fuerit, in quorum uno Marius Junior obsessus perit. *Fuugerus*. Leander Albertus dicit hodie Pilestrina nominari.

*Medio diei*] Ita locutus est Tacitus, Sallustii locum, ut videtur, imitatus l. XVIII. cum dixit; 'Sed medio diei exarserant.' *Ursin*.

*Militia peritus*] Supra dixit: 'Docuit militiam.' In utroque Græcos imitatus, qui dicunt, *εἰδὸς μάχης*, sive *πολέμοιο*, ut apud Homerum, *οἱ εἰδότες μάχην*. *Idem*.

*Sertorius*] Neque habeo certi, quod hoc de loco definiam; etsi Servius l. IX. *Æneid*. quid sibi voluerit Sallustius satis indicat. 'Muri,' inquit, 'olim alti non erant, sed ad impetum tantum repellendum. Ut etiam Sallustius ostendit, ubi Sertorium humeris sublato muros ascendisse memorat:' quæ postrema qui pro Sallustianis accipiunt, frustra sunt; cum huc referri debeant. *Carrio*.

*Sertorius Parthia*] Videtur illud, *Parthia*, esse mendosum, et fortasse, *portis*, scribendum, ut integra lectio sit: *Sertorius portis turba morantibus*,

ἔκ. Erant igitur portæ ita turba occupatæ, ut nec Tribunus, nec ipse Imperator pervadere posset. *Imperii* autem posuit, ut videtur, pro *Imperatoris*. *Ursin*.

*Dubitavit acie pars*] Priscianus extremo sept. lib. tradit veteres consuevisse frequenter in quinta conjugatione tam genitivum quam dativum ablativo similes proferre: et hæc ex prima Sallustii historia allegat: prout vulgati habent libri. Nam a manuscriptis abest numerus: et in historiis ita scripsisse Sallustium in Catholicis refert Probus: nec librum nominat; uti nec Servius l. I. Georg. Virg. Probi hæc sunt: 'E, sive correpta, sive producta, nullius generis casus genitivus reperitur terminatus, nisi antique. Virgilius: *Libra die somnium pares ubi fecerit horas*. Sallustius: *dubitavit acie pars*.' *Carrio*.

*Idem fecere*] Quæ sequuntur ad finem usque libri I. addidimus ex quadam Servii editione, quam debemus diligentia et solertia Cl. viri Petri Danlellis. Nam si absque illo esset, multa Sallustii loca non haberemus, multa deteriora essent, quæ nunc ad Sallustianæ navis tabulas cœquandas multa optima habemus. *Putachius*.

*Ea paucis quibus*] Servius ad illud XII. *Æneidos*: 'me verius unum Pro vobis luere: Alii veteri more dictum accipiunt. Verum enim quod bonum et rectum esset appellabant. Terentius: *Idne est verum modo, id est pessimum genus*. Idem, *Quod ei astu rem tractavit, Dii vostram fidem, quantam et quam veram laudem capiat Parmeno*. Sallustius in primo: *Ea paucis quibus peritia, et verum ingenium est abnuentibus*. Idem, *Perpenna tam paucis profectus vera est æstimanda*.' Locum integrum ascripsi, ut eliciat aliquid meliora ingenia. Ego imaginabar: 'Perpenna tam paucis profectus vera est æstimanda:' sensu non pleno, quem pendere a sequentibus reor. *Idem*.

## LIBER II.

*Sardinia in Africo mari facie vestigii humani*] Frandi, uti spero, futurum mihi non est, si has Sallustiani velut naufragii tabulas assulis aliquantis auctiores reddidero: non quidem de meo, ne quia erret, (unde enim mihi, quæso, Romanæ historiæ proferre pomœria, scriptorum præsertim codicum armamentis destituto?) sed de Isidori schediis et pluteis, quos jam dudum, conjuratis tot barbarorum sæculorum procellis, et plus quam decumanis ignorantiae fluctibus, a reliqua Sallustiana rate disjectos, ac avulsos fuisse persuasum est mihi: atque hanc inde conjecturam facio, quod idem ille centonum, quem dico, sarcinator unicus lib. ix. Originum suarum, quo loco de Gentium vocabulis diaserit, Maurorum et Numidarum prima quasi incunabula, atque incrementa, retractans, iisdem pæne verbis, ordine paullum immutato, narrationem longissimam a Sallustiano Jugurtha petitam ad se traxit, suppresso auctoris, unde eam acceperat, nomine, quod ille passim etiam in aliis solemne quasi suum servasse videtur. Exemplum Isidori sic habet: 'Sardis Hercule procreatus cum magna multitudine a Libya profectus Sardiniam occupavit, et ex suo vocabulo insulæ nomen dedit. Hæc in Africo mari facie vestigii humani, in Oriente quam Occidente latior, prominet; ferme paribus lateribus, quæ in Meridiem et Septentrionem vertunt: ex quo ante commercium a navigantibus Græcorum Ἰχϋος appellata est. Terra patet in longitudinem millia cxl. latitudine xl. In ea neque serpens gignitur, neque lupus, sed

solifuga tantum, animal exiguum, hominibus perniciosum. Venenum ibi quoque non nascitur, nisi herba per scriptores plurimos et poetas memorata, apiastro similis, quæ hominibus rictus contrahit, et quasi ridentes interimit. Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelam præbentes, furibus cæcitatem, si sacramento dato oculos aqua ejus tetigerint.' Hactenus Isidorus; quæ universa ut a Sallustio esse præstare non auiam, ita pleramque partem eidem deberi quovis pignore sponsonem facere sum paratus. Fragmentum certe istud eodem insertum plane arguit suspicionem hanc nostram de nihilo non esse. Et vero (ut rem loquar ineram) si paucula quædam, quo de genere sunt illa, 'Infirmis medelam, furibus cæcitatem præbere:' item hoc, *Græcorum Ἰχϋος*: quod ad proximum Sallustii Fragmentum, (illud, 'Unde Ichnusa appellata,' volui dicere) haud dubie pertinere, atque inde adeo emendandum ipsa res clamat: Isidori sordes potius, quam Sallustianam munditiam redolentia istinc excipias, quidnam his additamentis Historico nostro tantopere indignum insit, non video. Ceterum causam descriptionis Sardinie Lepidum Sallustio præbuisse verisimiliter inducor, quem male re gesta versoriam in eam insulam capere coactum, atque inibi paullo post tabe colliquisse vetores nobis Memorie confirmant. Douza.

*Facie vestigii humani*] Imitatur Phrasin Solinus, c. 47. 'Equus C. Cæsaris nullum præter Cæsarem dorso recepit, cujus primores pedes fa-

cie vestigii humani tradunt fuisse.' Apulejus de asino iv. 'Hæ arbores in lævi faciem prolixè foliatæ, parient in modum floris inodori porrectos caliculos modice punicantes.' *Putchius.*

*Ichusa*] Scribit Plinius, cum Sardinia aliis Sandalotis appelletur, Mellesum eam a similitudine plantæ humanæ Ichusæ dixisse; quod posterior Solinus, Plinii transcriptor Chrysippo tribuit; ut quidem vulgo est: nam in veteribus libris Crispum, non Chrysippam esse, deque Sallustio Crispo accipiendum videri olim observavimus; et V. C. Martin. Delritus eum laude multa in his studiis versatus, in scholiis Solinianis notavit: quod eo mihi proprius vero est, quod videam Silvæ Italianæ, qui in plerisque, ut affibi docemus, Sallustium studiose imitatus est, idem in poemâ suam transtulisse. Versus ejus l. XII. sunt: 'Insula fluctisono circumvallata profundo Castigator aquis: compressaque gurgite, terras Enormes cohibet ædæ sub imagine plantæ. Inde Ichusa prius Grajis memorata colonis: Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens Herculis, ex sese mutavit nomina terræ.' *Carrio.*

*Dubium an insula sit*] Videtur legendum, *Continens, dubium an insula sit, quum Euri, &c.* Claccon.

*De reditu ejus legem ferentem*] Notat Agellus x. 20. Malkatum proprietatis in verbis retinentissimum consuetudini concessisse, et privilegium quod de Cn. Pompeji, Magni Pompeji patris reditu ferebatur, legem appellasse. *Carrio.*

*Genus militum sœtum a pueritia latrociatis*] Videtur Q. Curtius respexisse ad hunc locum, cum dixit l. vi. 'Murdorum erat gens consens Hispaniæ, cultu vitæ aspera, et latrocinio assœta.' *Ursinus.*

*Inter lava manium*] Loquitur de prælio apud flumen Durium a Cn. Pompejo commisso. Pompejus ad

Benatum: 'Castra hostium apud Sacronem capta, et prælium apud finem Durium, et dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia, et exercitu deleti, satis clara vobis sunt.' *Putchius.*

*Flumen Turiam*] Non bene quidam miscuerunt *Turiam* cum *Daris*, idem ambobus nomen facientes, credo ob Hispanicarum rerum igorationem, quia Turia non tam celebris est. Fluit autem Turia juxta Valentiam, de quo Pomponius libro secundo: 'Setabis, et Turiam, et Sacronem non magna excipit humina:' et Plin. III. 8. 'Valentia Colonia tribus m. pass. a mari remota: flumen Turiam.' Ita eodem legendum et apud Pomponium, et apud Plinium erudite et vere contendit Hermolaus. Corrupte autem hic vulgo legitur *Durium*. Turiam enim vocari id flumen, de quo Pomponius loquitur, ostendit Plutarchus in Sertorio: 'Remedia,' inquit, 'in rebus adversis, magis claræ ejus virtutem faciebant, veluti in ea pugna, quæ apud Sacronem contra Pompejum commissa est, et rursus in ea quæ apud Turiam, adversus Metellum simul et Pompejum.' Claudianus tamen etiam Durium Turiam appellavit, in Laudibus Strenæ: 'Te nascente ferunt, per pingua culta tumentem Divitiis undasse Tagum, Gallæcia risit, Floribus et roseis formosus Turia ripis Vellere purpureo passim mutavit ovile.' Nam cur flavium parvum et alias ignobilem, prætermissis Ibero, Bæti, Ana, ac Durio, Minisque maximi momenti fluminibus, tanta pompa seligeret, ac formosum roseis ripis vocatum ipsi Tago, fluminum Hispanorum vulgatissime famæ conjungeret? Vide *Resend.* de Antiq. Lusit. Est igitur Turia sive Durias Hispaniæ Tarraconensis fluviolus in Sacronensem sinum effluens. Guadalajar Clusio hodie est. Durius autem Plinio Hispaniæ maximus fluvius, in Poldonibus ortus, Astu-



riam, a Vettonibus, et Lusitaniam a Gallæcis determinat. Duero nostra ætate vocatur. Doris Ptolemæo, et Dorias Straboni appellatur, qui eundem eodem fere loco l. III. Durium appellavit *Ortel*. Durius igitur claritate sua et scriptorum testimonio celebratissimus, aquarum mole ipsum Tagum superat, nisi quod compressiore, ut fere inter montes, alveo fuit, Tago per liberos et planos campos ad ostentationem se dilatante: Turia autem, uti jam monuimus, exigens est fluviolus. *Resend.*

*Flumen Thuriam*] Ita scribendum videtur. Græci quoque Scriptores *Θουπλῶν ποταμῶν* edunt, licet diversus ab eo flumine, a quo Thurius appellatus esse dicunt, quod ex ipsis etiam Thuriorum numismatibus constat, in quibus Crathis quidem fluvius taurina forma impressus est, Thuria vero fons, Leonis capite aquam fistula ex ore fundente. Hic autem de Thuria intelligendum, qui Vibonem, sive Valentiam præterfluit. *Ursia.*

*Valentia*] Plures hujus nominis urbes: sed hæc Valentia est Contestanorum in Hispania Tarracouensi urbs Ptolemæo: Edetanis eam ascribit Plinius. Valentia hodie Clusio. Aliam Valentiam in Hispania habet Livii Epitome 55. quam ad habitandum concessum Viriati veteranis militibus a Junio Bruto tradit. Sita ad Minium fluvium, Tidæque objecta est. Vide Joh. Marianam III. 7. de Reb. Gest. Hispan. *Ortel.*

*Macedonia*] V. supra Jugurth. c. 35.

*Dardania*] Orosio, Ptolemæo, et aliis, Europæ regio, Mysia Mediterranea vocatur in Codice; quæ a Wolff. Lazio *Bossen* appellatur. Illyriæ pars, teste Æliano in Variis, et Nicolao, apud Stobæum: qui scribit hos tantum ter in vita lavari; cum nascuntur, in nuptiis, et in funere. Dardanos Serviam et Rasciam habuisse, Cuspiniannus, et Volaterranns testantur. *Ἰέρβια*, et *Ῥαρκία*, habet

Sophianus. *Ortel.*

*Sed ipsi ferunt taurum*] Et hoc Fragmentum ex Isidoro haud mediocriter accessione augeri, nostraque comitate ex supplemento ejusdem reditivam lucem accipere potest. Id vero est hujusmodi ex l. XIV. Originum c. 6. 'Corsicæ insulæ exordium incolæ Ligures dederunt, appellantes eam ex nomine ducis. Nam quædam Corssa nomine Ligus mulier, cum taurum ex grege, quam prope littora regebat, transuatare solitum, atque per intervalla corpore aucto remeari videret, cupiens scire incognita sibi pabula, taurum a ceteris digredientem usque ad insulam navigio prosecuta est. Cujus regressu insulæ fertilitatem cognoscentes Ligures, ratibus eo profecti sunt, eamque nomine mulieris auctoris et ducis appellaverunt.' Vides ut ex omni parte pulchre fundata et constituta sit hæc navis, paucis exceptis, in quibus nos non materiarius, verum architectus frustratur: quæ tamen Sallustii non esse suo se indicio produnt; veluti extremum illud de nomine mulieris Ligaris auctoris et ducis vocabuli Corsicæ; quod semel antea dictum Sallustiana a se brevilloquentia apernit procul, nam majorem partem ejus Historici esse, argumentis, si sit opus, vincere me posse confidentia est: fortassis et ea quæ sequuntur, de quibus tamen lente et suspensa manu iudicium meum profero. Dividitur autem a Sardinia xx. millium freto, cincta Ligustici æquoris sinu ad prospectum Italiæ. Est autem multis promontoriis angulosa, gignens lætissima pabula, et lapidem quem Catochitem Græci vocant. Utut est hujusmodi tam accurata regionis descriptio, a Sallustianæ historiæ ratione abhorreere non nimium videtur: quem et multum in hoc genere atque adeo curiosum fuisse, similibus locorum conlationes arguere possunt. *Douza.*

.. *Ne illa tauro*] Particulam *ne*, pro, *nedum*, positam docent Grammatici. Sic Apulejus *Apologia* i. 'At ego *Emiliano*, non huic *Afro*, sed illi *Africano* et *Numantino*, et præterea *Censorio* vix crediderim, ne huic fructi credam, non modo odium peccatorum, sed saltem intellectum inesse.' *Ursin.*

*Dædalum ex Sicilia profectum*] Videtur ex historia legendum; *Dædalum in Siciliam profectum, cum Minois, &c.* Herodotus. l. vii. *Ἀγεται γὰρ Μῖνον κατὰ ζήτησιν Δαίδαλου ἀπικόμενον ἐς Σακελίην, τὴν οὖν Σακελίην καλοῦμεν, &c.* Unde in alio fragmento est: 'Aristæus cum *Dædalo* in *Sardiniam* transivit.' Nisi forte dicamus *Dædalum* in *Siciliam* primo profectum, ex *Sicilia* rursus in *Iapygiam* *Apulæ* conterminam venisse. Quam sane a *Iapygo* ejus filio dictam docent Græci scriptores, et confirmat Græcum vetus numisma in *Apulia* apud *Davnios* signatum *Arpis* sive *Argyrippæ*, in cujus altera parte alatum *Iapygis*, sive *Icari*, *Dædali* filii, simulacrum expressam est, in altera *Diomedæ* aves dnæ, ea plane qua *Plinius* et alii tradunt forma, *Diomedis* urnam sepulchralem, ut idem ait *Plinius*, circumstantes, qui *Argyrippæ* conditor dicitur. *Ursin.*

*Dædalus*] Hic insignis fuit Mathematicus et statuarius, artificum omnium suæ ætatis ingeniosissimus, primæque omnium vela et antennas navi imposuisse dicitur: unde forte fabula alarum *Dædali*: nam et *Virgilius* inquit: 'Velorum pandimus alas.' *Statius* quoque immobilibus, abditis quibusdam nervis effecit, ut huc atque illuc moverentur. Exul ob dejectum tecto per invidiam sororis suæ *Perdicis* filium, in *Cretram* ad *Minoem* se recepit, atque ibi *Labyrinthum*, ad *Ægyptii* formam construxit, multiplici et intricata viarum perplexitate irremediabilem, in qua postea ipse una cum *Icaro* filio

fuit inclusus. Itaque inde navigio ad *Cocalum* *Siciliæ* regem se contulit. Plura *Tætzæ*, *Pausanias* in *Achaicis* et *Arcadicis*, *Diodorus*, *Suidas*, alii. *Lucianus* in libro de *Astrologia* scribit *Dædalum* fuisse Mathematicum, et filium *Icarum* docuisse *Astrologiam*, sed eum juvenili ardore et persuasum doctrinæ elatum a vero, et decidisse in mare rerum immensæ profunditatis. Neque vero solum simulacra fecit, sed præclarum opus, compactilem sellam, quæ in *Minervæ* delubro apud *Athenienses* dicata fuit. *Plato* in *Menone* commemorat quædam *Dædali* ἀγάλματα, quæ soluta anfangiant, sed vineta manent. Unde *Socrates* apud eundem in *Euriphronæ* argumenta non consistentia *Dædaleis* operibus videri similia dicit.

*Minos*] *Crete* rex, qui *Dædalum* classe persecutus ad *Cocalum* *Siciliæ* regem, ab *Cocali* filiabus calidis aquis per caput infusus extinctus est. *Milita* de eo *Plutarohus*, *Pausanias* in *Achaicis*, *Diodor.* *Siculus*, *Herodotus*, alii.

*Bithynia*] *Βιθυνία*, *Asiæ* *Minoris* regio. Per ei in secunda, nammus antiquus *Hadriani* Imp. habet. sic et alii quoque. Hæc olim *Mygdonia* *Μυγδοσία*, et *Behrycia* *Βεβρυκία*, dicta fuit, *Marciano* *Capellæ*: item *Cronia*, *Maliande*, *Strymonis*, et *Thessalis* *Plinio*. *Phrygiam* *Majorem* vocatam, dicit *Sallustius* apud *Servium*, ad *Æneid.* v. Ejus incolæ: *Halyzonas*, (*ἁλαζώνες*, est in Græco) vocat *Suidas* et *Herodotus*. et idem dicit eos primum *Strymonios* (*Στρυμόνιοι*) dictos. *Thynos*, prinsquam ex *Europa* in *Asiam* transmigrassent, dictos, ex *Hesychio*, et *Plinii* v. §1. docetur. *Bithyniæ* ea pars, quæ spectat ad *Pontum* *Euxinum* a *Bospori* initio, ad *Heracleam* urbem usque, *Asiatica* *Thracia*, teste *Xenophonte*, nuncupatur. Eadem *Thraciam*, ut *Eustathius* ait. *Metapontus* videtur a *Justino*, l. xvi. nominari: ubi scribit

*Heracleam a Phocensibus in Meta-ponto conditam. Pro Metaponto autem legit Bongarsius, in Pontum. Bithynia simul cum Ponto, hodie Bursa, ut Girava refert; et Becsangial, ut Castaldus tradit, vocatur. Oram omnem Thyni, interiora Bithyni tenent, inquit Plinius. Ortel.*

*Falsum filium arguitur]* Mirum, ni hæc ad Nusam Nicomedis filium referenda: quem Regi illi haud dubie tantum, hoc est, haud vitio, aut illegitime conceptum fuisse, Epistola porro Mithridatis testabitur: quod tamen Bithynos istos, qui a Romanis in regnum illud mortuo Diomedæ, quasi in vacuum venientibus ac possessionem occupantibus, gratiam sese inire studebant, redarguere comatos esse, fragmentum istud liquido significare videtur. Douza.

*Ut actione desisteret]* Sic alibi locutus est ipse Sallustius, et Terentius Phormione, cum dixit: 'Hæc his desisterit litibus.' Item Virgil. l. iv. 'Mene incepto desistere victam?' Ursinus.

*Flumen Larda]* Docet Priscianus l. vi. non solum in Africa, sed etiam in aliis regionibus nomina fluviorum in a desinere: eoque hæc refert verba. In vulgatis est, *Larda*: in Gemblacensi, *Clarda*: in Martinensi et Thosano, *Durda*, ita ut aut *Clurda*, aut *Durda*, scribendam, existimem. Carrio.

*Flumen Larda]* Priscianus, *Flumen Clurda*: quomodo et in duobus aliis repererat Carrio. Mihi vox hæc penitus incognita. *Dura* quidem fluvius est apud Strabonem, si recte meminim. Color.

*Taurus]* Ταῦρος, mons Asiæ, totius orbis terrarum maximus, sic dictus, ut Dionysio Alexandrino placet, quod instar tauri elato capite incedit: vel, ut Eustathius ejus Commentator putat, ob ejus magnitudinem: nam 'ταῦρος,' inquit, 'veteres omnia grandia atque robusta vocaverunt.' Hic uni-

versam Asiam ab Eoo Oceano, ubi Tamos promontorium a Pompeio statuitur, (et Samara ab Orosio vocatur) ad Ægæum usque Pelagus; aut, ut nonnullis videtur, Pamphylum mare; in duas partes, in Septentrionalem scilicet et Meridionalem discriminat. Multa brachia, maria tentanti similis, subinde emittit, quæ etiam contractus, quasi maria quæque effugiens, plurimis se gentium nominibus hinc et illinc imperit. 'Pro gentium ac linguarum varietate,' inquit Solinus 'plurifariam nominatur: vel ut Plinius tradit: 'numerosis nominibus et novis, quacumque incedit, insignis.' Apud ipsum hæc ejus nomina habentur: 'Imaus, Emodus, Paropamisus, Circius, Chambædes, Pharpharades, aliter Pariades, Chentras, Oreges, Oroandes, Niphates, Caucasus, Sarpedon, Coracesius, Cragus, Hyrcanus, Caspius, Pariedrus, Moschius, et Scythicus. Etiam ubi dehiscit, seque populis aperit, portarum tamen nomine unitatem sibi vindicans, alibi Armeniæ, alibi Caspiæ, alibi Ciliciæ Pylæ vocantur.' Apud alios alia sunt quoque nomina: Strabo Parachoetram, Masium, Palyarrim, Zagrium, et Gordæum inter ejus nomina refert. Orosius habet Ariobarsanem, Memarmalim, Parthæum, et Oscobarem (Oscobagus habet Isidorus.) Menalium etiam inter ejus brachia numerat Æthiæc montosorum vocabulorum auctor. Horum ejus nomina meminit in eo describendo Ammianus, Ascanimia, Comodus, Tapurius, Aria, Nazavittum, Asmira, et Opnrocarra. Dionysio, Armenius. Videantur quoque apud Ptolemæum hujus Taurini capitis (ut sic dicam) cornuum hæc peculiaris vocabula: Semanthius, Sericus, Bepyrus, Damassus, Parsuetus, Corax, Sariphus, Masdoranus, Coranus, Jasonius, Strongylus, Orontes, Chaboras, Udacespis, Paryadros, Abus, Masleytus, Celamus,

Phœnix, Hippon, Sogdian, Amanus, et Antitaurus. Plinius hos montes dicit in universam Cerasunos Græcis vocari. Meta etiam sub eodem vocabulo maximam ejus partem comprehendit. Idem horum nominat Amazonicos, Caspios, et Coraxicos. Cerasunum Eustathius circa Caucasum et Caspium mare locat. Q. Curtius videtur eum sub duobus nominibus tantum designare, Tauro, et Caucaso. In Sacris literis Ararath appellatur, Ar. Montano et Becano testibus. Taurus proprie dicitur ejus pars quæ Pamphyliam et Ciliciam ab Armenia Minore et Cappadocia distinguit: ubi hodie Canibel, Baeras, et Gidlich nomen habere videtur. Rannsius Caramam quoque appellari putat. Cortheban etiam Josepho Barbaro. Circa Euphratem, indigenarum lingua Munzarum; et alicubi quoque in Asia Minori, Manrum nuncupari ex Zonara, Cedreno, et Curopalate deprehenditur. Singula hujus nomina vide etiam suis locis. Hunc Taurum describit Philostratus II. sub Caucasi nomine. *Ortel.*

*Neque virgines nuptum mittebantur]* Piaceret magis, promittebantur, vel tradebantur. *Ursin.*

*Multiple comœatus interierant]* Alter, interfecti erant. Cui loquendi generi et consimile est Lucilianum illud: 'Fragmenta interfecti panis;' item compluria apud Plautum. *Douz.*

*Multiple comœatus interierant]* Interfecti erant, emendant viri docti ex Nonio Marcello docente veteres interfecti et occidi ad inanimata transtulisse: nobis vero nihil mutandum videtur propter Lucilii: 'Inter-eunt, labuntur, agunturque omnia vortum;' et Ciceronis fragmenta ibidem ab eodem Nonio exempli causa adducta, in quibus tamen verba illa apparent nusquam. *Putsch.*

*Jasonem novo itinere]* Ille qui primus longa navi maria tentavit, quanta nominis celebritate in omnem

animis versatur? quanto ambitu celebratur? ut vere Poëtis fabularum Oceanum reclusisse videatur: 'Utinam ne in nemore Pelio securibus Cæsa cecidisset abiegnata et terram trahes: Neve inde navis inchoandas exordium Cæpisset, quæ nunc nominatur nomine Argo, qua vecti Argivi delecti viri Petebant illam pellem inauratam arietis Colchis, imperio regis Pelie per dolum.' Longa enim nave Jasonem primum navigasse Philostephanus auctor est, ut ait Plin. VII. 56. Fuit hæc *πεντηκόντορος* prima: in eam cum Jasonem quatuor et quinquaginta Argonautæ sunt ingressi. Hæc nempe erat illa delecta Heroum manus, *θεῖος ἥρῶν ἄρτος*. In hanc unam flos totius Græciæ coivit, Hercules, Castor, Pollux Dis geniti, alique reges et regum filii, Vates Mopsus et Idmon, naupagus Argus, celeustes ipse Orpheus, navis magister et gubernator Tiphys. Demique nave ipsam fatidicam et humana voce locutam, in fabulis est. Habuit enim *ἥρῶν ἐκ τῆς Δωδώνης ὄρεος, carinam ἐ Δωδονίδος ἔρκευ*. Unde et Ciceroni *divinum Argonautarum vehiculum* dicitur. Itineris quoque stadiasmi, et cursus ita accurate a Poëtis proditi sunt, tanquam singulos ex ipsorum diariis expressissent: per quæ maria, quibus ventis cucurrerint, quæ littora prætervecti sint, quos portus intrarint, quæ freta transierint, quæ promontoria et quorundam fluviorum ostia præternavigaverint, ad quas gentes et nationes accesserint, quemadmodum in ultimum Euxini Ponti angulum penetraverint, atque ita porro. Et ista quidem hactenus *ῥηκλαῖον* Euxini Ponti nobis universim ob oculos ponunt, et heroum duros labores, quos in hac expeditione pertulerant; quis autem finis adeo difficilis expeditionis fuerit, ex Plinio facile intelliges: is enim XXXIII. 3. eas oras auri feraces esse tradidit. 'Jam,' inquit, 'regnauerat in Colchis

Salauces et Esibopes, qui Terram Virginem nactus, plurimum argenti aurique eruisse dicitur in Suanorum gente, et alioquin velleribus aureis inclyto regno.' Sed et illius aureæ cameræ, et argentæ trabes narrantur, et columnæ atque parastatæ. Hinc adeo istis heroibus sacra illa fames, et cupiditas, et ardor, et pericula, et lues, et diasidia, et cædæ, et mors atque ambitus itinerum. Hoc nempe illud erat, ad cuius famam universa Græcia aures arrigeret; hæc illa præda, quam jam animo atque oculis destinaverat, quæque istos patriis sedibus excitos ad terram inhospitam mitteret. Vide *Snellium* in præfatione ad *Typhin Bata-*

*Ætæ]* *Æetes*, uti ex fabulis notum est, a filia *Medea* proditur *Jasoni*, et aureo vellere et duobus filiis orbatus est.

*Tartessus]* Fuit hæc in Hispania urbs opulentissima inter duo *Bætis* ostia. *Plinius* autem et *Arrianus* *Tartessi* nomine pro *Gadibus* abutuntur. Sciendum itaque est, quod triplex fuerit *Tartessus* apud *Veteres*: una proprie dicta in insula ad *Bætis* ostia, qui et ipse *Tartessus* de nomine *Urbis* dictus est: dux sic dictæ *καταχρηστικῶς*, *Carteia* nimirum, quæ et ipsa *Tartessus* dicitur a *Strabone*, *Mela*, *Plinio*, *Appiano*, deinde et *Gades* ita appellatæ. Sicuti autem *Tartessi* nomen *Gadibus* tribui doculimus, ita contrario errore *Tartessus* a nonnullis *Gaddir* dicitur. Auctor hic *Sallustius*, et *Avienus* in oris maritimis. De *Tartesso* urbe ita *Stephanus*: *Ταρτησσός ἐστι πόλις Ἰβηρίας, ἀπὸ ποταμοῦ τοῦ Ἀργυροῦ ὄρου βέοντος, ὅστις ποταμὸς καὶ κασσίτερον ἐν Ταρτησσῷ καταφέρει.* Id est, 'Tartessus est Iberiæ urbs a fluvio dicta, qui fluit ex argenteo monte, et stannum etiam *Tartessus* defert.' et in *Marciano Heracleota*: 'Ἡ λεγομένη Ταρτησσὸς ἐπιφανὴς πόλις, Χρυσόν τε καὶ

χαλκὸν φέρουσα πλέουσα. Id est: 'Tartessus urbs est celeberrimi nominis, Unde auri et æris fertur ingens copia.' Et quid mirandum? *Philostephus* tradit primos *Phœnices* magis argenti vi inde allata ad inmensas opes brevi evectos esse. Ita autem loquitur: *τοὺς πρώτους τῶν Φοινίκων ἐπὶ Ταρτησσὸν πλεύσαντας, λέγεται τοσοῦτον ἀργύριον ἀντιφορτίσασθαι, ὡς αὐτοὶ καὶ ἄλλοι ναυτικοὶ βέρον εἰσπαγωγόντας, ὅστε μικροὶ ἔχουν δύνασθαι μὴτ' ἐπιφέρειν τὸν ἀργυρὸν.* Id est: 'Primos *Phœnices*, aiunt, cum *Tartessum* navigassent, tantam argenti vim oleo aliisque nauticis sordibus permatavisse, ut nec capere naves, nec ferre possent.' Addit, inde discedentes (sit fides penes auctorem) ex argenteo confiasse anchoras, et reliquam suppellectilem. Quibus similia habet ex *Posidonio Diodorus*. Sic *Coleum Samium*, qui primus *Tartessum* navigavit, quæstum ex mercibus maximum fecisse testatur *Herodotus* lib. iv. Successere *Phœci*, qui eodem auctore amicitiam contraxerant cum *Tartessi* rege *Argantonio*. *Tartessus* itaque a veris *Gadibus* multum differt, qui extremus noti orbis apud antiquos terminus erat, teste *Solino*, *Bochartus*.

*Mutato nomine Gaddir]* *Fest. Avienus*: 'Gaddir prima fretum solida supereminet arce, Adtolitque caput geminis inserta columnis: Hic *Cotinus* prius fuerat sub nomine præco, *Tartessus*que dehinc *Tyrii* dixere coloni: *Barbara* quoque etiam *Gades* hanc lingua frequenter, *Pœnus* quippe locum *Gaddir* vocat undique clausum.' Dixerat etiam haud dubie *Sallustius* hujus appellationis *Punicæ* causam: ex quo itidem suo more sumsit *Isidorus* l. xiv. Sed et iste *Avieni* locus huc merito transcribendus videtur: 'Gaddir est oppidum. Nam *Punicorum* lingua conceptum locum *Gaddir* vocabat. Ipsa *Tartessus* prius *Cognominata* multa opu-

lens civitas Ævo vetusto: nunc egena, nunc brevis, Nunc deatituta, nunc ruinarum agger est. Nos hic locorum præter Herculeam Sollemnitatem vidimus miri nihil. At vis id illis tanta vel tantum decus Ætate prisca sub fide rerum fuit, Rex ut superbus omniumque præpotens, Quos gens habebat forte tum Maurusia, Octaviano principi acceptissimus, Et litterarum semper in studio Juba, Interfinoque separatus equore, Inlustriorem semet urbis istius Dunmivirata crederet.' *Coler.*

*Uti solerunt*] Ex Prisciani lib. x. *solerunt* autem est, solitus fuerat. *Carria.*

*Præmissus*] Lipsio nostro legi placet, *præmissus*; ut de monte quopiam reliqua editore loquatur: cui ego non hac in parte modo, sed etiam in cetera omnibus assentior lubens: sed montis nomen quæro quod sit. *Doux.*

*Barbulejum appellabant*] An hoc de *Hirtulejo* dictum, cujus mentio est infra? Ita, ut ait Suetonius, 'Tiberius Nero, per jocum dictus, Biberius Mero.' *Ursin.*

*Barbulejum*] Priscianus ille toties a me laudatus lib. vi. hoc affert. Vult Sallustius, nescio quem Romanorum ob corporis gestam et linguæ procacitatem nomine histrionis cujusdam Barbuleji fuisse appellatum. An ille est, de quo supra etiam Sallustius, Curio pater? Est profecto. Ita enim vero mihi anguratus videor ex Plin. VII. 12. Quem tamen rectius puto scribere Barbulejum, quemadmodum et *Solinus*, et *Valer. Maximus* IX. 14. 'At M. Messala Consularis et Censorius Menogenis: Carioque omnibus honoribus abundant Barbuleji; ille propter oris adpectum, hic propter parem corporis motum, uterque scenici nomen coactus est recipere.' *Coler.*

*Ibi Fimbriana seditions, qui regi per obsequiam orationis, et maxime odium*

*Sulla, graves curique erant*] Disputant varie super hoc loco viri docti. In manuscripto Nonii, qui hæc pro exemplo adducit, extabat, *graves scarique*, in altero ob odium *Sulla cari erant*: sed lectio quam expressit *Carrio* optima videtur, si *rd graves* sumatur et habeatur pro fortibus, ut sæpe *Sallustius*: 'Ea continentia viri gravis, et nulla arte cuiquam inferior.' Et in fragmentis novis: 'Hispanis gravem civitatem.' *Putsch.*

*E muris*] Idem Nonius sportas a sparto, quasi sparteas, aut ab asportando dictas esse vult. *Carrio.*

*Fortunam in temeritatem declinando*] Videtur legendum: *Fortia in temeritatem declinando*; nam præcessit, 'adversa in pravitate, secunda in casum.' *Ursin.*

*At Metellus, &c.*] Totum hanc locum citat *Macrobius Saturnal.* III. 13. pro eo, quod est in *Macrobio*, 'Concurrentibus undique virili et muliebri sexu,' posui aliquando, *concurrentium undique virile et muliebre sexus*; primum quod ita *Nonio* legeretur: deinde quod *Charisius*, et ille ipse *Nonius* observent hic *sexus* neutro genere: quod hic alioqui probari non poterit; quamquam et apud *Charisium* et *Probum* legitur *secus*, pro *sexus*. *Sosipatri* lib. i. Instjt. Gramm. verba hæc sunt: '*Secus* neut. generis nomen, unde et *Sallustius* dixit, virile *secus*, hoc est, virilis *sexus*, quod per omnes casus integra forma declinatur: est et *secus* adverbium.' *Probus* Catholicis; '*Secus*,' inquit, 'duas res significat, adverbium separandi, et sexum. *Sallustius*: Virile et muliebre *secus*.' Haecenus illi. Fuit cum divinarem utramque esse hallucinatum, et *sexus* apud *Sallustium* neutro genere esse retinendum; quod etiam in *Plauto* *Priscianus* notavit. Is enim lib. v. '*Plautus*,' inquit, 'hoc *sexus* neutro genere protulit in *Rudente*: Virile *sexus* nullum nunquam habui.' Sed cum in

Festi veteribus libris, *secus* esse, non *secus*; in exemplis autem a Festo citatis *secus*, non *secus*; monnerit Antonius Augustinus J. C. elegantissimus; scripturam, quam expressi, retinendam judico; neque virum doctissimum mihi quæ familiarem audio, qui cum in veteri scriptura *secus* esse fateretur, *secus* tamen neutro genere, apud Festum aliosque scriptores a Festo adductos, reponi volebat. Hoc enim esset arbitrarias de quæ opinione factas emendationes libris veteribus; et a quibus libri veteres longe vincuntur ætate, Grammaticorum, quos dixit, ætati præponere; quod nemo, credo, doctus temerè fecerit. Neque enim in librorum correctionibus Pythagoricum illud, *αὐτὸς ἕρη*, sed ea quæ modo laudavi, vetustatis testimonia solidissimis rationibus adjuncta, apud bonos harum rerum iudices valere consueverunt. Adde quod idem Charisius eodem lib. i. ita scribat: 'Alia nominativum et ablativum habent; ut tabes, pluris, siremps; facit ab hac tabe, plure, sirempse.' Cinna autem in Smyrna, *Aujus tæbis* dixit, nullo auctore. Alia unius tantum casus sunt, ut hoc *secus*, adfatim, adinclinatas, infitias, suppetias, pedum, sponte, dicis ergo, nequam, nihili, frugi; ita enim locus ille Charisii, reliquis, quæ interposita sunt, ejectis, de veteri libro restituendus est. *Carrio*.

*Concurrentium undique virile et muliebre secus*] Huc respexit Tacitus, si modo ejus verba mendo vacant, quæ leguntur lib. iv. 'Virilis et muliebris sexus omnis effusus.' *Ursin*.

*Exornatis ædibus per aulea et insignia*] Legendum, et *signa*. De republ. ordin. 'Domum signis, auleis, aliisque operibus exornare.' *Cicconius*.

*Aulea*] Sunt stragula versicoloria, ut scribit Servius, enarrans illud Virgilianum: 'Auleis jam se Regina superbis, Anrea composuit sponda.' Sic autem ideo dicta sunt, quod in

aula Attali Regis Pergamenorum in Asia primo inventa fuerint. Babylon quidem colores varios pictura prima vestibus dedit: hinc Babylonica. Unde Petronius Arbitrator de pavone ita loquitur: Plumato amictus aureo Babylonico.' At aurum intexere in Asia Attalus rex invenit. Unde Propertius: 'Porticus auleis nobilis Attalicia.' Et Silius: 'Quæque Attalicia variata per artem Auleis scribuntur aeth.' Peristromata quoque dicuntur picta et versicoloria. Sunt et quæ peripetasmata ad orandum locum suspensa extenduntur. Intellexit de his Horatius in Satyris: 'Interea suspensa graves aulea ruinas In patinam fecere, trahentia pulveris atrii,' &c. *Grappold*.

*Croco sparva hucus*] Crocum hic intelligit aqua dilutum, qui odoratissimus ex Cilicia mittebatur, unde Martialis festivissimus Poëta: 'Et Cilices nimbis hic maduere suis.' Atque ab Apulejo 'odorus imber;' apud Senecam 'odoratus imber,' dicitur.

*Transenna*] Transennam Servius Æneid. l. v. extensum funem interpretatur. Nonius vero, 'non transitum, ut quidam,' inquit, 'putant, sed fenestram.' Servii autem interpretatio et melior est, et cum hoc loco magis convenit. *Carrio*.

*Victoria simulachrum*] Illam præpetem sive alatum fingeant, quod ejus fama statim se humo tollat, amplexaque gloriam longe lateque per summum volet æthera, perque immensos terrarum tractus expatiatur. Itaque alatum extitit ejus in Olympia simulachrum, ipsiusque alias signum accipiter est, volucres reliquas agilitate remigii alarum superans. Porphyrius: τὰς δὲ Μούσας ἐπέρωσαν καὶ τὰς Ζεφύρους. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τῆν τε Νίκην, καὶ τῆν Ἴριον, καὶ τὸν Ἔρωτα, καὶ τὸν Ἑρμῆν: id est, 'Musas autem et Sirenas alatas fecere, eodemque modo et Victoriam, et Irin, et Amorem, et Mercurium.' Ovid. l. ix. Tristium:

'Anoniumque ducem solitis circumvolat alis, Ponat ut in nitida laurea sarta coma.' Addendum obiter hoc est, statuum aureæ Victoriæ fuisse olim Romæ in Jovis Capitolini templo, sicuti testatur P. Victor. Antiquissimum templum, præter mediculas duas, in Aventino conditum fuit ab Arcadibus, teste Dionysio Halicarnassæo. Ludos quoque quinquennales in ejus honorem, decennales, vicennales institutos testantur veterum monumenta. *Fæger.*

*Toga picta*] *Toga picta*, toga palmata est. Plutarcho *ἑρμαιεύχῃ*. Plinius de hac intelligit l. VIII. cum dicit *Pictas vestes jam apud Homerum fuisse*, unde triumphales natæ. Isidorus l. XIX. '*Toga palmata dicebatur, quam merebantur ii, qui reportabant de hostibus palmas. Ipsa vocabatur et toga picta, eo quod victorias cum palmis intextas haberet.*' Olim tamen aliam fuisse pictam scribit Festus in schedis: '*Picta quæ nunc toga dicitur, purpurea ante vocitata est, eaque erat sine pictura:* ejus rei argumentum est pictura in æde Vertumni et Consi, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera L. Papius Cursor triumphantes ita picti sunt. Hoc ita esse ex Livio quoque patet, nam quam l. XXX. togam pictam, l. XXXI. *purpuream* appellat. *Coler.*

*Toga picta*] *Toga picta*, vestis Etrusca fuit, purpurei coloris, auro distincta, a triumphantibus geri solita, quam subactis Thuscæ populis Tarquinius Priscus Romam transtulit: Macrobius, Plinius, id non Prisco, sed Hostilio tribuunt. *Picta* vocabatur, quod in ea figuræ ita fingerentur, ut ea species ad picturæ similitudinem accederet. Duos historiæ memorant quorum virtuti tributum sit, ut *picta toga*, quauquam privati, uterentur, Paulum Emiliam et Pompejum. Pingebatur acu ex invento Phrygum indice Plinio. Vide *Sigoniæ*. Aurum intexere in Asia inventum

Attalus rex, colores diversos picturæ intexere Babylon maxime celebravit et nomen imposuit: plurimis vero liciliis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit, scutulis dividere Gallia, ut Plinius testatur. Primitus autem forma semicirculari fuisse Halicarnassæus auctor est.

*Epula quasitissimæ*] Tac. Annal. II. 'Excepere Græci quasitissimis honoribus.' *Ciac.*

*Ruinæque pars magna*] Ita reposuimus ex felicissima Christophori Coleri conjectura, cum antea vitiose legerebatur: *Ruinæque pars magna, &c.* Putsch.

*Vice pecorum*] Livius l. XL. 'Modo,' inquit, 'pecorum fugientes per saltus avios.' Et Tacitus l. XII. 'Modo pecorum barbari trahebantur.' In orat. M. Lepidi dixit, 'more pecorum.' Sed Tacitus illud *vice* usurpavit eodem sensu l. VI. cum ait: 'Qui omnia facta dictaque vice legis observans.' *Ursin.*

*Occurrere, &c.*] 'Sagum,' inquit Nonius, 'vestmentum militare est:' et hæc Sallustii ex II. historia affert. Pro uti, non recte, ibi est, ut: pro *Hirtuleio, Herculeio*: de quo nihil me quidquam memini legere. Præterea in vet. cod. manifeste est *Hirtuleio*, quem Entropius l. VI. Epitome Liviana XC. et XCI. Orosius l. V. *Sertorii ducem* nominant, voce nonnihil in omnibus corrupta. De eodem hoc Hirtuleio ita scribit Frontinus Strategematum l. II. c. 7. 'Q. Sertorius, cum ante decertaret, Barbarum, qui ei nuqtiaverat, Hirtuleium perisse, pugione trajecit, ne et in aliorum id notitiam perferret, et ob hoc animi suorum infirmarentur:' quanquam et alius Hirtulejus hujus ducis frater fuisse videtur, qui in bello Sertoriano quaestor fuerit, ut Epitome Liviana nominat: ideoque Plinius et Orosius Hirtuleios fratres a Q. Metello Pio in Hispania oppressos scribunt. *Carrio.*

*Sagum*] *Sagum* Gallicam esse vocem Strabo aliique monuerunt. Pli-



nus insuper l. VIII. c. 48. inventum esse Gallorum dixit, scutulis saga dividere. Scutulatum ergo sagum a reticulato distinctum fuit, in speciem caucellorum. Nam idem Plinius scutulas appellat plagas in retibus itemque cassibus araneorum. Unde intelligi jam Virgillum liquet, qui VIII. Æneidos de Gallis dixit, 'Virgatis lucent sagulis,' quamvis ibi *virgatum sagium*, purpureum insuper interpretatus est Servius. Trabeata saga, apud Trebellianum in Gallieno, huc quoque fecerint. Porro militare hoc proprie indumentum fuisse ex Cæsare aliisque colligere est, licet Tacitus quinto Historiarum impropre etiam vela navium sagula nominavit: 'Sagulis,' inquit, 'versicoloribus haud indecore pro velis navium juvabantur.' Pontan. Nos, si conjectare licet, hodieque *Sacien* dicimus. Dictionarium Vetus Belgicum expeditam in militia vestem, atque ideo detonsam nominat.

*Avidisque, &c.*] De pugna in Saguntinis campis a Sertorio commissa loquitur, in qua Memmius Pompeji Legatus contra conserta manu acerrime pugnans occubuit. Metellus Imperator multa snorum strage defensus, ictu tragulæ a Sertorio sanciatu decessit. Vide Plutarchum in ejus vita. Quo etiam pertinere judico Fragmentum illud lib. incerti: 'Sed Metellus in volnere.' Douza.

*Ictu tragulæ*] Usus et hac voce Suidas: *Τραγύλας*, inquit, *ἔπλον, ἢ χρησόμενος ὁ Κόττας, ὅτῳ βίαιον ἀθήκε πληγῆν, ὥστε τὸν Βληθέντα, καὶ διὰ τῶν πλευρῶν διακείραι, καὶ τῆ γῆ προσηλῶσαι.* Ursin.

*Tragula*] Genus teli similitudine hastæ, ita dictum, quod scuto infixum trahatur.

*Remunculo*] Quam vocem Agellius l. x. c. 21. pro navigio piscatorio accipit. *Carris*.

*Remunculo*] Non improbamus hanc scripturam, licet in notis ad Cæsarem

dixerimus, *Remunculum*, pro *remunculum*, reperiri in veteribus lapidum monumentis. Quomodo Ammianus usurpavit l. XVII. cum ait; 'Lenunculo se commisisse piscantis.' Tacitus tamen *Lembunculum* dixit l. XIV. 'Nando deinde occurru lembunculum,' &c. Ursin.

*Actuaria navigia*] Velocia et facilia ad circumagendum, quæque huc atque illuc facile flecti, moverique possunt. Græcis *κωπήεις* dicuntur.

*Omnia sacrata corpora*] Fallor ego? an de Chiis loquitur Crispus? quos a Zenobio, Mithridatici exercitus duce, exutos armis, post XXX. talentorum exactionem, caussante deesse aliquid justo ponderi, mares seorsum a mulieribus et pueris in naves impositos, atque ita dispulso a patria in Euxinum porro deportari jussos memorat Appianus. Sacrata corpora ergo, destinata morti, et quæ devota dis manibus, interpretor. Neque absimiliter Maro Sacratum caput Sinonia scripsit. Douza.

*Ruebant*] Donatus Adelph. act. III. sc. 2. 'Rueret,' inquit, 'est toto corpore uti ad impellendum; quod faciunt, qui ipsi præcipites alios prosterunt.'

*Capite affigebant*] Puto legendum, *caput*, ex Frontone, qui fragmentum adducit, nam ita Sallustius locutus est l. III. cum dixit: 'Aut afflicti alveos undarum vi:' et Tacitus Sallustii emulator l. XIV. 'Fuste caput affixit:' et alibi; 'Lapide caput affixit.' Ursin.

*Sed Metellus in ulteriore provincia*] Forte est idem quod loco præced. 'At Metellus in ulteriorem Hispaniam:' ubi tamen legendum videtur, *ulteriorem provinciam*. Ciacc.

*Immane quantum animi exarsere*] Hæc respexit Tacitus l. XIX. cum dixit: 'Flavianus exercitus immane quantum animo,' &c. et l. XX. 'Immane quantum suis pavoris et hostibus alicritatis indidit.' Ipse Sallustius se-

pra: 'Immane dictu est quanti,' &c. et Horatius eodem modo: 'Immane quantum discrepat.' *Ursinus*.

At illi quibus] Fragmentum hoc ex incertis ad librum hunc redaximus, ex auctoritate Ms. codicis Fulvii Ursini, in quo diserte legitur, Sallustius l. II. Historiarum: nam quod in vulgatis bello Jugurthæ tribuitur, ineptum est et vitiosum, quodque non nisi ab imperitis descriptoribus manavit, qui secundum historiarum librum bellum Jugurthinum interpretabantur, primum, bellum Catilinarium, Sallustium nihil ultra scripsisse rati: eodem modo peccatum est in fragmento a

Prisciano bello Jugurthino tributo, quod tamen in toto illo opere non comparet: nos inter incerta retulimus. Sic quod hoc eodem libro delevimus: 'Circumspectare omnia, et omni strepitu pavescere:' in bello Jugurthino, totidem verbis perscriptum extat. Citaverat illud Arusiannus ex secunda Sallustii historia, innuens bellum Jugurthinum. Prima tamen historia a Charisio pro primo historiarum libro adducitur, in *Aliter*. Hæc paulo aliter in codice Serviano Petri Danielis leguntur: 'At illi quibus aderant, ruere cuncti ad portas, incondita tenere.' Sullustiane magis. *Putsch*.

### LIBER III.

*Bacchanaliorum*] A Baccho Bacchannalia dicta, quæ fiebant apud Romanos decimo quinto Calend. Aprilis, quod Ovidius etiam testatur l. III. Fast. 'Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho.' Originem horum sacrorum in Italia Servius ad Julium Cæsarem refert, in suis commentariis ad *Eclogæ* v. Virgil. hos versus: 'Daphnis et Armenias curru subjungere tigres instituit, Daphnis thyrsos inducere Baccho, Et foliis lentas intexere mollibus hastas.' Sed fallitur: nam et ante Cæsarem Bacchi sacra fuerant, ut indicat Livius l. XXXIX. 'Græcus quidam homo ignobilis, sed ejusmodi sacrorum antistes, primo in Hetruriam attulit, ibique ritus eorum docuit. Ex Hetruria ea mali labes mox Romam penetravit.' Eorum ritum turpissimum primo sic describit Livius eodem loco: 'Initia,' inquit, 'erant, quæ primo paucis tradita sunt, dein vulgari cæpta per viros et mulieres: additæ voluptates religioni vini

et epularum, quo plurimum animi illicerentur. Quum vinum animos, et nox, et misti fœminis mares ætatis teneræ majoribus discrimen omne pudoris extinxissent, corruptelæ primum omnis generis cæptæ, quum ad id quisque, quo natura pronioris libidinis esset, paratam voluptatem haberet: nec unum genus noxæ; stupra promiscua ingenuorum, fœminarumque erant, falsi testes, falsa signa, testimoniaque ex eadem officina exibant, venena identidem intestinæque cædes, ita ut ne corpora quidem interdum ad sepulturam extarent, multa dolo, pleraque per vim audebant.' Sed his mox longe atrociora subjicit ex Hispanæ libertinæ iudicio, quæ ancilla dominæ comes his sacris aliquando interfuerat. Ea coram Sp. Posthumio Albino consule confessa est, primo sacrarium id fœminarum fuisse, nec quenquam virum eo admitti solitum: tres in anno statutos dies habuisse, quibus interdi

Bacchis initiarentur: sacerdotes invicem matronas creari solitas fuisse. Pacallam vero Mimam Esoponam sacerdotem, omnia tanquam Deorum monitu immutasse, nam et viros cum primam suos filios initiasse, et nocturnum sacrum ex diurno, et pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fuisse sacros. Ex quo inde promiscua sacra sint, et permixti viri feminis et noctis licentia accesserit, nihil ibi facinoris, nihil ibi flagitii prætermisum: plura virorum inter se quam feminarum esse stupra; si qui minus patientes dedecoris sint, et pigriores ad facinus, pro victimis immolari: nihil nefas ducere: nec id multis cognitum, quum nulla vox vociferantium aut queritantium præ ululatu, tympanorum cymbalorumque strepitu exaudiri possit, et mortui ex conspectu illico in specus abdantur. Hanc summam inter eas religionem esse: viros velut mente capta, cum jactatione fanatica corporis vaticinari, matronas Baccharum habitu crinibus passis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, demissasque in aquam faces, quia vivum sulphur cum calce inait, integra flammam efferre. Raptos a Diis homines dici, quos machinæ alligatos ex conspectu in abditos specus abripiant: eos esse, qui aut conjurare, aut sociari facinoribus, aut stuprum pati noluerint. Multitudinem ingentem, alterum jam prope populum esse, in his mobiles quosdam viros feminasque. Biennio proximo institutum fuisse, ne quis major xx. annis initiaretur, captari metates, et erroris et stupri patientes. Hæc omnia Livius, refert etiam Valer. Max. l. vi. Quæ pleraque privatim in sacrario circa initiationes eorum, qui his sacris interesse cupiebant, facta arbitror: publice autem non minus horrenda ab iis perpetrata sunt. 'Nam,' ut Varro ait, 'tanta turpitudinis licentia Liberi patris sacra in omnibus compitis per-

agebantur, ut in ejus hæcorem virilia colerentur pudenda, palam exultante nequitia.' Nam Liberi membrum per hanc diem festum magna celebritate plectellis per agros prius, mox et in urbem vectabatur, quo toto tempore unusquisque spurcissimis abutebatur verbis, donec per forum transverberetur membrum illud, cui, inspectantibus omnibus, matremfamilias honestissimam necesse erat imponere coronam. Sic Deus ille propitiabatur. Atque hæc sacra Romæ et per totam Italiam vetita, Sp. Posthumio Albino, et Q. Martio Philippo Coss. Progressu vero temporis, turpes et ociosas superstitiones, ut Tertullianus loquitur, restituerunt Romani, abrogatis tamen illis, quæ nimiam et profligatam habere turpitudinem. Vide Ovidium l. iii. Fastor. Hoc ipso præterea die, quo Bacchi solennia fiebant, et antecedente etiam cum processione pergebant ad templum Castoris et Pollucis, quod consecratum fuit apud aquam Juturnam, in locis, quæ appellata fuerunt Argæ, sicut Ovid. loco supra citato docet. *Hospitium.*

*In agro Lucano*] Ager Lucanum Apuliæ conterminus fuit juxta Bradanum amnem. Lucanos hospitales et justos vocavit Heraclides de Rebus publicis. A Samnitibus originem traxisse auctores sunt Plin. l. iii. c. 5. et Strabo l. v. eosque Cænotriis ejectis eorum sedem invasisse tradit, atque eos cum Brutiis et generis sui auctoribus Samnitibus ita bellorum cladibus attritos docet, ut eorum oppida distinguere difficile sit. Terminos tamen Lucanis statuit ad Tuscanum mare, simul cum aliis auctoribus, a Picentinis Silarum, a Brutiis Lacum amnem. Ad ipsam quoque Silari ostium celebre Junonis Argivæ templum olim ab Jasono conditum fuisse idem memorat: quamquam templum hoc Plin. l. iii. c. 5. ad dextram ponit ripam, in Picentiorum agro. *Cluor.*

*Publipor*] Priscianus l. vi. 'Antiqui

Publipor et Marcipor, pro Publii puer et Marci puer dicebant: quæ O non prædicant in obliquis casibus.' Probus Catholicis: 'Legi unum novo modo figuratum apud Sallustium, Publipor Publiporis; est enim quasi proprium: sic erat et *Quinctipor*, Varroni ad Fufidium; apud Nonium *gargaridare*, et *adolare*: de quo vide nostrum Antiqu. lect. Comment. III. c. 7. *Caipor*, Festo, *Marsipor*, eidem Festo, Plinio l. xxxiii. c. 1. et Quintiliano l. i. c. 4. *Carris*.

*Omnia vis controversiarum*] Excipitur, inquit Priscianus l. vi. *hæc vis, hujus vis*, cujus plurale similiter *vis*, tam Lacretius quam Sallustius protulerunt. Lacretius l. ii. 'Sed quam multarum rerum vis possidet in se, Atque potestatem.' *Idem*.

*Equis et armis decoribus*] Vide quæ diximus c. 7. Belli Catilinarii. *Ciacco*. *Contra ille*] Quis credat tam apertis verbis mendam inhærere? sed docet Futyches, qui in Ms. habet, *quærit æctis num omnino thesaurus portendetur*. Putsch.

*Parte commissa*] Quid, si quarta vox secundo loco transponatur, rescribaturque potius hoc modo? *Parte cadaverum commissa, reliqua ad, &c.* quamquam et volgatam lectionem ferri posse hæud negaverim. Ceterum monendus lector, ille me exemplaribus essentiri potius, qui Fragmentum istud in quartum librum rejiciunt. Utnt est, huic certe loco convenire non potest. Namque Epistola Pompeji, quæ statim porro huic Fragmento subjungitur, tribus ante, quam hæc accidere, annis, scripta fuerit necesse est. Ego enim Historicum nostrum de Calaguritanis obsessis loqui autamo; quorum invictæ in rebus perditis animi firmitudini hujusmodi testimonium a Valerio Maximo tributum legimus: Calaguritani, quo perseverantius interemti Sertorii cineribus, obsidionem Cn. Pompeji frustrantes, fidem præstarent, quia nullum jam aliud in urbe

eorum superaret animal, uxores suas, natosque ad usum nefariæ dapis verterunt, et cadaverum reliquias salient.

*Si adcurvus vos*] Hæc epistola Cn. Pompeji ad senatum pro stipendio et commentu habendo scripta, fiducia plena est: ut agnoscamus ab eo scriptam, qui magnifico et incorrupto animo rem gerebat. *Bad*.

*Totiens labores et pericula, &c. quotiens, &c.*] Vett. codd. *tot et quot* habent. *Ciacco*.

*Projectum ad bellum savissimum*] Sic Livius: 'projectas et proditas ad inconsultam et improvidam pugnam legiones.' *Ciacco*.

*Ad bellum savissimum*] Quale erat contra Sertorium in Hispania.

*Quantum est in vobis, fama miserruma omnium, et morte confectis*] Legendum, *fame, miserruma omnium morte: confectis*: ut omissa copula, per appositionem, quam sic grammatici vocant, conjungas: *ἄμφ' ὃ κλειρότερον θανάτῳ*, ut ille canit. *Fanem* alicubi Livius 'ultimum supplicium humanarum rerum' vocat. *Rivius*.

*Hac in spe*] Latinus Latinus, *Hacine spe*: sive ut est in æreis legibus frequens: *hacine*. *Ciacco*.

*Utrum committis me vicem ararii præstare*] Diomedes l. i. c. 4. ex III. hist. recitat, 'Utrum vicem me præstare creditis.' *Manut*.

*Me vicem ararii præstare*] Id est, Hic esse pro arario, id est, ut mea pecunia possim exercitum sustinere.

*Alpes*] Montes longissimi tractus, qui Italiam a Germania et Gallia tanquam muro nativo separant. Albia, et Alpionia olim dictos fuisse, scribit Strabo; Stephano etiam *Ἄλπεα*, et *Ἄλπεα*, dicuntur. *Ἄλπεα* sunt Phavorioo. Hodie multis locis, in Germania, adhuc *Alben* vocantur: ut circa Saltburgum *Bisfacher Alben*, *Swanberger Alben*, &c. Isidorus, item Jun. Philargyrus ad Virgilio Georgica scribit altos montes Gal-

lorum Alpes vocari. Locutos ergo Gallos olim Germanica lingua, conjicere ex eo quis poterit, et ni fallor, vere: quod multis argumentis nuper docuit doctissime doctissimus noster Goropius, et nos pluribus quoque possemus; si quam verum, tam gratum illi genti putaverimus. Immo omnes Celtas hac una eademque (quid miram?) lingua usos; differente etsi, (quod commune omnibus linguis) dialecto. Celtæ autem ubi, et quam late olim habitaverint (ne eadem bis repetamus) legere licet ad nostram Europæ veteris tabulam. Salpii, *Σάλπιοι*, videntur a Lycophrone appellari, ut sentit ejus commentator Isaacius. *Ἄλπιοι* quoque singulari numero (ut et hoc addam) usus est Lucanus et Dionysius Alexandrinus; item Juvenalis, et Ovid. III. amandi: 'Nec quot in Alpe feræ.' Abax vocat Serapio, cap. de resina. Celticos montes eos vocat Procopius I. Gothic. De Alpibus vide Alciatum, in Commentariis in libellum Taciti de Germania: sed in primis Josiam Simlerum, in libello quem de Alpibus inscripsit. Alpes Julias Tacito, in Foro Julio, regione Italicæ. Zeliz Leandro, Julien Schudo hodie. Julias Alpes a Mela Tanrum appellari putat Gaud. Merula. Eas quoque Carnicas, et Noricas, nominari scribit Simlerus, sed lege ipsius de Alpibus commentarium. Sed et Pyrenæus nomine Alpium sæpe venit, ut ex hoc loco apparet. *Ortel.* Vide P. Cluv. in descript. Ital.

*Pyrenæus*] *Πυρήνας*, Ptolemæo et ceteris, mons qui Hispaniam a Gallis dividit. Stephanus *Πυρήνη* legit, Silius Italicus l. III. Pyrene. Ab Emilio Probo nuncupatur *Salvus Pyrenæus*. Alpes vocantur a Gellio ex Varrone. nominat enim horum accolæ, Hispanos Alpinos. Bebrycios videtur eos appellare Silius III. Etsi hodie varia, pro ratione locorum, sortiantur nomina: Hispani tamen vulgo

Los Pireneos vocant. Pyrenæi hi montes, quod monendum duxi, non tamen inter Galliam et Hispaniam sunt, sed et hinc ad Occidentalem usque Oceanum, testibus Pomponio 3. Dione 53. et Orosio VI. c. 31. Adde, ad Celticam promontoriam usque, ubi hactenus Pyrenæos ab accolis vocari, testis mihi fide dignus et oculatus D. Georgius Austriacus Præpositus Harlebecensis, vir harum et similibus rerum in peregrinando observator diligentissimus. Pyrenæus quoque mons Germaniæ, et pars Alpium: hujus meminit Appianus, et Plinius Cæcilius in Panegyrico, item Seneca de Consolatione ad Albinam, c. 6. ubi non fero quorundam censuram, qui hic *Poenium* substituant. Pyrrhenes est in Prisciani *Dionysio*: apud ipsam *Dionysiam* vero *πυρήνας*. Bassi quoque Epigramma huc adferendum, quod ita vertit Guil. Stuckius: 'Saxa Pyrenæi et depressæ vallibus Alpes, quæ Rheni fontes haud procul adspicitis.' Brennum vocat Philargyrus: unde Mellam fluvium oriri addit. Brenner vel Brenner ab urendo nempe, hactenus a Germanis nominatur, quem in Comitatu Tirolensi aliquando superavimus, frigoreque urere in media æstate experti fuimus. *Ortel.*

*Lacetaniam, Ilargetum*] In aliis est, *Laletaniam*, uti etiam in omnibus iis, quos modo jam nominavi, libris, *Indigetes* non *Ilargetum*: sunt autem Laletani et Indigetes Plinio l. III. c. 3. noti. *Carriv.*

*Novis quidem militibus*] Vox quidem, abest ab scriptis libris. *Ciac.*

*Ex ambitione mea est*] Quod postremum quid sit, explicat nobis Gracchanum illud apud Agellium l. XV. c. 12. ex Oratione ejus ad pop. in concione habita post reditum suum ex Sardinia: 'Versatus sum in provincia, quomodo ex una vestro existimabam esse, non quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar.' *Doux.*

**Sacrotem]** Sacro Plinio et Ptolemaeo Hispaniæ Tarraconensis fluvius. Xucar Beutero, et C. Clusio dicitur. Est etiam Sacro Livio, Straboni urbs eodem tractu, quæ hodie Callera a Christophoro Stella nominatur. Sacronensis sinus est ibidem apud Pomponium. *Ortel.*

**Durium]** Vide supra p. 701.

**Valentia]** Vide supra p. 702.

**Quod ego vos moneo]** Eadem verba repetita habes, postea in Oratione Marci Trib. pl. 'Quod ego vos moneo quæsoque, ut animadvortatis, neu nomina rerum ad ignaviam mutantem,' &c. Item supra in Philippi: 'Quod ego vos oro, atque obsecro P. C. ut animadvortatis, neu patiamini,' &c. Quæ eo magis visum est adscribere, ut ex hujusce et consimilium exemplorum collatione perspicere possit juvenis, quam sui similis Sallustius in historia ubique. *Donza.*

**Necessitatibus]** Carisius l. 1. 'Necessitas,' inquit, 'imperii est; necessitudo, sanguinis conjunctio.' Sallustius tamen, *necessitudinem* sæpe pro *necessitate*, ponit: nec unquam pro necessitudine, necessitatem, aut ipse aut quispiam veterum: ita Carisium emenda. *Carrio.*

**Præter maritimas civitates, quæ ultro nobis sumtui onerique]** Dictio, *quæ*, abest a duobus libris. *Ciacc.*

**Aluit, et nunc, malis fructibus, ipso vix agitat]** Ant vacat particula, *et*, ant legendum, *at*. *Agitat*, vero absolute positum videtur, pro, *vixit*. Tacit. Annal. III. 'Non modo apud illos homines qui tunc agebant:' et Terent. 'Quam vos facillime agitis.' Et in ejus vita Portius, 'his per idem tempus qui agitabant facillime:' ad hæc pertinet quod infra *agitandi inops*. *Ciacc.*

**Malis fructibus]** Id est, Infœcundis et imminutis: quia eo anno non erat magnus proventus frumenti in Gallia: et ita caritas annonæ. *Bad.*

**Tham externorum agror]** Lipsius l. IV.

epist. 14. emendavit ingeniose: *Hi saltibus occupatis Termetinorum agros invasere*. Termetini populi sunt citerioris Hispaniæ, teste Tac. l. IV. Oppidum Termes nuncupatur Plinio l. V. Florus Terme vocat. *Coler.*

**Immensum cuncto mari]** Tacit. Annal. IV. 'In urbem trepidam ob multitudinem familiarum, quæ gliscebant immensum, minora indies plebe ingenua.' *Ciacc.*

**Et vento gliscenti]** Nonius, 'gliscit,' inquit, 'est congelascit, colligitur, ignescit, crescit: in veteri est, *gliscenti*, pro vulgato, *gliscente*: recte; ad ipsum enim mare, non ad ventum referendum. *Carrio.*

**Omnium ordinum extrema munia sequi]** Legam: *Omnium ordinum munia exsequi*. Catilin. c. 60. 'Strenui militis, et boni imperatoris officia simul exsequeretur.' *Ciacc.*

**Phaselo]** *Phaselus* est navigium Campanum, ut a Nonio scribitur, qui super hoc Varronem, Sallustium et Sisennam citat. Meminit et Cicero ad Atticum. Sunt qui a Phaselide loco deduci opinantur. *Pictos Phaselos* appellat Poëta eo versu: 'Et circum pictis vehitur sua rura Phaselis.' Legitur elegans Catulli Epigramma, quo Gemellis Castoribus *Phaselum* dedicat. Alii *Phaselum* navem oblongam esse scribunt, quali stagnante Nilo Ægyptii utuntur, ut Virgilius. Atque inde Horatius 'fragilem solvere Phaselum' dixit. Isidorus vero in Etymologico inquit; 'Phaselus est navigium, quod corrupte basellum dicimus, nostro vero nunc tempore vasellum appellamus.' Gyrard. Hodieque Hispani vetus vocabulum retinent, et dicunt *Vascello*. Straboni et Appiano navigii genus est, mistam habens formam ex oneraria et longa trirēmi, quod tam velis quam remis agi poterat. Unde Catullus: 'Phaselus ille, quem videtis hospites, ait fuisse naviam celerrimus, Neque ullius natantis impetum trabis Nequisse præterire, sive

palmaris Opus foret volare, sive lin-  
teo.'

*Marique placido*] Tacit. Annal. xiv.  
'Noctem sideribus illustrem et pla-  
cido mari quietam.' *Ciacc.*

*Myoparonibus*] *Myoparo* pyratum  
navis est, quod Nonius M. Tullii, Sal-  
lustii et Sisennæ auctoritatibus com-  
probat. A Tyrrhenis *Myoparo* in-  
ventus creditur. Sextus Pompejus  
inquit, *Myoparonem* esse genus navi-  
gilii ex duobus dissimilibus formatum.  
Sunt quidem *Parones*, quos et Pi-  
rones vocat Ethicus Hister. His na-  
vibus, eodem auctore Histro, utuntur  
Albani, Mæotæ, Mæzetæ, Gangines.  
Hæc et alio nomine *Tulchim* vocantur.  
Porro *Parones* dictos Suidas innuit  
ab insula *Paro*, cui et *Aristophanis*  
interpretes assentiuntur. *Gyrald.*  
Quid si Gallica vel potius Germanica  
vox sit; nam et *Parones* sive *Varones*  
a navigando dictos vetus Lexicon  
Belgicum attestatur. *Væres* enim  
navigare. *Thys.* *Myoparo* ex *Myo*  
et *Parone* componitur. A forma autem  
*μυρῶν*, hoc est, angusta et oblonga:  
ut *Myobarbum*, angustus et oblongus  
Liberi patris cantharus. *Scalig.*

*Scapha*] *Scaphæ*, teste Nonio, na-  
viculæ sunt, quæ majores naves con-  
sequuntur. Unde Jabolenus JC.: 'si  
navem,' inquit, 'cum instrumento  
emisti, præstari tibi debet *scapha*  
navis.' Cæsar in commentariis:  
'Quod cum animadvertisset Cæsar,  
*scaphas* longarum navium, item spe-  
culatoria navigia militibus compleri  
jussit.' Sane crebra est apud auctores  
*scapharum* mentio: nunc vulgo pro  
*scapha* nostri nautæ *scyphum* appel-  
lant, sic quidem et ab eruditissimis  
putatur. Sed certe et *scyphus* nomen est  
navigii. Id quod Aurel. Macrobius  
vir multæ eruditionis apertissime os-  
tendit Sat. v. Sunt et qui *scaphas*  
Liburnis associari dicant, explorato-  
riæque vocari, ut est apud Vegetium.  
Sunt et qui ab Illyricis inventas tra-  
dant. Sane venter navis *scapha* an-

tiquis dicebatur, teste Suida. *Gy-  
rald.*

*Quam maximos utres, &c.*] Historia  
eo haud dubie pertinset, quod *Lucul-  
lus*, tametsi *Cyzicum* terra *marique*  
tam arcte obsideretur, ut angustissi-  
mus etiam pelagi meatus, qui oppi-  
dum a continenti dirimebat, regis  
navibus teneretur, parvo tamen na-  
vigio ex *Dascylitide* stagno in mare  
translato, *Cyzicenis* de nocte auxilia  
submiserat: quorum decem, *Florus*  
auctor est, utri incubantem per me-  
dias hostium stationes ad *Cyzicum*  
usque nando se penetrasse: atque  
hoc hujus *Sallustiani* loci argumen-  
tum fuisse videtur. *Douza.*

*Omni corpore quietus, &c. ea inter  
molem atque insulam mari vitabundus*]  
*Mallet:* *Omni corpore* (*supinus*, aut  
*pronus*, aut *extentus*) *&c. atque inter  
molem et insulam vitabundus.* *Ciacc.*

*Afflicti alveo*] *Puto* *Præpositio-  
nem* desiderari, atque emendandum:  
*Afflicti ad alveos undarum vi:* quomodo  
et *Plautus:* 'Affligam te ad terram  
colaphis.' Accipioque *alveum* pro  
carina; hoc est, extrema navis alvo,  
ne quis aquæ fundum, seu vadum in-  
terpretetur insciens.

*Multato fæde corpore*] Tac. i. 'Mag-  
na pars nudo aut mulcato corpore.'  
*Ciacconius.*

*Forum*] *Forum* generis masculini  
observat Nonius: ego vero de navi-  
um foris loqui eum non dubito: at-  
que ita vana erit hæc Nonii, ut ple-  
ræque aliæ, observatio. In quibus-  
dam lib. i. in aliis hæc assignantur  
tertio. *Carrio.*

*Si Quirites*] Oratio *Macri* *Tribuni*  
pl. ad populum de *Tribunicia* potes-  
tate, quam *Cassio* *Varo* et *M. Lucullo*  
*Coss.* habitam indicant illa verba:  
'*Lucullus* superiore anno.' Vulgo  
inscribitur *M. Lepido*, turpi mendo:  
nam *Lepidi* cognomen habuit *Aimi-  
lia* gens patricia, cui non patebat adi-  
tus ad *Tribunatum*: at *Macri* cogno-  
minati *Licinii* plebeji, ut ex historiis

notissimum est. *Anon. Pojma.*

*Existimaretis*] Donatus Phorm. act. i. sc. 1. 'existimans,' inquit, 'dixit Terentius pro *astimans*.' et Sallustius: 'si Quirites parum existimaretis': sic enim ibi legendum est, non, *pacem*. Carrio.

*Premiis*] Inepte pleræque editiones, *præviis*; quod jam olim arbitrio jure constituimus; pro quo nunc omnes libri dicunt. *Carrio*.

*Mores pecorum*] Sic de republ. ordinanda, 'Vulgi more magis quam iudicio.' *Supra*, 'vice pecorum.' *Ciac.*

*Nisi quis vosmet ipsi*] Ciacconius e libris *vobismet ipsis*. Scribe: *vobismet ipsi*. Sic enim ut plurimum malebant. *Gronovius*.

*Si vestra receperitis, ad vos redibunt*] Illud *redibunt* non est vv. cc. nam ad verbum *Concessere*, quod præcedit, refertur oratio. *Ursin*.

*Rarus enim*] Emenda ex tribus libris, *raris enim*. *Gron*.

*Rarus*] Legendum *raris* pro paucis, hoc est, quoto cuique animus est? &c. *Rivius*.

*L. Sicinius*] Varie hoc nomen est corruptum: alii, *L. Cincium*: alii, *Cincium*: alii, *Sincium* appellarunt. *Sici-nium* præter vet. cod. Dionysius, et *Pædiannus* nominant: neque vero *Sici-nii* in Rep. R. ignobiles fuere. Vidi enim præter cetera numisma, in cuius fronte hæc erant notæ: Q. SICINIUS IIII. VIR. in tergo hæc, C. COPONIVS. P. R. S. D. quanquam *Cinciam* legem de donis et muneribus, neve quis ob causam orandam, pecuniam accipiat, J. C. noverant: sed nihil ad rem. *Carrio*.

*L. Sicinius*] Sunt hæc ex eadem oratione, ad quæ faciunt illa *Asconii* in *Divinationem*: 'Primus,' inquit, 'Sici-nius Tribunus plebis, nec multo post L. Quinctius, et postremo Pa-licanus perfecerunt, ut Tribuniciam potestatem populo darent Consules Gn. Pompejus Magnus, et M. Licinius Crassus.' *Ursin*.

*Quam vos infuria pertusum est*] Hæc

ex III. Hist. recitat *Fronto* in verbo; *Tædet*. *Manut*.

*Catulus*] Qui collega Lepidi in consulatu ipsum Italia expulit: quod acta *Sullæ* rescindere tentaret; *Bed*.

*Dein C. Curio ad exitium usque in-sentis tribuni dominatus est*] *Venetum, ad exitum usque*; sed prior lectio mihi aridet magis. *Rivius*.

*Animis ierit in L. Quinctium*] *L. Quinctium*, probo; atque eumpse illum intelligo, quem (ut refert *Platarchus*) acta *Sullæ* in concionibus assidue exagitantem, et turbare molientem civitatis otium, hinc privatim mulcendo, hinc publice movendo ab incepto deduxit *Lacullus*: quod hic tangit *Marcus. Douza*.

*Incasum agerentur*] Vett. libri, *incasum* agebantur: recte. *Ciacconius*.

*In tempus arere*] *Tacit. Annal. i.* 'sensit miles in tempus conficta:' et lib. xv. 'quod unum malorum suffugium in tempus erat.' Item lib. xiv. 'et scena in tempus structa.' *Idem*.

*Quid censes igitur? aliquis vestrum subjecerat*] Tres postremas dictiones, quasi a glossa, et *Sallustiana* brevitate indignas, loco movere auri sunt quidam: in quo largiter sane mihi peccasse videntur: argumento est exemplum illud, quo in consimili foro argumento in *Jugurtha Memmius*, et ipse *Trib. pleb. ad populum supra* est usus: 'Dicit aliquis, Quid igitur censes? vindicandum in eos, qui hosti prodidere *Remp.*' Ita enim locum eum interpungendum transposita interrogatione hujus ipsius exempli auctoritate confirmo. *Douza*.

*Omittendum morem hunc quem agitis*] *Fronto* adducens hunc locum legit, *amittendum*, si codex non fallit. *Ciac.*

*Ultra conelionis locum memores libertatis*] Postrema hujus sententiæ clausula septuosa sane, et perplexabilis, quam partim *Plantinis*, partim *Sallustianis* verbis sic explicare posse videor aliquatenus: 'Inertes opera, linguæ factiosi, cujus acumine gladio



rum etiam aciem præstinguitis domi, verbis tenuis modo arma tractantes, neque ultra concionis locum, hoc est, neque longius, quam dum hanc Fori partem frequentes insistitis, dumque hæc Rostra, unde me concionantem audire potestis, in re præsentis intuemini, dictis nostris aures vestras calefacientibus, fortes ac memores libertatis paternæ: ceterum animos et verba ista magnidica statim dimissuri, simul atque hinc domum quisque suam diversi ac socordes abieritis.' *Douza.*

*Quo Trib. pleb. ꝑc.]* Mss. duo: *quum tribunos plebis.* Ex quo effectum esse puto, *quo modo trib. pleb. ant, quo trib. pleb. modo.* Liber perantiquus Fulvii Ursini habet, *quos.* Legendum existimo: *Quis tribunos plebei patricium magistratum, libera ab auctoribus patribus suffragia majores vestri paraverunt.* Quasi dicat: Deinde, etiamsi vos non horter, ut illa virilia facinora majorum vestrorum imitemini, quibus per secessionem armati, et tribunos plebis ad conservationem juris et libertatis suæ, et patricium magistratum, hoc est, consulatum et censuram ad æqualitatem honoris sibi paraverunt: et postquam Patres omnia quæ populus in comitiis ageret, approbasent, et eorum auctores fierent: tamen ipsi posthæc libera haberent suffragia, et cuicumque vellent magistratum mandare possent: etsi ad hæc virilia, inquit, vos non hortor: tamen quamvis potestas in vobis sit, Jovem potius consultorem expectatis, quam vobismet ipsis ipsi consultis. Hic est verus sensus hujus loci: nunc per partes eum exponam: Tribunos plebis populum armatum per secessionem sibi parasse auctor est Livius lib. II. 'Agi deinde,' inquit, 'de concordia cæptum, concessumque in conditiones, ut plebei sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilium latio esset adversus consules, neve cui Patrum eum magistratum capere sibi liceret: ita tribuni plebei

creati duo,' &c. Et iterum lib. III. Idem ait Prædianus in Corn. de patricio magistratu. Idem Livius lib. VIII. 'Dictatura popularis, et orationibus in patres criminosus fuit: et quod tres leges fecundissimas plebi, adversas nobilitati tulit: unam, ut plebiscita omnes Quirites tenerent: alteram, ut legum; quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent: tertiam, ut alter utique ex plebe, cum eo ventum sit, ut utrumque plebeium fieri liceret, censor crearetur.' De liberis suffragiis post auctores patres, et hoc loco, et alio lib. I. 'Decreverunt, ut cum populus legem jussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent: hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem jus vi ademptum: priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum eventum Patres auctores fiant:' et Cicero pro Plancio id inquit: 'Nam si ita esset, quod Patres apud majores nostros tenere non potuerunt, ut reprehensores essent comitiorum.' Aut si placet retinere vocem modo; scribe, *quis trib. pl. modo patricium magistratum, et libera ab auctoribus patribus suffr.* Sic enim sæpe loquitur Sallustius. *Ciacconius.*

*Quo tribunos plebei modo patricium magistratum.]* Mendosus locus: quod si legas, *Quum tribunos plebei mandando patricium magistratum; mandam tolletur, mutatione parva, et sententia patefiet. Man.*

*Quo trib. pl. ꝑc.]* Scribendam: *Ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunos plebei modo, patricium magistratum, libera ab auctoribus patriciis suffragia majores vestri paraverit.* Vid. I. L. Observ. c. 25. Gron.

*Quamvis, Quirites, in vobis sit.]* Scripti libri *quamvis omnis.* Latinus Latinus Viterbiensis, *Quum vis omnis: rectissime.* Sed totum locum sic legendum censeo: *Deinde ne vos ad virilia illa vocem, quis tribunos plebis m. p. m. l. a. a. p. s. majores vestri pep-*

*rent, quam vis ematis, Quiritæ, in nobis sit, ut quæ jussa nunc pro aliis toleratis, p. v. a. a. n. a. certe positæ, Jovem aut a. q. d. c. expectatis?* Ciacconius.

*Neque ego vos ultum injurias hortor]* Et hæc recitat Fronto, ex III. hist. libro, in verbo, *Hortor*: omissio verbo, *Ego*. *Man.*

*Sertorium]* Qui proscriptus ingens bellum in-ultiore Hispania excitavit, et cum Cn. Pompejo dubia victoria pugnavit: Metellum autem et Perpennam cum duobus exercitibus prælio fudit: cænis victoriæ partem capiens auferre Pompejus, parum prospere pugnavit. Obsessus deinde Calagurii assiduis irruptionibus, non leviora damna obsidentibus tulit. Mox Mithridates cum eo fœdere icto, bellum populo Romano intulit: sed tandem ab Antonio et M. Perpenna et aliis conjuratis in convivio interfectus est.

*Absit periculum et labor]* Credo scripsisse Sallust. *ab iis absit periculum et labor, quibus nulla pars fructus est.* Ciacconius.

*Repentina ista frumentaria lege]* Apparet latam fuisse legem factione Patrum, ut quini modii tritici singulis mensibus viritim dividerentur. *Idem.*

*Munia vestra pensantur, &c.]* Totus hic locus valde perturbatus, neque tamen ex antiquo libro, qui valde a vulgatis omnibus dissentit, elicere quidquam potni, quod sententiam illustraret: fortasse in hoc felicior erit aliorum industria. Ego, ut in antiquo I. scriptum vidi, ita testatum relinquam: est autem in eo sic: 'In unia vestra pensantur: qua tamen quin is modis libertatem omnium æstimavere, qui profecto non amplius possunt alimentis carceris: neque utilis exiguitate mors prohibetur; senescunt vires, sic ut neque absolvi cura familiari tam parva res: et ignavi quisque tenuissimas perfrustratur: quæ tamen quamvis ampla, quoniam serviti prætium ostentaretur,' &c.

*Man.*

*Non amplius, &c.]* Positum videtur pro eo quod est, non amplius quam alimenta. Sic enim Tacitus, 'amplius unciario fœnore' dixit, et Sallustius ipse supra, 'amplius una die aut nocte.' *Possunt*, vero, pro *promittunt*, tum Plantus pluribus locis, tum Terentius usurpavit in *Heautontimor*. 'Alimenta autem carcerum, et servorum quini modii' (ita enim habet vetus etiam codex meus) 'erant, dabanturque singulis mensibus, et dicebatur dimensum.' Seneca *Epist. cxxi*. 'Servus est, qui quinq; modios accipit:' et *epist. xviii*. 'Liberaliora sunt alimenta carceris. sepositos ad capitale supplicium non tam anguste, qui occisurus est, pascit,' &c. Sallustius in oratione Lepidi: 'Populus Romanus paulo antea gentium moderator, &c. neque servilia quidem alimenta reliqua habet,' &c.: quibus verbis quinos hos modios intellexit. *Ursin.*

*Namque uti illis, &c.]* Ut dicat: quemadmodum quæ in carcere dantur alimenta, quod exigua sunt, prohibent quidem mortem, sed senium accelerant. Simili quadam sententia usus est Tacitus lib. xvi. cum dixit: 'Vidua implexa lactu continuo, nec ullis alimentis, nisi quæ mortem arcerent,' &c.: et Hieronymus in *Commentariis* ad c. iv. *Ezechielis*, Demosthenem edit auctorem sententiæ, cum ait: 'Decem panis uncie diurnæ, et aquæ tertie sextarii pars, anima magis trahitur, quam sustentatur.' Demosthenis autem verba ex *Olynth. III.* sunt hæc: *ἂ τοῖς ἀσθενέσι κατὰ τῶν λατρῶν στίβου δεδομένους ἔσται, καὶ γὰρ ὄντι λατῶν ἐκείνα δειλότης, ὄντι ἀσθενέσκειν ἐῖ.* *Idem.*

*Ignavissimi quisque]* Correximas ignavi cujusque tenuissimas spes frustratur: et postea, *Qua quamvis ampla, ut illud qua respiciat τὸ decipi*: deinde, *et vestra munerantibus pro injuria gratiam debere.* III. *Obs. 2, Gronovius.*

*Cavendus tamen dolus est*] Leg. tantum. Idem.

*Malle principem volentibus vobis esse, quam illis dominationis socium*] Supra Jug. c. 102. 'tutiusque rati volentibus quam coactis imperitare.' alia exempl. *malle p. v. vobis, quam illius dominationis esse socium.* Clacc.

*Neque enim ignorantia res claudit*] Donatus citat in Terent. Eun. act. 1. sc. 2. ex Sallustio: 'Item nihil concordia clauderat.' Idem.

*Abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur*] Existimo vocem, *libertatem*, glossema esse. Tacit. Hist. II. 'Ipse abunde ratus si presentibus fruere.' Idem.

*Munere ditium dominorum*] Quam ad rem potissimum clausulam istam attinere dicerem, sæpe mecum et cum animo meo agitavi jam antea; neque tamen unquam ad certam aliquam conjecturam quivi evadere: nunc vero ad eam sententiam accedit animus, ut *munera*, non autem *munere*, consentientibus manuscriptis, emendari placeret, quod quidem per appositionem additum, atque hoc pacto interpunctum: *Et huc, et illuc ire licet, munera ditium dominorum*; ad *Munera* theatra, et gladiatorum familias referendum arbitror, quibus Marcus iste pop. Rom. addici contendit; eos *Munera ditium dominorum* (quod genus *Munerarii*, hoc est, *Munerum* exhibitores cluebant) contumeliose satis pro rei indignitate appellans; eoque ignaviæ processum dicens, ut cives ingenui, et (quæ ratio maxima est) Romani, non servitio, sed imperio nati, præclare secum agi existant; si tergis abstinence, hoc est, si non scapulas suas ad quotidianam virgilem præbentem, alienæ superbæ ludibrio, ac flagitribus sint, neque (sic tanquam legitimi gladiatores in dominorum leges auctorati, Uri, vinciri, verberari) animis corporibusque addictis Lanistæ alicui Thraci in custodiam porro, atque in disciplinam

tradantur, Ludo gladiatorio incipi, unde pedem efferre, donec dominus jussit, fas impune non sit: aut in immundissimam saginam detrusi arum denique reserventur, ferro et ferris in tempore objectandi: sed libere et sine custodia habiti, huc illuc ipsa ire liceat, quo animo lubet, hoc solo discrimine ejusmodi nugæ hominum venalium vincentes. *Munera* ergo, *Munerales* quasi factos interpretor, pudendo probro, et quo iam animos ad servitutem (quam idem tota hac Oratione Quiritibus objectat) paratos addictosque, nihil aliud dici possit asperius, aut amarulentius. *Donus*.

*Munere*] Id est, Beneficio ditium dominorum, qui pecuniam largiendo, eos a laboribus pro tempore liberabant. *Thys*.

*Cyzicum*] *Cyzicum* insula in Propontide, quæ duobus pontibus continenti adhæret, estque in ea urbs clarissima, de qua Florus: 'Cyzicum nobilis civitas, arce, mœnibus, portu, turribusque marmoreis, Asiaticæ plagæ litora illustrat. Hanc ille quasi alteram Romam toto invaserat bello,' &c. Luge Strabonem l. XII. Valerius Flaccus l. II. Argon. 'Nec procal ad tenuis surgit confinia Ponti Urbs placitis demissa jugis, rex divitis agri, Cyzicus.' Ovid. l. I. Trist. 'Hincque, Propontiacis hærentem Cyzicon oris, Cyzicon Æmonia nobile gentis opus.'

*Ad Cyzicum*] An loquitur de Laccullo, qui egregia victoria Cyzicum liberarat? *Coler*.

*Ut sustinere corpora plerique nequeunt, fessi, &c.*] *Fessi*, a Sallustianis censoribus additum; idque (uti ipsis persuasum est) ex Servio observantes: 'Sustinere corpora plerique nequeunt,' pro *fessi*, positum hoc loco: quippe Sallustiani contextus quasi interpretamentum: quod si recte iidem illi (uti par erat) attendissent, nunquam profecto glossemate Serviano Sallustianam historiam miscendo commaculassent, cum vox *fessi* in

Frontone idem hoc exemplum producente nusquam gentium compareat. Idem error in *stantes*, qui ex eodem Frontone corrigendus hoc modo; 'Arma sua quisque instans incumberet.' Douza.

[*Ut sustinere, &c.*] Arnsianus: 'Incumbit illam rem.' Servius l. vii. 'Stant longis aduixi hastis, et scuta tenentes.' 'Romani moris est et bellicæ necessitatis, ut Sallustius commemorat, fessi arma sua quisque incumberent.' Sic enim ibi legendum, et apud Arnsianum, vox *fessi* inserenda: totus denique locus ex hoc constituendus. Carrb.

[*Quia a Sertorio*] Multifariam hæc apud Servium leguntur: sed ex omnibus hanc habe veram lectionem: *Quis a Sertorio triplices insidia per idoneos saltus posita erant, prima quæ fonte venientes exciperet.* Huc respexisse Charisius videtur cum scribit l. i. Institutionum Grammaticarum: 'Inimicitia et insidiæ pluraliter dici debent, sed Sallustius de insidia prima inquit, et Accius inimicitiam dicit.' Legerim tamen lubens in Charisio: *Sed Sallustius de insidiis, prima inquit.* Porro quod ait de Accio Charisius, vereor ne reponendum sit, Ennii nomen ex Agellio xix. 8. qui hos versus adducit: 'Eo, inquit, ingenio natus sum, amicitiam Atque inimicitiam in fronte promptam gero.' Putsch.

[*Ingens ipse virium*] Tacit. Annal. i. 'Fœmia ingens animi.' Ciacc.

[*Ingens ipse virium*] Loquitur de Sertorio. Vide Valerium lib. vii. Celer.

[*Pugionem*] Parvus gladius, quo facile quis trajici poterat. Frontin. l. ii. Strateg. 'Q. Sertorius,' inquit, 'cum acie decertarent, Barbarum, qui ei nunciaverat, Herculeium perriisse, pugione trajecit.' Pugiones, qui a zonis balteisve militaribus dependentes portantur, parazonia dicuntur. Grapald.

[*Cæstris collatis*] *Castra castris* Delph. et Var. Clas.

*conferre* dixit etiam Cæsar l. vii. ut ad eum locum notavimus. Item Ennius Hectoris Iytris: 'Cæstrisque castra ultro jam conferre parat,' Sic enim legendum apud Nonium in *Ocupatus*. Ursin.

[*Ingenio loci prohibebatur*] Tacit. Annal. v. 'Locorum ingenio se tutabatur.' Sic in Epist. Mithrid. de hoc ipso fortasse loco: 'Quia multitudinem arctis locis pugna prohibuere.' Ciacc.

[*Sed Pompejus, &c. similem fore se credens Alexandro Regi*] Plutarchus tradit, Cn. Pompejum ita similem forma fuisse Alexandro Magno, ut sermone fautorum, fuerit Alexander appellatus. Ursinus.

[*Post redditum eorum, quibus Senatus belli Lepidani gratiam fecerat*] Sic locutus est in Bell. Cat. et in Bello Jugurth. cum dixit: 'Delicti gratiam fecit.' Ursin.

[*Aptis armis*] Pro connexis et eoligatis accipio cum Nonio; vel quod potius placet, aptatis, expeditis, atque ita compositis, ut ubi usus veniat, ad manum, atque in promptu esse possint: interpretatione a Catullo petita; cujus est ille versus notissimus: 'Aptis sarcinulis, et expeditis.' Douza.

[*Laxiore agmine*] Hoc præter morem disciplinæ militaris, Romanæ præsertim: et melior tutiorque ordo ille, quem Metellus in agmine, ad Vaccenses viam affectans, bello Jugurthino milites suos servare jubet, ubi legitur: 'Sic animis eorum arrectis, equites in primo latere, pedites quam artissime ire, et signa occultare jubet.' Idem.

[*Atque eum, &c.*] V. c. habet, *Cupio*, ut fortasse, *Scipio* legendum sit, vel, *Cæpio*. Videndus Livius l. xxvii. de Massiva a Scipione dimisso. Ursin.

[*Atque eum, &c.*] Ciacconius, qui multa Sallustio loca feliciter restituit, infelici sane conatu emendat: *Atque eum Scipio*; et refert ad laudationem

illam Scipionis apud Livium Massanissæ, quo quid ad hunc locum excogitari possit absurdius, non video. Ego vulgatam lectionem probō. Cario is ille ipse est, qui Dardanos vicit, multis magnisque honoribus cumulatus: ejus meminit Epitome Livii. *Coler.*

*Paludamenta aditari*] Sensum idoneum elicere nondum potui, videbatur tamen legendum: *paludamenta apitari.* Putsch.

*Paludamenta*] Hæc appellatio propria est Imperatoris vestis: quamquam et tribuitur aliquando aliis etiam militibus. Forma paludamenti erat, ut extrema longitudinis essent utrinque angusta, imis latioribus. Color ejus eximius et quidem e cocco. Erat etiam album quo interdum usi, sed rarius, crebrius cocceo. Imperatores inter vota et immolationes exhibent, et tunc vestem hanc capiebant; quæ profectio etiam celebris esse solebat frequentia deducentium prosequentiumque. *Lips.*

*Paludamentis*] Paludamentum, teste Nonio, est vestis, nunc chiamys. *Carrio.*

*Fine inguinum*] Apul. de Asin. l. II. 'Asini inguina sane licinia remota;' sive, ut in aliis est, *inguinum sine.* Sed legendum ex hoc loco, *inguinum sine.* Cato de Re Rustica cap. 28. 'Postea operito terra radicibus fini.' Vide an legendum sit, *radicum fini:* ut c. 113. 'Amphoras nolito implere nimium, ansarum infimarum sine.' Et Oppius de bello Africo, 'Multiplici sine.' *Ciacc.*

*Fine inguinum*] Quod mihi, ab aliis (ut videtur) haud satis intellectum, *inguinum tenuis,* interpretari placet. *Douza.*

*M. Antonius*] Idem Arulanus: 'Genitas illi rei facundie.' Hic autem est ille Antonius dissolutissimus, qui gratia Cottæ Conans et Cethegi, curatorem nactus totius oræ maritimæ, Siciliam et provincias omnes de-

populatus est; et ad postremum inferens Oretæ bellum, morbo perit. Asconius Pædianus IV. Verr. Ciccr. *Carrio.*

*Ex axe vincita trabes*] Turnebus legit, *Et axe vinciti orbis.*

*Erciis*] Servius Æneid. l. IX. 'In armorum,' inquit, 'generibus milites sumunt ab animalibus nomina.' Sallustius: 'in modum hirci militaris.' Ercium autem bellicam esse machinam, præter ceteros, satis ostendit Cæsar l. III. de bello civili. *Carrio.*

*Veruta*] Inter jacula ferrata etiam *cerutum*, cui nomen et formatio ab ipso veru, quod refert, itaque alii *ceruinam* dixerunt. Non nemo etiam *ceru.* Est spiculum tenue et longum, aptum forare. *Sabius* Græci *cerutum* dicunt. Et si Samnites primo et proprie usi, tamen et alii Itali. Livius levi armaturæ tribuit, sed veteri. Hastæ velittæ haud longe iverunt ab istis, si non eadem. *Lips.*

*Igitur discubere*] Hoc fragmentum, cum olim mendosissimum circumferretur, nos ex vv. cc. et auctoritate vetustorum numismatum, in pristinum nitorem, quantum fieri potuit, restitimus. L. autem hic Fabius Hispaniensis, et item L. Tarquinius, Sertorianarum, ut apparet, partium, habentur in argenteis denariis, quos protulimus in libro de familiis Romanorum. *Ursin.*

*Igitur discubere, &c.*] Apud Romanos locus dignior habitus ultimam medii lecti. Dominus vero, tertii lecti primum locum premebat. Sic fiebat, ut dominus in primo loco accubans tertii lecti, et honestissimus convivarum in ultimo secundi lecti loco positus, sese contingerent, in fine uterque sui lectuli locatus, hic in summo tertii, ille in imo medii. Et hanc rationem inter alias reddit Plutarchus, cur medii lecti locus ultimam tribueretur convivarum dignissimo, quia proximus esset convivii domine, qui in prime tertii discumberebat;

verba Sallustii hoc manifeste indicant, quae ita interpungenda sunt. ' Igitur discubere, Sertorius inferior in medio, supra L. Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis. Antonius in summo, infra scriba Sertorii Versius. Alter scriba Mæcenas in imo, medius inter Tarquitium et dominum Perpernam.' hic habes lectos, medium, summum, et imum. Perperna dominus convivi, et Imperator erat. Sertorius dignitate super ceteros, et Imperator. Non medius illi locus assignatur ut Imperatori, quemadmodum bartolantur, sed infimus in medio lecto, qui Consularis atque Imperatorius, atque honoratissimo debitus. In medio lecto duo tantum discubere; Sertorius inferior, qui supra se habebat L. Fabium Hispaniensem. Quod si tres fuissent, Sertorius utique infimus discubuisset, infra eum etiam, qui medium locum detineret. Quia duo tantum fuerunt in illo lecto, inferior fuit, qui locus *tribunarius*. Post medium lectum, in quo accubebat convivarum qui præcipua erat dignitate, sequebatur summus lectus. De eo accipiendus Sallustius, in verbis supra citatis: ' Antonius in summo; infra scriba Sertorii.' Sic duo tantum in illo convivio hunc summum lectum obtinere, Antonius et scriba Sertorii Versius, hic inferior in dextra nempe lecti parte, ille superior in sinistra. Sequitur tertius lectus et unus: alter scriba Mæcenas in imo, medius inter Tarquitium et dominum Perpernam. Locus non est mancus, ut opinatur Clacconius, qui dicit non plane referri; qui inter Tarquitium et Perpernam dominum convivii accubuerit. Immo nihil pote planius. Alter scriba Sertorii Mæcenas in imo lecto accubuisse dicitur, medius inter Tarquitium et Perpernam. Imus lectus domini proprius, et in eo primus sive summus locus. Hic est, quam in eo convivio obtinuit Perperna. Inter eum et Tarquitium medius accubuit Mæcenas. In illo tertio et imo lecto plerumque infra dominum accubebat uxor et liberi. Si uxor una non cenaret, umbris is locus destinabatur, et villioribus personis: unde Juven. ' Tertia ne vacuo cessaret culcita lecto. Una simul ait.' Ex his possumus distincte colligere, quid sit infra et supra discubere; quid in imo et summo. Quae docti viri distinguere nesciunt. In imo discubere, et in medio, et in summo dicebatur, qui in summo lecto et medio, et imo discubebat. At supra et infra, qui summus aut imus accubebat, hoc est, in primo vel ultimo loco lecti. Miror vero, unde Servius exsculpere poterit ex his Sallustii verbis, medium locum apud veteres domino convivii proximum ac distinctum fuisse. Nihil enim minus quam hoc illa tionient. Aliud fuit, quam Stibadio accubebant, hoc est, tero continuo ac semirotundo, quod in sigmatis litteræ figuram factum erat, unde et nomen. In his Stibadiis, quam una serie continenter discumberent, verisimile non est eandem rationem observatam, circa loci dignitatem atque honorem, ut in tribus lectis seorsim stratis ac separatis. In stibadio itaque is primum locum tenere censebatur, qui omnium summus erat, et qui supra omnes accubebat, ut contra ultimus, qui infra ceteros. Is in dextro cornu stibadii locum habebat. Qui locus respondet ultimo loco tertii lecti. Contra ea convivarum dignissimus in sinistro stibadii discubebat, et supra omnes erat. Sacerdotes hunc ordinem accubendi in cœnis aditialibus tenebant, sive in lectis discumberent divisis, sive in stibadio vel sigmate. Festus: ' Itaque in convivii solus Rex supra omnes accubebat, sed Dialis supra Martialem et Quirinalem: Martialis supra proximum, omnes denique supra Pontificem. Pontifex quisto loco accum-

debat infra omnes: Rex sacerorum primo supra omnes, quia potentissimus ac dignissimus habebatur.' Hujus ergo locus in summi lecti prima parte ad sinistram, vel in sinistro cornu stibadii. Sunt qui velint maximum honorem loci fuisse in cornu dextro. Ergo et proximus eum locum accumbens dignissimus. Hoc enim sequitur. At contra fuit. Quippe proximus ad cornu sinistrum secunda a primo habitus, non proximus decumbenti in cornu dextro. Quare si proximus accumbenti in cornu sinistro dignior est illo, qui proxime tangit accumbentem in cornu dextro, utique et qui in sinistro cornu locum habet, dignior eo censendus, qui dextram premit cornu. Consequentia hæc necessaria. Apud Sidonium Imperator dextro cornu collocatur, quia invitaverat, atque dominus erat civitatis. Ita autem Reges et Principes facere solebant, ut invitatis locum honoratiorem præberent, secus atque hodie. *Salmasius*. Vide Clacconium de Triclinio Romano.

*L. Fabius Hispaniensis*] Lucii Hispaniensis in veteribus libris nulla, quod sciam, mentio: in numismatibus plurima. Exstat apud c. v. Latinis et Græcis literis juxta ac doctissimum Lævinum Torrentium, apud quem hujusmodi cimeliorum infinita copia est. Exstat et apud Abrahamum Ortelium, Geographum exactissimum, numisma argenteum cum hac inscriptione: L. FAB. HISP. cujus utramque partem, historiæ illustrandæ, apposuimus: et alioqui L. Fabium Hispaniensem, in conjuratis fuisse constat. *Carrio*.

*Medius inter Tarquittium, &c.*] Vide quæ annotavimus ad c. 48. *Catilin. Ciacc.*

*Unam epistolam*] Una hæc fuit ex Epistolis nobilium, qui Sertorium ad invadendam Italiam invitaverant.

Eas epistolas Pompejus variis modis inquisivit et concremavit. *Coler*.

*Scorpione*] Scorpiones Ballistis vicini, sed tamen diversi ab his et Catapultis. Describit Tertullianus: 'Scopio spiculum et fistula est, paula tenuitate in vulnus: et virus, qua figit, effundit.' Vegetius *Manuballistas* ait vocari *Scorpiones*. Vir unus dirigebat et utebatur; ideo non magni fuerunt. Ut illi ergo parvi, sic proportionem et foramina illa, ac cavi. *Lipsius*.

*Scorpione*] Scorpionem aliud machinamentum esse ab Onagro, testatur Vitruvius lib. decimo de Architectura, c. 1. Ubi de tractoriis machinis agens: 'Sunt,' inquit, 'ex his aliæ, quæ mechanicis, aliæ quæ organicis moventur. Inter machinas et organa id videtur esse discrimen, quod machinæ pluribus operibus, aut vi majore coguntur effectus habere, uti balistæ torculariumque prela: Organæ autem unius opere prudenti tactu perficiunt quod propositum est, uti scorpionis, seu anisocylorum versationes.' Atqui Isidorus scorpionem non pro tormento, sed telo accipit, libro decimo octavo, c. de sagittis: 'Scopio,' inquit, 'est sagitta venenata arcu vel tormentis excussa, quæ dum ad hominem venerit, virus, qua figit, infundit, unde et Scopio nomen accepit.' Ea dum scripsit Isidorus, visus respexisse ad illud Tertulliani Scorpiaco: 'Bellicam,' inquit, 'machinam et retracta tela vegetantem de scopio nominant, id spiculum et fistula est, paula tenuitate in vulnus: et virus, qua figit, effundit.' Superiorem Isidori definitionem nemo admirabitur, qui sciet scorpionem, modo pro spiculo sumi. Itidem et catapultam interim tormentum, interim telam quod ea machina emittitur, designare testis mihi Turnebus l. xv. *Adversar. c. 1. Stevechius*

## LIBER IV.

*At Cn.]* Ex Agello XVIII. 4. de stolidi et vani differentia disserente: et certe M. quoque Tullius Cicero in oratione, quam pro Quinctio habuit, eodem modo vanitatem accepit cum eam veritati opponeret. Clodianum autem Latine gentis esse, patet ex Varrone, Quinctiporem Clodianum, Epistola ad Fusium nominante. *Curio.*

*Cn. Lentulus]* Clodianus collega fuit in consulatu P. Licinii Crassi. Est, ut arbitror, hic ille Lentulus, de quo Cicero in Bruto sic scribit; 'Cn. autem Lentulus multo majorem opinionem dicendi actione faciebat, quam quanta in eo facultas erat.'

*Omnes, quibus senecto corpore animus militaris erat]* Ita enim scribendum, inducto *τῷ αἵματι*, id quod recens quidam de suo infersere. Sic in Catilina: 'Delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat.' *Douza.*

*Dein lenita]* Lubens duas has Salustianæ navis ex tanto naufragio superstitibus tabulas conpegero: siquidem per eos liceat quibus ea res in manu: 'Dissidere inter se cæpere, neque in medium consultare, dein lenita jam ira postero die liberalibus verbis permulcti sunt.' *Putsch.*

*Dein lenita jam ira]* Liberalia verba sunt, quæ Plauto *dicta dapsila* dicuntur. Videtur autem de Sertoriano exercitu esse sermo, quem ob cædem Imperatoris sui merito concitatum Perperna postero die coactus fuit magno ambitu, partim minis extis, hoc est, pretio, partim largiloquis dictis onustos tranquillare. *Douza.*

*Implicitæ rates ministeria prohibebant]* Malim cum Prisciano, *Implicitæ*

*tæ*, quam cum nostris, *Implicitæ*. Quid si *Magisteria* legamus? quippe hoc navali regimini aptius, accommodatiusque, qua ad rem, qua ad proprietatem verbi: videturque Fragmento huic non absurde conjungi posse illud inter incerta rejectum: *Impediabant jussa nautarum*; addita copula hoc modo: *Implicitæ rates ministeria prohibebant, impediabantque jussa nautarum*; ad quod Servius: 'Celenma, est quasi præceptum, unde Sallustius,' &c. *Idem.*

*Anxius animi]* Sic Tacitus l. v. et xix. 'incertus animi' dixit. *Ursin.*

*Magnam excorsus orationem]* Et hoc fortasse pertinuerit illud, *In hunc modum disseruit*: unum ex duobus Fragmentum ut fiat. Videtur autem de Mithridate loqui, quem Appianus narrat, postquam in Paphlagoniam venisset, classium prius decursione facta, concionem ad milites habuisse magiloquam, tum de suis majoribus, tum de se ipso, quod exigua regni potestria in immensum auxisset, nec nunquam præsens victus esset a Romanis, &c. *Douza.*

*Aminus]* Ἄμιος, Ptolemæo, Polyæno, et Plinio in Epistolis. Aminus, Ἄμιος, Straboni, et Photio, Galatiæ oppidum: Heneta a Poëta dictum, scribit Zenodotus apud Strabonem. Henetus Solino. Henetos forte Martiani. Idem Strabo tradit illud ab Atheniensibus frequentatum, et Piræcum dictum. Plinius auctor est, Mithridate victo, Pompeopolim vocatum. Niger putat hodie Simiso dici; sed Amid et Hemid Leonclavius. Aliam ab hac Aminum habet Stephanus, in Ponto. *Ortel.*

*Castella custodias]* Ex Servio xi.



*Æneidos*, Charisio l. i. Inst. Gram. *custodias*, pro, *custodiæ*: ita enim Aeper intelligit, licet alii accusativum esse velint. Verba autem Charisii aliter vulgo, aliter in membranis, quarum usus, ut reliquarum Coloniensium omnium, mihi, dum in Ubilis essem, vir eruditione singulari et extrema humanitate ornatus Melchior Hittorpius libenter expensum ferebat, hunc in modum perscribi video: 'Paterfamilias et materfamilias, antiqui magis usurparunt; propterea quod nominativo singulari s litteram adiciebant, ut facerent genitivum: hæc familia, hujus familias: hæc Majas, hujus Majas: quam declinationem et Sallustius in tertio secutus est: Castella custodias thesanrum, in dedicationem acciperentur, sed emendatius custodiæ, Majæ, et familiæ dicitur.' *Carrio*.

*Reliqua cadavera salita*] Diomedes l. 4. 'Veteres,' inquit, 'ambiguitatis causa *salitus* dixerunt a *salo*, non *salio*.' Nescio autem an hæc ad III. historiarum pertineant librum, et eodem cum illo referenda sint fragmento, quod a me undecimo positum est loco; an vero decimum illud libri tertii fragmentum in hunc potius librum conjiendum sit: infinita enim sunt in Diomede menda: eaque emendatorum audacia mirum ac pæne incredibile dictu quantum excreverint; ita ut primam ejus editionem omnium, quæ hactenus sunt visæ, Integerimam, aut certe minime corruptam prætare ausim. *Idem*.

*Arsaci*] Ejus nominis vestigia in Persarum شاه, Scah, qui illis Regem denotat. Unde et Scacchiæ ludus dicitur. Hinc Scahmat regem quoque illis perplexum denotat.

*Omnes qui secundis rebus*] Hæc epistola Mithridatis regis Ponti, ad Arsacem regem Persarum est. Nam ut Servius attestatur, omnes reges Persarum *Arsaces* dicebantur. Eam autem

dedisse videtur, quando ad Tigranem regem Armeniæ fugere cogebatur: dissimulat tamen adhuc timorem et egestatem, ut facilius Arsacem ad societatem belli contra Romanos inendam pelliciat: ejus gratia etiam (ut in tali re fieri solet) ostendit Romanos communes omnium regum hostes; quod etiam Jugurtha Bocchio scripserat. Dicit ergo in principio, Arsaci utile esse communibus armis communes hostes propellere: quia etiam in pace vivere velit, a Romanis non permetteretur. Deinde ostendit etiam honestum, quia gloriosam et ab omnibus laudabilem consequeretur victoriam. *Bad*.

*Tibi perpetua pace frui heres*] Frustra, inquit, a me ad societatem belli peteris, si ea esset rerum tuarum conditio, ut tibi perpetua pace liceret frui, nisi in ipsius regni tui fancibus hostes essent opportuni et sceleratissimi; nisi denique egregia fama, Romanis oppressis, te esset secutura. *Carrio*.

*Tibi perpetua pace frui liceret*] Non cõhæret oratio: et vereor hercule, ne coagmentum aliquod desideretur. Quid si ita legamus? *Aliter neque petere audeam societatem*; nti in Oratione ad Cæsarem: 'Aliter neque pri-vata res, neque publica,' &c. aut ultima certe primis inserendo, ordo totius dictionis mutandus: donec tandem commoda aliqua sententia existat, cujusmodi haud alienam sane hæc constructione electurus videor: 'Tibi perpetua pace frui liceret; neque petere audeam societatem, et frustra mala mea cum tuis bonis misceri sperem; nisi hostes opportuni, et sceleratissimi: oportuni, cui rei? Injuriis forte patiundæ ne, an faciundæ? credo istuc postremum velle dicere. Ceterum bona et mala, quæ inter se hic opponi vides, reperias et apud Plautum illo Anularia versu: 'Bonis tuis rebus meas res irrides malas.' *Doux*.

*Nisi hostes opportuni*] Verba sunt ex

epistola Regis Mithridatis, quæ videtur fere tota translata ex oratione Corcyraeorum ad Athenienses apud Thucydidem l. 1. Ad hunc autem locum facit, quod habeatur in Bello Jugurthæ: 'Cavere tamen oportet, ne ubi hæstis opportunus fieret.' *Ursin.*

[*Atque ea, &c.*] *Atque*, habent alii: unde ego exculpsi: *Ad quæ, ea quæ te morari, &c.* hoc est, ad jungendam mecum societatem, atque ita conjunctis opibus Romanos opprimendos: sicque optime sibi et constabit et cohærebit sententia, tota a superiori oratione dependens, hinc prorsus et incomposita, si aliter legatur. Atque huic simile illud ad Cæsarem: 'Ad quæ te illi iidem hortantur,' &c. *Douza.*

[*Tigranes*] Rex majoris Armeniæ, qui auxilium ferens Mithridati regi, victus est primo a Lucullo, deinde a Pompejo Magno in deditionem acceptus, et in regnum restitutus, persoluitis sex talentorum millibus. Strabo l. 11. Lucan. l. 11.

[*Mea res parum prospera*] Quia ter infeliciter pugnavit cum Romanis, et tandem sibi mortem inferre coactus est, quod veneno non potuit: quia medicamentum, quod ab eo Mithridaticum vocant, præmunitus longo usu, veneno confici non potuit, pedetentim autem veneno assuescere quis potest, dum veluti in alimentum vertitur. Pater autem ejus, etiam Mithridates nomine, erat Romanis amicissimus. Docet autem, ex adversa fortuna se meliorem et prudentiorem ad bellum effectum. *Bad.*

[*Et, quod florentibus optabile est, &c.*] Sententia vere Mithridatica, prorsus ad illud Poëtæ accommodata: 'Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.' *Douza.*

[*Ac max a Philippo*] Notat Carrio in Vaticano lectam, *max tracto Philippo*. Scribe: *at max fracto Philippo Antiochus, &c.* Gronovius.

[*Decem millibus talentorum*] Ex *Ld-*

vio, et Appiano in bell. Syriaco, legendum est: *Quindecim millibus talentorum*. Livii verba sunt hæc ex l. xxxvii. 'Asiaque omni, quæ cis Taurum est, decodite: pro impensis deinde in bellum factis, quindecim millia talentum Euboicorum dabitis: quingenta præsentia, duo millia et quingenta, cum Senatus populusque Roman. comprobaverint, mille deinde talentum per duodecim annos.' *Ursin.*

[*Talentorum*] De Talentorum æstimatione juxta varietatem gentium mendosus est locus Festi, et qui non patitur emendationem. Hoc unum recte est, Talentorum non unum esse genus, et Atticum esse sex millium denarium. Cetera incerta sunt. Plin. xxxv. 11. 'Talentum Atticum denariorum sex millibus taxat M. Varro.' Ita enim scribendum est. Pollux l. ix. dicit Talentum Atticum esse sex millium drachmarum Atticarum, Babylonicum septem millium, Æginæum decem millium, Syrium mille et quingentarum drachmarum, item Atticarum. De Talento Attico idem elicitur ex Livio l. xxxiv. Athenæo iv. 6. et aliis. Sed Babylonicum esse septuaginta duarum minarum Atticarum scribit Ælianus l. 22. de Var. Hist. Id est, septem millium et ducentarum drachmarum. Omne autem talentum est sexaginta minarum; minæ autem singulæ centenas drachmas continent, ut Africanus et Julius Pollux scribunt. Sic fit, ut Euboicum talentum sit sexaginta minarum Atticarum, et totidem millia denariorum, ut verbo *Talentorum* Festus scribit: quod etiam Plinius ait xxxv. 11. et Athen. iv. 6. et Pollux l. iv. Itaque si *LXX*. minæ Euboicæ æstimantur *LXXII*. Atticis, et eadem proportio est in drachmis et denariis, triginta quinque drachmæ Euboicæ æstumantur Atticis, drachmis triginta sex. Talentum vero Euboicum æstumatur drachmis Atticis, sive denariis centum et septuaginta, uno supra sex millia. *Seal.*

*Deos Samothracæ*] *Mysteria Cabirorum Deorum Samothraciæ semper fuere celeberrima. Credebantur enim iis imbuti iustiores fieri et sanctiores, et in quibuscunque periculis præsentissimos habere Deos. Quo errore occæcati Jason, Orpheus, Hercules, Castor, Agamemnon, Ulysses et Polux et heroum plerique, sed et Alexandri pater Philippus Samothraciæ sacris voluerunt initiari. Vide Diodorum l. v.: et Apollonii Scholiastem in primum Argonauticon, et Plutarchum in Alexandro, et Suidam in *Σαμοθράκη*. Hæc porro sacra esse Phœnicia docet ipsum Cabirorum nomen: Cabiri enim vel Caberi sunt Dii Phœnicum, qui Beryti maxime colebantur. כביר, id est, Cabir, Ebræis et Arabibus magnum et potentem denotat. Hinc et alii observarunt, inde appellatos Cabiros, id est, divos potes, ut Varro et Tertullianus explicant, θεὸς μεγάλους καὶ δυνατοὺς, Orpheo ἐδυνατοὺς. Singulorum Samothraciæ Cabirorum nomina refert Apollonii Scholiastes l. i. ex Mnæsa: Τέσσαρες, inquit, εἰσὶ τῶν ἀρθμῶν, Ἀξίερος, Ἀξίκερσα, Ἀξίκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἔστιν ἡ Δημήτηρ, Ἀξίκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη, Ἀξίκερσος δὲ ὁ Ἄδης. ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κασμίλος, ὁ Ἐρμῆς ἔστιν, ὡς Ἰστορεὶ Διονυσόδωρος. Id est, Quatuor sunt numero, *Axieros, Axiokersa, Axiokersos. Axieros vero est Ceres, Axiokersa autem Proserpina, et Axiokersos Pluto; quartusque, qui additur Casmilus, est Mercurius, ut narrat Dionysidorus. Idem referunt Phavorinus et Etymologus in Κάθειροι. Uti autem Casmilus sive Mercurius hic additur, ita plerique illum ponunt in inferiori ordine, et pro ministro duntaxat habent. Varro: 'Casmilus nominatur in Samothracæ mysteriis, Deus quidem administer Diis magnis.' Vetus auctor apud Phavorinum, Casmilum illum a Cadmo derivat. Quippe Cadmum Agenoris filium, cum Europam quærens Samothraciam perve-**

nisset, perceptis his mysteriis uxorem duxisse Harmoniam auctor est Diodorus l. v. Cabirorum simulachra Vulcani simulachris fuisse simillima tradit Herodotus l. iiii. Forma nimirum et species utrisque ridicula. Proinde, ut ibidem narratur, Cambyses Cabirorum fanum solis sacerdotibus permissum cum adiisset, simulachra concremavit, multis in illa invecus verbis. Cabirorum sacerdos Hesychio Κόης appellatur, quod refert Hebræum כֹּהֵן id est, Cohen sacerdos. Cabirus Samothracum sacra fuit spelunca quædam Zerinthus nomine, in qua canes Hecatæ immolabantur, ut Lycophron, ejusdemque Scholiastes testatur. *Bochart.*

*Insomniis accidere]* Recte correxi, *insomniis occidere*, voce Sallustiana, quam apud eundem in Catilinario Criticus noster reponit: 'dies noctisque festinare: vigilare: neque insomniis, neque labore fatigari:' et oratione de Rep. 'profecto, si id accidat, neque tibi nox, neque dies curam animi sedaverit; quin insomniis excitus, furibundus, atque alienata mente feraris:' error ex eo natus, quod veteres, *insomniis*, scriberent, *pro insomniis*, *I* longa videlicet, *pro* geminata. Certe antiquissime vulgati, qualis est apud eruditissimum Nicolaum Fabrum, *insomnia*, agnoscunt. Dicunt Latini *insomnia* utroque numero; pro eo quod est iisdem vigilla, et Græcis ἀδρῖα. Priore quidem numero Pacuvius Antiopa: 'Perdita illuvie atque insomnia.' Item Cæcilius Plocio: 'Consequitur comes insomnia: ea vero insaniam adfert.' Posteriore vero Terentius Eunuchus: 'Aut mox nocū te horum adigent insomnia.' Sic enim Deonatus illa Terent. accepisse visus est, etsi non dissimulet, *adiget insomnia*, alibi scriptum reperiri. Virgilius: 'Sed falsa ad cælum mittunt insomnia Manes.' Quanquam ibi, *insomnia* significari volent Grammatici, addita

scilicet præpositione: ut Græci dicunt *δ' ύπνια*; sed idem Virgilius, *insomnia*, etiam plurali pro vigiliis posuit, 'Quæ me suspensam insomnia terrent?' Quamvis et hic somnia intelligi possunt, quibus tereri potuerit. Ita Carisium emenda. Falluntur autem, qui, *insomnium*, pro eodem extulsi antiquos crediderunt: cujus exempla nulla sunt, itaque apud Suetonium Caligula scribe ex vetere libro, 'Incitabatur insomnia maxime: neque enim plusquam tribus nocturnis horis quiescebat;' non, *insomnio*; ut vulgo. Quod vero propius ad rem attinet, Persen Philippi F. inter ceteras de morte illius opiniones, *δύσνυχ* extinctum esse, scriptoribus plerisque placuisse a Plutarcho relatum est. *Carrio*.

*Post Attalum*] Attalus, Pergami rex, pecuniæ ditissimus et splendida abundantique suppelletille. Plin. l. viii. Propertius: 'Nec sit in Attalico mors mes nixa toro.' Hic a populo Romano donatus est eo regno: cum liberos non haberet, populum Romanum heredem fecit: ejusque substantia amplissima Romam est allata: unde Attalicæ vestes splendidæ, et opes ac conditiones Attalicæ.

*Miscerrumum servorum*] Quia ultro inservientem. Dederat enim ingentia munera Scipioni, quæ in se accepturum pro tribunali, idem Scipio dixit. *Bad*.

*Simulatoque impio testamento*] Omnino ad Attalum pertinent: de cujus testamento, ut omittamus multos scriptorum veterum locos, profereamus unum tantum Porphyriionis manuscripti, apud quem ita habetur in Horatii versu ex Ode 18. l. 11. 'Neque Attali Ignotus heres regiam occupavi.' Attalus Rex Asiæ, Pergami regnavit, cujus hereditatem Pop. Rom. accepit. Dicendum autem, 'ignotus heres occupavi,' suspicionem dat, qua existimemus, falso testamento

Romanos hæc sibi hereditatem vindicasse, &c. *Ursin*.

*Aristonicum*] Variant inter se veteres Historici non parum. Nam Liv. epitoma l. LVIII. Eumenis Regis filium dicit, et item Justinus l. xxxvi. qui non justo matrimonio, sed ex pellice genitum scribit. At Florus, regii sanguinis ferocem juvenem appellat; Pomponius vero Lætus auctor recens, Eumenis nepotem tradit: quod placeat, si veteres historici auctoritate nititur. Rursus Eumenem alii dicunt Attali patrem, alii patrui, ut in tanta Historicorum varietate, fortasse locus sit aliquid suspicandi demendo vulgatae lectionis. *Idem*.

*Nicomede mortuo*] Qui moriens populum Romanum fecit heredem: regnum ejus in Provinciæ formam redactum est. *Bad*.

*Cum filius Nusa, &c.*] Scriptura præ aliis insignite prava, et quæ Sallustio non modo fraudi fuit, sed etiam viros maximos in errores gravissimos induxit: quorum alii partim, an hæc Sallustii essent, dubitarunt, nonnulli Nusam, sive Nysam Nicomedis Regis Bithyniæ filium esse crediderunt; alii etiam eadem occasione locum Suetonii, ea de re, qui recte habet, corrigere tentarunt. Vetus editio; *cum filius Nusa, quam regiam appellaverat, genitus hæud dubie esset*, minimum a veritate. Fabri et Briconeti; *quem Regem jam appellaverant*; in qua scriptura illud, *appellaverant*, rectum videlicet. Vaticanus, *Nysa, quam Reginam*: hinc lege, quod et humanissimo doctissimoque Puteano placuit; *cum filius Nusæ, quam Reginam appellaverant, genitus hæud dubie esset*. Vult enim Mithridates, Nysæ Nicomedis filiæ, quam Romani reginam appellaverant, priusquam Bithyniam diriperent, filium regni heredem natum fuisse; non tantum verisimiliter, sed omnino vere. *Nysam* enim muliebri nomen esse e Plutarcho constat; qui in vita Luculli magni illius Mithrida-

tis sororem ita appellatam scribit. Ac sane, nisi Snetonius *Nysam* Nicomedis filiam diceret, parum abesset, quia illam Plutarchi eandem cum hac esse, et nescio cui Nicomedis filio, ex quo etiam filium sustulerit, naptam fuisse existimarem. Sneton. Jol'io: '(Cicero) quondam in Senatu (Cæsari) defendenti Nysæ causam filię Nicomedis beneficięque regis in se commemoranti: Remove, inquit, isthęc oro: quando notum est et quid ille tibi, et quid illi tu dederis: nisi forte verba illa, *Nysæ filię*, quę varie leguntur, delenda sunt, aut ita interpretanda, uti quod jam dixi, non filia fuerit sed nurus. verba autem Cæsaris in ea oratione hæc fuerunt: 'Vel pro hospitio regis Nicomedis, vel pro horum necessitate, quorum res agitur, refugere hoc munus, Memmi, non potni. nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis retineatur: neque clientes, siue summa infamia, deserri possunt, quibus etiam a propinquis nostris opem ferre instituimus.' Male autem operę, *Nusa*, pro *Nusa*, expresserunt. *Carrio*.

*Filius Nusæ*] Ex Plutarcho erudite Carrio reposuit, *Nusa*, quod et Turnebus agnoscit xiv. 14. Ego locum sic recte scribi et distingui arbitror: *Cum filius quem regem appellaverat, Nusa genitus hanc dubie esset.* Rex Nicomedes filiam ex *Nusa* conjugę conceptam Regem appellaverat, regniq; heredem instituerat. Plinius tamen Nicomedis uxorem a cane interfectam Consingen appellat l. viii. *Coler*.

*Cretenses*] Creta, *Κρήνη*, Ptolemæo Maris Mediterranci insula, Jovis incunabulis, et centem urbibus quondam clara. Hodie Candia vulgo dicitur. Sic quoque in Concil. Chalcedon. Hęc olim etiam Aëria, Caretis, Macaros, et Macaronesos dicta fuit, ab aëris temperie, teste Plinio, et Solino. Hecatompolis quoque Eu-

stathio, Idæa, et Chthonia item Stephano. Telchionia etiam, a Telebionibus, ut habet Gyraldus. *Ortel*.

*Equidem, &c.*] *Interna mala*, hoc est, domesticas seditiones, et bella civilia per Cinnam denuo, ac Mariam redactam in media Urbe excitata, quę res cum primis vorsoriam Sullę in Italiam capiundi, conditionesque ab Archelao conceptas ac propositas, a Mithridate mox confirmatas accipiundi causa fuit. *Douza*.

*Abnuente Tigrene*] Suadebat bellum suscipiendum Mithridates: negabat Tigranes: eoq; dissuadente, Mithridates arma sumpsit, atq; hoc est quod dicit: 'abnuente Tigrene bellum cepi:' sic enim legendum esse, non, *cepit*; præter certam verborum sententiam, res ipsa clamat. *Carrio*.

*Marcumque Cottam, &c.*] Non dubito eum esse, cujus oratio inscribitur Caji Cottę. Nam M. Aurelius Cotta, consul a Mithridate victus est apud Chalcedoniam, seu, ut hic dicitur, *Chalcedona*. Sed L. Lucullus proconsul ad Cyzicum urbem, exercitum Mithridatis fame ferroque delevit, et in Pontum coëgit e Bithynia confugere. *Bad*.

*Chalcedona*] Chalcedon *Χαλκεδών*, Ptolemæo; Strabo Calchedon, *Καλχεδών*, habet. Urbs Asiatica est, ad Bosporum Thracium. Liberam urbem Plinius vocat: cui etiam antea Procerastis, dein Compusa, (*Colpoëssa* legit Pintianus) postea Cæcorum urbs (quod locum eligere nescissent) dicta fuit. Curopalates in lib. de officialibus Constantinopolitanis hanc Justinianam Tertiam nominat. Hodie adhuc Chalcedona vocari, scribit Sophianus Cultitii Turcis dici, mihi Carolus Rimius auctor est, qui Constantinopoli oratorem egit nomine Maximiliani II. Romanorum Imper. Marius Niger tradit interius reedificatam, et a junioribus Cæclina nuncupari. Scutati ex ea facit hodie Alph. Adrianus, et quoque Thomas

**Midasoles.** Petrus Gyllius prodit hodie exiguum vicum esse, sine mœnium vestigiis. Idem addit ex Dionysio Byzantio, Chalcedon fluviolum esse, qui in Propontidem effluit, unde urbs nomen sumpsit: eamque hodie proprio nomine carere, adeo ut accolæ Potamicon duntaxat nominent; ejus meminere Stephanus et Eustathius. Thevetus scribit eum adhuc hodie Chalcedoni nominari. *Ortel.*

**Cyzicum.]** Vide supra p. 720.

**In obsidione moranti]** Fabri et Briconeti, *in obsidione moranti*: et sane obsidium veteres etiam dixisse constat. C. Lælius ad populum pro se: 'uti terra marique simul, nobis obsidium facerent:' et Sallustius l. 1. Historiarum, 'magnis opibus profectus, obsidium per L. Catilinam legatum.' Vide Nonium. *Carrio.*

**Nullo circumadnente]** Hoc est, Nemine sociorum juvante me aut frumento, aut commentibus. *Douza.*

**Peram, et Heracleam]** Emendo Serivium ad III. *Æneidos.* 'Alii Heracleam appellatam volunt, quia Heracles Lacedæmoniorum reges.' *Putsch.*

**Peru]** Locus maritimus in Asia Minori circa Hellespontum, aut Euxinum mare. *Ortel.*

**Heracles]** Ponti urbs; in Bithynia Straboni, Xenophonti, et Ptolemæo; ubi descensum ad inferos fabulantur Poëtæ. Bonacciolus hodie Anpep, Niger Pendarachia nomen habere ait. Hanc Heracleam Ponticam, ut apud Dioscoridem est, Serapio vocat Dadiabentichi. *Idem.*

**Apud Cabira]** Ibi fuit Mithridatis sedes. Strabo: *ἐν δὲ τοῖς Καβείροις τῆ βασιλείᾳ Μιθριδάτου κατοικεῖσθαι.* Col. **Cabira]** *Καβείρα*, Inferioris Asiæ oppidum Stephano.

**Inter me, atque Lacullum præliis, inopia rursus ambos incensit]** Hæc ex 4. hist. Carisius l. 1. recitat. in quo, *Prope, pro, Præliis*, mendose legitur in vulgatis libris. *Max.*

**In Armeniam]** Armenia, regio Asiae inter Taurum et Caucasum montes, a Cappadocia ad Caspium mare usque protensa: ab Armenio Thessalo, Jasonis comite, inquit Strabo, dicta. Major Armenia, inquit Plin. l. IX. post Mediam ad occidentem occurrit. Ea, ut ait Ptolemæus, a septentrione Colchidem habet, Iberiam et Albaniam: ab occasu magnum Euphratis cursum, qui Cappadociam, minorem Armeniam et Syriam Comagenem relinquit: a dextris ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, qua montes Caspii assurgunt, a meridie Mesopotamiam atque Assyriam. Montes in Armenia sunt Moachici, qui supra partem Ponti ad Cappadociam se efferunt: Pariedrus, in quo fontes habent Euphrates et Araxes fluvii: Antitaurus, qui ab Euphrate scissus, et Mediam percurrens, postremo Albus appellatur: Cordica, ex quo Tigris oritur: Taurus ac Niphates, qui Mesopotamiam atque Assyriam ab Armeniis determinant: Caspii, qui vergunt ad Medos, et Caucasii, qui septentrionalia Iberiam versus Albaniamque concludunt. Flumina quatuor, Cyrus, qui monte ortus Caucaso a sinistris, Iberiam Albaniamque dimittens, Armeniam a dextris, in Hircanum defertur pelagus: Araxes, Phasis, et Lycus, Tigris, Euphratesque. In Armenia pretiosum inter reliqua aromata nascitur Amomum. Armeniam Hebræi Ararat vocant. In ea civitas Artaxat insignis. Inde Armenii et Armeni dicti. Vide Ptolemæi tabulam Asiæ IV. Plin. l. 1. et Strab. II. Plura de Armenia apud Stephanum. In majorem et minorem distinguitur, quarum partes ab Ortelio, diligenter ab Eustathio collectæ, enumerantur.

**Ceterum consilium est]** Charisius l. II. 'ceterum quomodo positum est: pro alioquin consilium est, an reliquum consilium est? ceterum, non erat opus viros doctos concorditer

hæc ex nescio quibus libris inserere, repugnante sententia. *Putsch.*

*Finem Oceanus]* Dionysius Halicarnass. 'Romana urbs imperat toti terræ, qua quidem inaccessa non sit, habitaturque ab hominibus; sed et toti mari imperat, non solum huic intra columnas Herculeas, sed ipsi Oceano, quacunquæ est navigabilis, PRIMAQUE ET SOLA ab omni ævi memoria terminos sibi potentia fecit, Orientem et Occasum.'

*'Nisi ruptum habere]* Id est, Armis quæsitum, aut per injuriam: id quod Lepido Philippus objecerat supra; et fortasse hic ablativus ille reponendus, ut fiat: *Nisi armis partum habere.* Et certe hoc altero illo multo numerosius. *Douza.*

*Conjuges]* Verbum, *conjuges*, non aucto, quam ad raptum Sabinarum refertur. Galgulus etiam apud Tacitum in vita Agricolaë, Raptores orbis appellat Romanos. *Ursin.*

*Peste conditos orbis terrarum]* Quid si legamus, *Pesti?* hoc est, exitio sive in pestem atque perniciem orbis terræ procreatos a Romanis videlicet in servitutem redacti. *Douza.*

*Trahant, excidentque, omniaque, et maxime regna, hostilia ducant]* Hæc verba, ex eadem quoque epistola, ita in vv. cc. leguntur: *Trahant, excident, omniaque non serua, et maxime regna hostilia ducant.* Quæ lectio non displicet; nam paulo supra dixit: 'Me, quia fama erat divitem, neque servituum esse, per Nicomedem bello laecessiverunt.' Paulo post Faërus legebatur: 'Regnum Persidis inclutam divitiis, non, *inclutis.* Item in vv. cc. est: *Quod haud difficile est, pro eo quod vulgo legitur, quod difficile non est.* *Ursin.*

*Non serua et maxime regna]* Quid illud, quod in libris omnibus legitur? *omniaque non serua et maxime regna hostilia ducant:* nisi forte, non serua, pro illa quæ libera sunt, nulliusque imperio parent, acceperit. *Carræ.*

*Cui Seleucia maxima urbium]* 'Seleucia Elimaidis, Persicæ regionis civitas.' Plin. Item Comagenæ, ad Euphratem fluvium Straboni, Plinius eam Parthorum cognominat, et Babyloniam quoque vocari addit. Barchad Nigro, Mosal Masio dicitur: Baudra autem, Pineto: Novem Seleucias extruxisse Selencum Antiochi filium auctor est Appian. in Syriacis.

*Seleucia]* Non semel illa apud antiquos cum Babylone confunditur: quippe Seleuciæ vicinitate Babylone exhaustam Plinius dicit in solitudinem rediisse. Nec multo aliter Strabo l. xvi. 'Babylonis partem Persæ diruerunt, partem consumpsit tempus, partem Macedonum negligentia, præsertim postquam Seleucus Nicanor Seleuciam ad Tigrin condidit, stadiis tantum trecentis a Babylone dissitam.' Hæc ille. Itaque in Babylonis opes et nomen successit Seleucia, quæ non solum Babylonia (et apud Plinium et alios *διὰπερυσίας*, quia non una fuit Seleucia) sed et Babylon appellata est, sicuti Stephanus de Urbibus ostendit, cum dicit: *Βαβυλῶν Περσικῆ πόλις, μητρόπολις Σελευκία καλουμένη.* En Babylonis ipsam nomen Seleuciæ tributum. Quo etiam referenda hæc Sidonii carmina: 'Non coctam Babylona personabo, Quæ largum fluvio patens alumno, Inclusum bibit hinc et inde Tigrin.' Porro in eodem, quo Seleucia loco, vel certe in proximo, Bagdad postmodum conditam fuisse oportet, cum utramque ad ripam Tigridis et fere in eadem a Veteri Babylone distantia describant Geographi. Nam trecenta illa stadia, quibus a Babylone Seleuciam distare scribit Strabo, sunt miliaria prope xxxviii. id est, diurnum illud iter Bagdadum et rudera Babylonis interjectum juxta Texeiram, qui ex Emirchondo Persarum Historicæ testimonia quoque de ejusdem urbis situ in medium profert. *Bochart.*

*Regnumque Persidis inclutis divitiis est]* Faërnus *inclutum divitiis est*, legitur. Ciacc.

*Regnumque Persidis inclutis divitiis]* Vereor ne *incluta* scripserit Crispus. hoc enim semper fere cum auferendi casu copulatum reperio: nisi quis fortasse *inclutum* legi malit: quod nec mihi quidem displiceret, nisi hoc a vestigiis receptæ scripturæ longius aliquando recedere videretur. Douza.

*Extinguntur omnia, aut occidunt, &c.]*

Id est, Romani hac via grassando aut pessum dabunt omnia, aut ibunt ipsi. Dicam planius: Aut universa perditum ibunt, aut peribunt ipsimet, non radicibus modo, verum etiam eradicatus; valentiores scilicet adversarios nacti, seu nos, sive alios vindices in tempore adfuturos: quod difficile non est, si modo viribus in unum conjunctis mutuas pariter operas tradere velimus, &c. Visum est hoc etiam inter alia levioris notæ animadversione dignum: ne quis videlicet scripturæ similitudine deceptus, et *occident* istud penultima longa effeendum autumans, alios porro secum in erroris nassam a vero possit abducere. *Idem.*

*Quod difficile non est]* Mss. *Quod haud difficile est.* Ciacc.

*Si tu Mesopotamia, nos Armenia circumgredimur]* Hic locus in vett. libris emendate legitur, ad hunc modum: 'Si tu Mesopotamia, nos Armenia circumgredimur exercitum sine frumento, sine auxiliis; fortuna aut nostris vitis adhuc incolumem.' *Nostris vitis* autem dixit, pro, *Nostra culpa et segnitia* aut discordia. Ciacc.

*Circumgredimur: exercitus]* Locus qua a scriptura, qua ab interpunctione valde mendosus: scribe, *circumgredimur exercitum sine frumento, sine auxiliis, fortuna aut nostris vitis incolumem.* Carrio.

*Auxilio profectum magnis Regibus]* Hoc non sui honoris ipsius modo, verum et Tigranis, genesi sui gratia

dicere videtur: quippe qui, ultra mortalium morem, prorsus barbarico fastu fumens, ac ceterorum omnium præ se contemtor, et Magnus, et Rex Regum audire volebat: eo magis, quoniam non contentus Mediæ, Syriæque, ac Palæstinæ ditiones Armeniæ regno adjectas, lege belli suas fecisse; gentesque omnes finitimas sub inhumanissimum jugum misisse victas, rebus ei supra votum fluentibus, Parthis insuper ob interna mala afflictis, Asiæ imperio per vim extorto, opes eorum tantam non ad interuersionem attriverat. Nam de Mithridate ipse melius silere puto, quam pauca dicere, qui non Magni modo, sed et Maximi Regis cognomento ormandus ex rebus gestis videretur, nisi major Mithridate, qui Mithridat. devicit Magnus: 'Ille tremor Ponti, sævi quoque terror Hydaspis.' Major, inquam, illo, imo ipso etiam sese, quod tanti hostis, postea debellati cadaver ad se delatum oculis usurpare non sustinens, dignum insuper habuit, quem ob virtutem ac rerum gestarum gloriam funebri laudatione honestans, Regem ætatis suæ præstantissimum appellitaret: qua de re Appianus, qui volet, consulat. Merito ergo Magni Regis cognomentum et Tigrani, et sibi, tribuit Sallustianus Mithridates. Douza.

*Neu malis pernicie nostra unum imperium prolatare]* Præclare et illi libri hoc loco habent: *Neu malis pernicie nostra tuam prolatare*, quasi nil aliud sit, Mithridatem non juvare, quam tantisper, dum Mithridates vincitur, Arsacem suam pernicem prolatare, quæ tamen, Mithridate victo, in illam sit casura. Ciaccinius.

*Pernicie nostra unum imperium]* Alii, *nostra tuum imperium.* Vaticanus, *pernicie nostra tua prolatare.* Optime vultus editio, ut et Fabri et Bricconetti: *non malis pernicie nostra tuam prolatare, quam societate victor fieri.* Carrio.

*Pernicie nostra unum imperium]* quæ



latere] Placet scriptura, quam alii, partim ex membranaceis libris, partim ex veteri editione errorunt: *Neu malis pernicie nostra tuam prolatate, &c.* Eodem significatu, quo paullo superius scripserat: 'Ptolemaeus pretio dtem belli. prolatans.' Hoc vult Mithridates, Tigrane secum a Romanis oppresso, Arsacem finem belli (id quod cum argumentis, tum exemplis aliorum Regum ostenderat. aptea) haudquaquam futurum, sed ulterius gradum, impetumque adeo in regnum ipsius facturos: quod eos jam pridem totis animis invasisse dicit, cupidine profunda imperii, ac divitiarum. Quod ut animadvertat, monet; neu fallacibus ipsorum dictis fidem habeat: quibus hoc unum student, ut belli moram ab Arsace redimant modo; fidem haud longius servaturi, quam dum utrumque, hoc est, et Mithridatem et Tigranem affixerint. Qua re patrata, præsens ipsi exitium a Romanis paratum esse: ac duobus Magnis regibus victimarum in morem mactatis, tertium Arsacem quasi succidaneum datum iri. Suadet itaque Arsaci, ut dolum ipsorum in præsens, ac bellum in posterum caveat: neu solum firmiorem se ad resistendum fore speret, quam si fœdère inito Reges tres potentissimi, veluti Geryon aliquis tricorporeus, uno animo pergentes, sociatisque opibus undique Romanos, hoc est, latrones gentium pariter eant oppressum; victores haud dubie discessuri. Cujus rei effam facilitatem summa cum gloria conjunctam ostentat, eo magis, quod exercitus ipsorum procul ab domo, auxiliorum, comœatum, omnium denique honestarum rerum inopiam patiens, parvo labore confici, ac disperdi posse videatur. Hoc honestius certe, sapientius, securius denique, quam ut dum alienis laboribus tutum fore se sperat, armis abstinendo, ac se quasi medium garundo, occasiones rei bene gerendæ amittat: atque hoc

modo et belli, et perniciei suæ diu prolatans, tandem pro intempestivis falsæ quietis induciis, mox futuri mali sortem pariter cum usura deperdat. Douza.

*Vulcanalia*] Ea vetus Calendarium refert ad diem 23. Augusti: Festus autem ad diem 29. ejusdem mensis. Celebrabantur autem in honorem Vulcani, et ludi fiebant in Circo. Flavius: quo die etiam populus pro se animalia in ignem mittebat. Hæc festa diversa a Vulcanalibus, seu tubilustriis, quæ habita undecimo Calendaris Junias, vel, ut aliis placet, decimotertio: quod Vulcani Festum fuit institutum ad Instructionem Tubarum, unde Ovidius sic cecinit: 'Proxima Vulcani lux est, quam Lustria dicunt, Lustratur puræ, quas facit ille, tubæ.' Templum Vulcani a Romulo extra muros Urbis fuit positum, vel quod filius Martis quæ existimaretur, propter fabulosam illam Vulcani adversus Martem Veneris, causa simultatem, Vulcanum in eadem urbe eodemque cum Marte domicilio esse noluit: vel, quod verisimile est, quum Romæ ab incendiis statim a primis temporibus multum esset periculi, colendum quidem Deum igni præfectum, sed extra Urbem locum ei assignandum statuerunt, ut Plutarchus refert in *Quest. Rom. Quest. 47. Hospinianus*. Vulcanus, in cujus honorem Vulcanalia instituta sunt, idem est procul dubio cum Tubalcaino. Ab hoc igitur Vulcano ærariam et ferrariam artem, atque ejusmodi conficiendorum instrumentorum, quæ sacra historia patris attingit, rationem primum repertam esse ipsimet Ethnicis scribunt. Itaque ferreos et æreos opifices illi consecratos esse docet Plato l. ii. de LL. Quare sic pingebant, ut refert Albericus lib. de Imaginibus Deorum, fabri similitudine; malleum manu tenens, et ad latus officinam habens ferrariam. Apud Homerum

Ilud. l. xviii. mentio fit admirandorum tripodum a Vulcano fabrefactorum. Sed et arma ab iisdem diis facta scribit ex Ethnicis auctoribus, Lactantius l. 17. quoniam Pausanias l. ix. ait, nullum in tota Græcia egregium Vulcani opus extare, præter sceptrum Agamemnonis. Vulcanus quoque ex mente Ethnicorum Deus artium appellatur ab Augnatio de Civit. Dei, rv. 10. Quod et ante eum Plutarchus in tractatu de Aquæ et Ignis comparatione dixit. Nam usum ignis ad fundendum et confundum metalla primus invenit Vulcanus iste, ut ait Lactantius l. 6. et lib. de Ira Dei, c. 18. Sicuti autem Tubalcainus cum Vulcano idem, ita et Nabama soror Tubalcaini eadem cum Venere,  $\Delta\psi$  maham enim venustam, formosam denotat. Porro apud Festum legas, quotannis mense Junio trans Tiberim piscatorios ludos fieri solitos a Prætoribus Urbano pro piscatoribus Tiberinis, quorum questus perveniret in aram Volcani, quod id genus pisculorum vivorum datur ei Deo pro animis hominum. *Finger.* Hoc addo, ideo fictum fuisse Poëtarum fabulis in Lemnon Vulcanum cecidisse, quod illa ignibus esset obnoxia; unde Seneca in Hercule Cæteo: 'Quam tanta nubes flamma Sicantæ vomit, Quæ Lemnos ardens?' Ignis autem Lemni erumpebat maxime e monte Mosychlo, de quo Hesychius et Nicander in Theraicis, ad quem Scholiastes citat ex Antimacho: 'Ἡφαίστου πύρι δαειλον, ἢ ῥα τῆρὸς κεῖ Δαίμων ἀποτόνται ὄρεος κορυφαίαι Μοσύχλου. Id est: 'Quales in summa rupe Mosychli Mulciber accensis formacibus excitat ignes.' Vide Bochartum de Colon. Phœnic. l. 12. 'Quam maximis itineribus per regnum Ariobarzani descendit' Ariobarzani tam hic, quam in epistola Mithridatica, proinde ut vulgo legitur, censeo reponendum, quicquid dicant alii, antiquo casu. Sic et Regnum Persi Ma-

cedonicum idem dixerat supra, pro Persis. Sed et Cicero, 'Filium Verri,' pro Verri, et Virgilius, 'Immitis Achilli,' pro Achillis. Qua de re Probum vide in Catholicis. Douza. ; Euphrates] Vide infra, ubi de Tigride et Euphrate ejusque alveis late agitur. Cappadocia] Καππαδοκία, Asia Minoris regio. Hodie Almasia est Jacobo Castaldo; Genech Thæneto; Toccato Alalulien Pineto. Straboni et Halicarnassæo hæc Cappadocia quoque Leucosyria dicitur, Λευκοσυρία. Cappadoce a Græcis Syros nominari, scribit Herodotus l. 1. Pythætos cognominatos aliorum differentia, scribit Eustathius: quod ex igne futura prædicebant. Caphorim Hebræis dici, docet ex Onkelo Arias. Joseph. lib. Antiq. 1. dicit Hebræis Meschinos (Μέσχινοι) nuncupatos incolas. Strabo tradit Cappadociam in duas satrapias a Persis divisam, in eam quam proprie Cappadociam; et Cappadociam ad Taurum, item Magnam cognominarunt: et alteram, quam Pontum, et Cappadociam Ponticam dixere. Hæc Pontica eodem auctore, sub Archelao rege, in quinque præfecturas distincta fuit. In Lavinasenam Λαυνασσηνήν, nempe, (vel Laqissinam, Λακισσηνήν) Sarguseam Σαργυσηνήν, Saravenam (hoc in Græco non invenio) Cammanenam Χαμμηνήν, et Maromenam, Μαρμηνήν. De hæc Cappadocia intelligit vetus Adagium, 'tria Cappa pessima;' uti ex Isidori Pelusiotæ Epistolis videtur. In eodem quoque idem Strabo dividit eam quam Magnam dixit, scilicet in Melitenam Μελιτηνήν, Cataoniam Καταονίαν, Ciliciam Κιλικίαν, Tyantim Τυαντίαν, et Isauritiam Ἰσαυρίτιαν. Sed quod hic quoque addam, est, quod Ptolemæus Sargarausena, Σαργαυραωνή, et Garsauria, Γαρσαυρία, legit. Apud eundem Melitena, Καταοπία, et Lavinasensis, in Armenia Minore; et Isauris, in Galatia ponuntur. Tempore

Greg. Nazianzenſi Cappadociam in Cæsarienſem et Tyanenſem dividebat. Porphyrogenneta eam dividit in Charsianam, Armeniacam, et Cappadociam Minorem, item in Cataoniam, Tauricam, et Mediterraneam. Cappadociæ regionibus jungit Plin. VI. 3. Gazazenam, et Colopenam. Liber Notitiarum habet Honoriadem Cappadociæ regiunculam: hujus mentio etiam fit in Cedreno, et Novellis Justiniani. Appianus de bellis Syriacis nominat quoque Cappadociam Seleucidem, a Selenco rege sic cognominatam. Pro Sargauria apud Ptolemæum legunt ejus interpretes Gardacreta, mendose omnes: unum Noviomagum semper excipio. *Ortel.*

*Naves codicariæ*] Festus in epitoma: 'Caudicariæ,' inquit, 'naves ex tabulis crassioribus factæ.' At in veteri inscriptione, CODICARI NAVICULARI INFERNATES. Item: CODICARI NAVICULARI ET QVING. CORP. NAVIGANTES. Videndus Seneca in Comment. de vitæ brev. ubi de Claudio Caudice, et Varro de vita pop. Rom. I. III. apud Non. qui citat locum Sallustii; nam habet: 'Quod antiqui plureis tabulas conjunctas codices dicebant, a quo in Tiberi naves codicarias appellamus.' *Ursin.*

*Equites Cataphracti*] Huc pertinet alterum Sallustii fragmentum, quod eodem loco Servius profert his verbis conceptum: 'Equis paria ornamenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexerunt,' &c. Ex quo loco satis aperte Servius docet, Cataphractos equites esse, qui et ipsi ferro muniti sunt, et equos similiter munitos habent. Videndus Tac. I. XVII. Ubi de Cataphractis ait: 'nebulosissimo cuique tegmen ferreis laminis,' &c. et Liv. I. XXXV. cujus verba sunt: 'Equitum mirabilem vim trajici Hellespontum in Europam partim lortatos, quos cataphractos vocant, partim sagittis ex equo utentes,' *Ursin.*

*Equites Cataphracti, &c.*] Justinus I. XLII. 'Munimentum (Parthis) equisque lorice plumatæ sunt, quæ utrumque toto corpore tegunt.' Similia et infra dicit Sallust. ubi Plumæ similitudinem Sallustius et Justinus expressere, quam alii plerumque squammam vocant, unde et squammate lorice. Certe non differunt squammæ et plumæ specie modoque contextus. Utramque similitudinem Maro junxit I. XI. sub finem, addens materiem æneam: 'Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis In plumam squammis, auro conserta tegebat.' De equitibus non ita mirum, sed illud, equos similiter ferro totos quidem et usque ad ungulas tectos fuisse. Egregie Claudianus II. in Rufinum de lamellis consuetis: 'Flexilibus inductis hamatur lamina membris Horribilibus visu: credas simulachra moveri Ferrea, cognatoque viros spirare metallo: Par vestitus equis.' Hæc fuere olim Equorum Equitumque munimenta et tegumenta, an verius impedimenta. Nam certe pondus subinde et rigor (etiam si squammata essent) impediebant inferre vulnera, æque atque accipere. Tacitus I. I. Histor. de Sarmatarum armatura: 'Tegmen ferreis laminis, aut præduro corio consertum, ut adversus ictus impenetrabile, ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum.' De iis ita Vegetius II. 22. 'Cataphracti equites, propter munimina, quæ gerunt, a vulneribus quidem tuti, sed propter impedimentum et pondus armorum capi eos facile est.' *H. Hugo.*

*Menstrua solvenda*] Tacit. Histor. V. de Asphalto, 'Fugit cruorem, vestemque infectam sanguine quo feminae per menses exsolvantur.' *Ciac.*

*Menstrua solvenda*] Turnebus XV. I. ait, 'hoc loco menstrua solvere, esse sacra solvere, quæ mense quoque dabantur.'

*Menstrua solvenda*] Si in *Lesi* hujus

enarratione frustra me dixero alias fuisse, profecto haud ementiar. Nec tamen mirum, cum (ut Petroniani Bolleii expurgatione in rem meam utar) et homo sim, et adhuc juvenis; adde Lucretii (at quanti Poëtae!) auctoritate inductus; apud quem istiusmodi exemplum legeram: 'Tempore eo si odorata est, quo menstrua solvit:' ubi de muliere menstruali, ac sanguinis profusio abundante loquitur. Itaque in eadem fortassis nunc etiam persuasione hærerem, nisi me errantem humanitas, comitate (ut solet) sua, facile in viam redxisset Lipsius, pariter autem vellendo, et admonendo, existimare se *Menstrua* hoc loco non pro Mensibus genitibus, sed pro Sacris potius accipienda; iis dico, quæ quot mensibus pro exercitiis incolamitate, et maxime salute suorum, persolvi, nescio an Romani, Barbari certe moris antiquitus fuisse videtur: quam quidem ego hominis ingeniosissimi, et omnium sine controversia doctissimi, interpretationem, non amplius primam pronunciaré ausus, ipse mecum et cum animo meo curiosius aliquamdiu agitassem, accessit tandem ad Lipsianam sententiam auctoritas Plutarchi, apud quem (ut forte an consilio in Crassum ejus incidideram) hæc verba inveni: οὐδ' ἐπειρώσο μὲν τὴν ἀσθενοῦ ἀποκρίβειν, τὰ κρωτῆ καταμάχοντες: ἐφθόντες δ' ἐπὶ δυοῶν γυναικῶν προθυμῶν τοῖς πολέμοις, ἐκιδόντων, εἰ μὴ Κράσος δέξεται ἐπιφανῆς, μάχην ἴσθε πασῶν καρτερῶτάην. Id est: 'His imperat (Crassus) ut quam possint occultissime iter faciant, qui studentes hostem fallere, galeas frondibus contexere, conspecti autem a duabus mulieribus, quæ sacrificabant pro salute hostium, in periculo fuissent, ni celenter interveniens Crassus pugnam commisisset multo acerrimam,' &c. Vides, quantum a Plutarcho Sallustius, a Sallustio contra Plutarchum accipiat lucem. Nam absque illo foret, nec per quæ

*Delph. et Var. Clas.*

mulieres, Italicæ, an exoticæ generis; nec a quo loco, nec quo diei tempore: nec qua occasione insidiæ tantæ militares detectæ fuerint, compertum quicquam haberemus. Nunc ex Historicis nostri reliquiis discimus, lumine adhuc incerto, hoc est, sub matutinum crepusculum, opera mulierum maxime, et quidem nationis Gallicæ istud ipsam evenisse: hoc amplius; causam deprehensionis ejus, turbæ vitiationem, fortuitumque secesum, atque ascensum exstitisse, in solum ac devium (uti apparet) montem ejus rei gratia factum, quo videlicet majore cum silentio ac religione, extra conventum, sacra illa peragi possent. Unde et liquido est animadvertere, quam curiosa ubique Rerum, Temporum, Locorum, Hominum denique tractatione Historiam suam exsecutus Sallustius. Qua sane mihi ad miraculum usque disertus ac prudens omnem humani ingenii captum supergressus videtur; Historicorum quantum est, erit, aut fuit unquam, haud dubie princeps: et cui illud de Mæonio Poëta volgatum optimo jure tribui possit, 'Longe erit a primo, quique secundus it.' Douza.

. *Pluteos*] Tabulæ, quibus aliquid præsepitur, auctore Pompejo, *Plutei* dicuntur; et crates crudo corio intertextæ, quæ militibus opus facientibus opponi solebant, sub hoc vocabulo significantur.

. *Simul eos, et cunctos jam inclinatos, &c.*] Videndum an legi possit: *Cunctos jam inclinatos laxitas loci, et plures cohortes, &c. pariter arces invadunt.* Urain.

*Hi locorum perignari*] Puto corrigendum, *Hi locorum pergnari.* Sic supra: 'fiducia guaritatis locorum.' Item *foret, pro fuerat.* Sed et illud, *Ad eam artem,* non placet; malimque, *ad eas artes:* idque ex veterum librorum fide, in quibus disertus expressum legitur, *ad eas artes, mutatione facili & scilicet in e facta.* Douza.

*Sallust.*

8 L.

*Perma*] Est exiguum et rotundum scutum, sicuti et pelta fuit scutum parvum et leve, a quo peltastæ et peltati pedites dicuntur. Cætra quoque inter exigua scuta fuit, ut scribit Marcellus.

*De pecora*] Carisius l. i. notat *pecu* et *pecus pecoris*, et hæc dno Sallustii verba adfert. Servius autem l. iii. Georgicon et Martians l. iii. reliqua commemorant, nullo tamen adjecto libri numero, quæ ego primum inter se conjunxi, deinde hoc libro, hoc etiam loco posui, quod cum eo, quod præcedit, optime congruerent: dicit enim Sallustius eos scuta e viminibus nexuisse, illisque coria de pecore recens detracta imposuisse, quæ quasi glutino adolescebant: quo etiam pertinet, quod idem scribit Servius, Sallustium dicere Lucanos de vimine facta scuta coriis tegere, *Æn.* l. vii. Carisius l. ii. 'glutinam,' inquit, 'dixit Varro in Scauro, glutinum Dædalum invenisse, quam declinationem Sallustius sequitur, cum dicit; quasi glutino adolescebant:' idem eodem: 'Varro in Scauro, glutinum ferunt Dædalum invenisse, quam gaudium, præmissim. itaque Sallustius istius potius declinationis usum secutus, Glutino, inquit, adolescebant, ut gaudio, præmio:' quas duas postremas voces cum exempli causa adferat Carisius, easque superius etiam cum Varronianis composuerit, mirari satis nequeo eorum ignaviam, dicam, an imperitiam, qui eas ut Sallustianas habuere. *Carrio.*

*Tartanium*] Annem Bithyniæ.

*Eos qui hoc malum, &c.*] Retulit inter hujus libri reliquias Ludovius Carrio, sed cum in Nonii Marcelli codicibus tum recentioribus cussis, tum etiam Mss. vetustioribus, unde hæc desumpsit Carrio, fragmento huic Siennæ, non Sallustii nomen præfixum sit, eo unde sumtum est me quidem iudice relegabitur tantisper, donec hujus constitutionis ratio red-

datur. *Putach.*

*Improbe patibulo eminent affigebatur*] Hoc in navibus factum fuisse, ex eo apparet, quod ante dixit, 'aut male dependens verberabatur.' Igitur legendum videtur, *in prova patib. s. aff.* Ciaccon.

*Immutilato corpore, improbe, &c.*] Ciacconius: *In prova patibulo eminent.* Lipsius l. ii. Antiq. legit: *In proris.* Neutrum placet. Ego ad Criticum Senatam adferre hæc meam emendationem non dubito: 'Aut immutlato corpore improbe, patibulo eminent affigebatur.' Coler.

*Immutlato corpore improbi*] Multa multis ad hunc locum dicta, quæ recitare quid attinet? Mihi dubium non est veram esse lectionem in *puppi*, quam Illustrissimus Scaliger in Manonii exstare indicio fuit sic scriptam, in *poppo*. *Putach.*

*Improbe patibulo*] Locus non injuria de mendo suspectus: neque tamen quo mendum tollatur reperio. Sunt qui legant, *in prova*; non placet: itaque amplius cogitandum. *Carrio.*

*Improbe patibulo*] Improbum patibulum hic excelsum denotare videtur. Sic *improbis usus*, pro grandioris staturæ homine: item *improbioribus*. Aliæ enim cruces aliis fuerant. Enimvero fatendum est, quod altitudinem crucis spectat, alias aliis majores statui solitas, etiam in vulgari et ordinario latrosum et servorum supplicio. Nam prout robustiores essent, et altioris staturæ, qui erant cruci affigendi, vel infirmiores, ita erux illis altior, aut humilior commingebatur. Patibulum quidem proprie dicitur de transverso ligno, sicuti et patibulum pro sera sive vecte, quæ ostia occluduntur, dictum a Titianio notat Nonius. Cum tamen hæc vox pro cruce ponitur, tota ea intelligenda est. Sicuti hic apud Sallustium nostram. Itaque errat hic Lipsius, quanquam locum ex Carbonaria Plantæ apud Nonium adducit: 'Patibu-

lum ferat per urbem, detode affigat crucis. Sed fallitur. Vide Salmas. de Cruce.

[Claus lateribus pedem] Laudat Fragmentum istud Fronto, confirmare se studens auctoritate Sallustii, probe oppido, se Latine dici: *Albus pedes tot*. Sed cum in hoc exemplo nec vola, nec vestigium silectionis ejus usquam genium compareat; cui dubium esse potest, quis vox *albus* mala manu latine subiecta redo-

vari Sallustio debeat; resistsique fortasse hoc modo: *Claus lateribus pedem albis*? Douza.

[Naphthas] Probus Catholicis, hoc hujus Naphthas genus ei el cedrina similis, Sallustius l. iv. hist. dixit.

[Naphthas] Alioqui et flos terræ bituminis ita vocatur, circa Babylonem copiosissime proveniens, cui tanta est cum igne cognatio, ut flamma transiliat in barn undecunque visam. Auctor Plinius II. 105.

## LIBER V.

[At Lucullus, &c.] Hic consul fuit A. U. CCLXXXV. una cum L. Metello, fratre Q. Metelli Cretici, qui (ut auctor est Pedianus) Consule Pompeio Sicilia Pactor fuit. Sed et ipso sub initium Consulatus sui, et successore suo, antequam Magistratum eum iniret, defunctis; nemineque in locum porro ejus subrogato, solus eo anno Consulatum gessit; cujus hic mentionem injicit Crispus, haud alio referendam, quam quod Lucullus, comperto Regem istum cum tribus Legionibus in Ciliciam (quæ eidem provincia cum exercitu decreta erat) per Lyeaoniam tendere, suis militiam detrectantibus, ac jam abnuentibus omnia, auxilium ejus adversus Mithridatem imploravit: sed frustra; id quod ad proximum Fragn. docebitur. Douz.

[Lycæontem] Lyeaonia, Asia Minoria, in Cappadocia, regio: vicina Isauria, Ptolemeo. Idem alios Lyeaones habet in Lycia, ad Lycum fluvium; quos aliquando *Æseos* (Αἴσηοι) dictos scribit Halicarnassæus I. Hi postea in Italiam profecti Cenotri dicti fuerunt. Pro *Αἴσηοι* suspicatur Syllurgius *Αἴσηοι* scribendum. Est et Phrygiæ Minoris urbs Lyeaonia, D.

Hieronymo, in locis Hebraicis. Ortel.

[Ciliciam] Cilicia *Κιλικία*, Asia Minoris regio. Josepho dicitur hæc Tarsus. Item Stephano. Chalah tamen Hebræum nominari, auctor est mihi Arias Montanus. Acan, *Ακαν*, aliquando vocatam, tradit Etymologicon. Hodie vocatur Turcomania et Finichia, a vico quodam magno; ut refert Marius Niger. Incolas prius Achæos appellatos scribit ex Herodoto Stephanus: ego Hypachæos apud eum lego. Idem Stephanus tradit eos etiam Trachiotas vocari; quorum mentio etiam apud Strabonem IV. Item XIV. ubi Ciliciam in asperam et campestem distinguit. Lithia appellat Serapio, cap. de coelo infectorio. Cilicia etiam Cappadocia præfectura Ptolemæo: quæ Straboni Eusebia ad Argæam nominatur. Eadem, si fallor, cum ea quam Joan. Chrysostomus Epistol. 125. ad Cyriacum, Taurociliciam nominat. Idem.

[Legiones Valeriana, &c.] M. Achilium Glabriorem intelligit, qui A. U. CCLXXXVI. cum P. Pisone Consul fuit, eique provinciæ ista una cum Mithridatico bello decreta. Sed ha-

riofor rescribendum: *Consuli datam, esse missos esse*: quæ conjectura eo mihi firmior videtur, quo propior cum ad priores omnium editiones, tum vero etiam ad scriptorum codicum fidem accedit, in quibus probe et plane exaratum legitur, *Consuli datam esse, missos esse*; quod quam proclive fuerit imperito cuiquam exscriptori, ex nostro hoc *τῆ esse*, architectari, quis non videt? Ceterum, *esse missos esse*, ab armis dimissos, et quasi militaris sacramenti nexu exsolutos interpretor. Hic enim color erat, quem Legionarii illi Valeriani, animis a Lucullo pariter abalienatis, rebellionis suæ prætexebant. Desiderantur autem verba, quibus periodi istius clausula explebatur, puta, *Causantes, sen Præsententes*, militiam detractavere: quæ Priscianus, cui nos et hujus et prioris Fragmenti conservationem debere par est, per incuriam, ut solet, citare porro neglexerit. Quod ego hic a me dictum cupio, non quidem contextus augendi, sed interpretandæ sententiæ tantum: quæ clarius ut liquet, haud abs re fuerit, historiæ argumentum altius aliquanto repetere. Ea vero sic habet: 'Post Triarii cladem cum Lucullus advenisset; isque Mithridatem facile opprimere posse, si in eum perrexisset, videretur, ab exercitu suo desertus, nihil profecit.' Fuerunt autem Legiones, quæ primum sub Valerio Flacco, post sub Flavio Fimbria meruerant, quæ a P. Clodio sollicitatæ, quem stipendia sua se confecisse dicent, dicto audientes esse, ac Imperatorem in Mithridatem sequi recusarunt: præsertim vero, ubi Acilius Glabriorum Consullem Lucullo successorem Roma missum ad eas cupientissimis animis accepere, quæ Lucullo causa fuit, ut, cum militum suorum seditione, tum quod ne a Marcio quidem, (uti dictum jam antea est) Ciliciæ cum imperio præerat, auxilium impetraret, omnibus modis proditus desertusque a suis, Mithridate veteri hoste relicto, retro

in Tigranem convertit.

[*Comperto, lege Gabinia Bithyniam, &c.*] Sic Tacitus II. 'Comperto quæque Græcam literaturam,' &c. Et I. I. 'Cæcina, comperto vanam esse formidinem.' Et Livius I. XXXI. 'Satis comperto Erducam petiuros Romanos.' Simile est quod supra, *audito. Ciaccon.*

[*Bithyniam*] Vide supra p. 703.

[*Regem accersatur*] Tacit. Hist. IV. 'Vulgus aversari Regem, invidere Egypto, sibi metuere.' Ciaccon.

[*Ceteri negotia sequebantur*] Videtur legendum: *Ceteri negotia exsequebantur*. Quomodo notavimus supra ad fragm. I. III. scribendum esse, ubi est: 'Cunctique ordinum munia exsequi:' et in bello Catilinæ dixit: 'Cetera multitudo conjurationis suum quisque negotium exsequebatur.' Ursin.

[*Et uxori ejus frater erat*] Sic supra in bell. Jugurth. dixit, 'Liberis ejus avunculus erat:' et Tacitus libro IV. 'Asinius Gallus, cujus liberis Agrippina matertera erat.' Sic enim apud Tacitum legendum videtur, non ut in vulgatis editionibus, *liberorum. Ursin.*

[*Et uxori ejus frater erat*] Huic elocutioni parissima illa, quam supra libro primo habuimus, *Liberis ejus avunculus erat*. Innuitque haud dubie P. Clodium, qui, quod frater uxoris Luculli foret, primo se apud Imperatorem loco esse volebat: quod, quum ob flagitiosæ vitæ impuritas, summamque improbitatem atque insolentiam, minus ei ex sententia procederet, excogitavit homo malitiæ et arroganter confidens, quam potissimum ratione et quibus artibus Lucillum de Imperii fastigio dejectum præcipitem daret. Itaque invidia, atque ira, pessimis consultoribus grassatus, comperto, Fimbrianos milites (quos supra Legionem Valerianas, a Valerii Flacci Imperatoris quondam sui nomine appellavit) ad singula seditionum momenta jam pridem arrectos, intentosque diem notandis

rebus circumspicere; eosque, ac ceteros de factione, quorum cognoverat pronam audaciam, comparatis delinquentis subire institit: persuasitque facile animis lubricis, et jam inde ab antiquo turbare ac tumultuari assuetis, se non amplius sacramenti religione teneri: cuius rei species erat rogatio legis Maniliæ, qua provincia atque exercitus omnes, quibus ad id usque tempus cum imperio Lucullus præfuerat, Pompejo recens a Piratico bello reduci mandabantur, adjecta etiam Cilicia, quam Glabrio obtinebat. Proinde sic quasi ex Senati decreto una cum ipso Imperatore suo exauctorati, traducebant illi otiose in Gordyene tempus, Pompejum, aut quem alium Imperatorem ad succedendam Lucullo missum expectantes. Ex quibus omnibus perspicue patet, in Fragmento isto ordinem perperam ac præpostere servatum esse; et, quod nunc quantum legitur, ante superiora illa quatuor principe loco collocari debere. Quo etiam hand absurde meo quidem animo pertinere iudico exemplum proximum, illud, quod istud antecessit, volui dicere: 'Ceteri negotia sequebantur familiaria Legatorum, aut Tribunorum, et pars sua (anbandi, negotia sequebantur) commeatibus mercatis:'. Id est, militiæ vacatione, seu missione, non data, sed emta pretioque conciliata a ducibus suis: arte nostris etiam Strategis non ignara. Unde magis etiam videre est, quanta lubido Romanos istos manipulares tenuerit, veterem Imperatorem novo commutandi, ac relicto Lucullo se cum Pompeii victoris, ac bis Triumphalis coplis ambitiose coniungendi. Douza.

*Sape celebritatem nominis intelligitimentem]* Videndum an legi debeat, *Sed te celebritatem, &c.* Ursin.

*Nam si, &c.]* Fragmentum istud, Catuli Orationis partem fuisse, summatim a Sallustio recensæ, pro certo

mibi persuadet Plutarchus, ita super hac ipsa re in Pompejo suo disserens; Κατόλου δὲ κατὰ τοῦ νόμου προσελθόντος, πολλὴν μὲν αἰδούμενος ὁ δῆμος ἠσυχίαν παρέργεν. ἐπεὶ δὲ πολλὰ μετὰ τιμῆς ἀεπιφθόου ὑπὲρ τοῦ Πομπηίου διαθέν, συνεβόλευε φειδῶσαι, καὶ μὴ προβάλλειν τὸν τοιοῦτον ἄνδρα κινδύνοις ἐπαλλήλοις, καὶ πόλεμοις ἢ τίνα, εἴεν, ἕτερον ἄλλον, ἂν ἀπολόγηται τούτων; Id est: 'Procedente ad dicendum (advorsua legem Gabiniam) Catulo, magnum silentium tenuit reverentia ejus populus. Postquam hic multis Pompeii laudibus candide commemoratis, suavit ut parerent ei; nec periculis et bellis aliis ex aliis talem virum objicerent: Aut quemnam (inquit) habituri estis alium, hunc si amisieritis?' &c. Douza.

*Si Pompejo, &c.]* Quo hoc fragmentum spectet, coner demonstrare illo Paterculi loco l. ii. 'Digna est memoriæ Q. Catuli cum auctoritas, tum verecundia, qui cum dissuadens legem in concione dixisset, esse quidem præclarum virum Cn. Pompejum, sed nimium jam liberæ Reipubl. neque omnia in uno reponenda; adiecitsetque, si quid huic acciderit, quem in ejus locum substituetis? Succlamavit universa concio, Te, Q. Catule.' Meminit et Cicero pro L. Manilia, et Valerius Maximus VIII. 15. Plutarchus in Pomp. *Coler.*

*Quibus de causis]* Verba ipsa de Pompejo accipienda iudico, cui uni ad se accedenti Sullam assurgere solitum Appianus l. i. tradidit. *Carrio.*

*Quibus de causis]* Honoris scilicet. Servius ad Æneidos x. 'Quatuor erant apud Romanos, quæ ad honorificentiam pertinebant, equo desillire, caput aperire, via decedere, assurgere; hoc etiam præcones præeuntes magistratus clamare dicebantur.' Arnobius l. vii. 'Si quispiam viso potentissimi nominis viro, via decedat, assurgat, caput revelet, vehiculoque desillat, tum deinde salutet.' *Putschius.*



# NOTÆ VARIORUM

IN

## FRAGMENTA

### INCERTORUM LIBRORUM.

---

Ne] Ex quarto an ex quinto historiarum libro hæc in voce, *sublicium*, Festus adducat, nemo facile dixerit, sic enim in Antonii Augustini exemplo scriptum est: *Sallustius lib. qu.* qua nota quartus non minus quam quintus designari potest: præterea de verbis ipsis Sallustiana, cum ingens in Festo sit lacuna, minor dubitatio est, et ea re Festum ipsum exprimere, quam, nescio quid novum comminiscendo, in temeritatem incurrere, malui. *Carrio.*

*Cujus duas insulas propinquas]* Sunt qui fragmentum hoc vii. sunt qui x. Sallustii historiae, sunt qui xi. adscribant: sed cum præter v. superiores historiarum libros nullos a Grammaticis recenseri videam, et veteres codices sexto postrema hæc tribuant; omnino hunc numerum retinere malui. Neque enim mihi fit verisimile, reliquos eos, si modo præter sex, ut jam dixi, alii etiam a Sallustio scripti sunt, ita prorsus intercidisse, ne verbum quidem ex iis ut a Grammaticis afferatur: maxime cum novator ver-

borum Sallustius sui ubique sit similis: et aliis suis libris, si quos forte scripsisset, non minorem Grammaticis novas, imo veteres, loquendi rationes in iis observandi occasionem dedisset, quam iis, quos mutilos, laceros, concisos, perturbatos, et nulla ex parte sibi respondentes nunc in lucem edimus, suppeditaverit. Adde, quod illa ipsa fragmenta, quæ ex quibus historiarum libris sint desumpta, incertum est, cum ad hos quidem superiores libros pertinere certum sit, cui tamen unumquodque eorum debet assignari, non temere dixeris, sed ad fragmentum. Loquitur, quantum divinare valeo, de insulis fortunatis, ad quas victum voluisse ire Sertorium e Sallustio in historiis esse traditum, scribit in librum Epodon Horatianus interpres, sive is Acron est, sive Porphyrio; sed silentio prætereundum non est, me, pro satis constabat, scripsisse, *sitas constabat*: quod ne cui paulo humaniori non probem, non timendum mihi esse existimo. *Carrio.*

*Cujus duas insulas]* Multæ super

hæc loca c. torum opiniones. Aldus Manutius nono, Ludovicus Carrio sexto historiarum libro adscripsit. Colerus inter incerta referendum censuit. Nos vero cum videremus in quibusdam Nouii codicibus IX. in aliis XI. in aliis VI.) historiarum libro tribui, ad quartum relegandum petavimus. In Ms. fuit IV. quod non intelligentes inepti illi librarii in VI. in IX. in XI. mutaverunt, quæ omnia ex hæc priore scriptura mansisse nemo paullo humanior negabit: neque vero mihi cum doctiss. Colero sit verosimile, Crispam ultra V. historiarum libros conscripsiæ, peranasua auctoritate Grammaticorum, qui sane non insuper habuissent, verborum a communi usu remotorum delectum, et elegantiam, uti ex superioribus ita et ex his libris, si unquam fuissent, scriptis suis inserere. *Putabius.*

*Gadibus*] Gades Pomponio, Gadira *Γάδισα*, Ptolemæo, et Apollodoro: Erythia *Ἐρυθία*, Pherecydi, ut Strabo tradit: *Ἐρυθία*, et per syncopen *Ἐρυθία*, Stephano: Gadir Pœnis, auctore Solino et Plinio; qui *septem* eorum lingua significare addit. Pavimentum lapidibus stratum interpretatur Joan. Tzetsa. Hodie autem una exstat tantum insula, cum urbe eognomine. Gadix enim Hispani, et insulam et urbem, sed nautæ nostratæ Calis malis vocant. Juxta est exiguus scopulus, quem S. Petri Hispani nominant. Urbs Gadix, quæ Cæsari l. II. Civilium Gades pluraliter nominatur, Julæ Gaditanæ Augustæ nomen habet apud Plinium. In insula vero meditullio duntaxat hodie supersunt vetusti ædificii turres, Torres de Hercules incolæ dictæ. Herculeam hic olim delubrum habitasse, auctores sunt Strabo, Plinius, et Melan. De Gadibus multa Philostratus V. Has vero Fortunatas insulas nec nomino, nec nosco: nisi ex Plutarchi Sertorio, qui eas sub nomine Atlantidam descripsit. Corruptus autem

hic Nonius: nam pro *decem stadium*, *decem millibus* legendum, ex hoc loco Plutarchi. *Ortel.*

*Seruum bellum in angustiis*] *Seruum* hic explicat Grammatici crudele atque sævum. Virg. V. 'Seraque terrifici cecinerunt omnia vates.' Valerius Flaccus Argonauticon l. VI. 'Cum Juno Esonidæ non hæc ad vulnera cernens Esse viam, nec sic reditus regius parandos, Extremam molitur opem, funesta priusquam Consilia, ac seras aperit rex perfidus iras.' *Putab.*

*Illi tertio, &c.*] Aruslanus Messus; *citius eius colerius hæc re*: sic enim ibi scribendum est. Hoc autem fragmentum, etsi non dubito, quin ad librum quartum pertineat, quo bellum Mithridaticum describitur, tamen, ut certum, eo referre religio mihi fuit. *Carrio,*

*Pentum*] Provincia Asia minoris, clauditur juxta Strabonem, ab Occidente Haly flumine, ab Oriente Colchide: a Meridie minori Armenia, a Septentrione mari Euxino. Etsi Ptolemæus l. V. paulo aliter determinet: 'Pontus,' inquit, 'ab occasu ore Ponti et Thracio Bosporo: a meridie, regione, quæ proprie Asia dicitur, a septentrione parte Euxini maris determinatur.'

*Pompejus*] Suet. de claris gramm. c. 14. 'Lenæus,' inquit, 'tanto amore erga patris memoriam existit, ut Sallustium historicum, quod Pompejum oris improbi animoque invercundo scripisset, acerbissima satyra lacerarit, lastarum, lurconem et nebulonem, popinonemque appellans, vita scriptisque monstrosus: præterea priscorum Catonisque verborum ineruditissimum farcem.' *Carrio.*

*Pompejus, &c.*] Dii Critici istis male velint, vel faciant potius, oris quidem improbissimi, animo vero multo invercundiore; qui Sallustiano stigmati non contenti, quo Historicus ille animi verecundi notam

*Sensoria* tetricitate Pompejo in perpetuum inuasit; nobilem illam, omnibusque priscorum monumentis decemtatam oris ejus probitatem, in dudum insuper vocare sunt aasi: et quidem, quod indignissimum est, contra omnium librorum auctoritatem. Atqui, si non aliud, at certe Sallustiana eos scribendi ratio a criminatione ista reprehendere, ac retinere debebat; qui his eandem rem dicturus non fuit; nisi forte eum ab antiquo solemnino illo sermone, quod principem in ipso virtutis locum obtinere videmus, in hac historiae parte recessisse dicamus. Sed hoc verisimile non est: potius crediderim hoc Censorum genus, ceteros omnes ex suo ingenio probare consuetos, quosiam ipsis qua ore, qua animo, nihil improbius, nihil confidentius, eo probissimum illud caput, Pompejum dico, sui similem ratos, in hoc album, atque in has Tabulas retulisse, in quas ipsi jampridem, non sine multorum et famæ, et rei dispendio, nomina dedisse convincuntur. Hoc profecto verius, quam ut Crispum ullius aut tantologie, aut manifesti mendacii insimulare audeamus. Quod hercule ipsi evenire necesse fuerit, si de eorum, quos dixi, Phormionem sententia, improbitas oris hoc loco cum animi inverecundia copuletur: quæ duo germana, ac tantum non gemina esse res ipsa vociferatur. Siquidem ita natura comparatum videmus, ut qui os ferreum frontemque perfrictam gerant, abesse non possit, quin lidem animo pariter inverecundo, hoc est, in recessu impudentes reperiantur, et quidem semper: non e transverso, id quod ex hoc Sallustiano de Pompejo testimonio comparebit, si tamen ista (ut in reliquis fere editionibus est) ad pristinam formam reconcinnetur i *Pompejus oris probi, animoque inverecundo*. Atgate sane, ut in hoc scriptore omnia, maxime ob antitheta illa; *Animi, dico, inverecundiam*; cujus rei

testes cum primis invidia, atque ambitio Pompeji, quibus idem Lucullo (at cui viro?) victoriam cum imperio modo non e manibus impudentissime extorsit: (Nam de Carbonis ter Consulis, patroni, sive (ut verius cum Plauto dicam) Genii sui parricidio, incertum habeo, pudeat magis, an pigeat disserere) ingeniam deinde probitatem, quam in ejus viri ore, ac vultu toto, summa cum modestia habitasse, seque non sine rubore gratioso, quoties ad dicendam accederet, prodidisse extrinsecus, in tantis testimoniorum undique affluentibus copiis probare necesse non habens, unico Plinii modo iudicio contentus lectorem absolvam. Id vero lib. xxxvii. cap. 2. legitur istiusmodi: *Imago Cn. Pompei et margaritis*; illa regio honore grata, illius probi oris, verecundique per cunctas gentes, illa inquam ex margaritis, severitate victa, et veriore luxurie triumpho. *Donza*.

*Simulans sibi atum purgari*] In Servio est, *Simulans* alium purgare: sane bene, (atque ut multa paucis proloquar) Sallustianum in morem. Hoc est, adstrictè, ut ejus historici omnia. Cui simile Tibellianum illud: *Mox simulat transire domum.* Item apud Tullium: *Ulysses furere assimulabat*: putoque eum de Mario loqui, qui (ut Plutarchus in vita ejus tradit) cum sub noctem eum principes civitatis adissent, atque in Saturninum concitarent, his insciis admisit illum altera janua. Mox alvi profuvium apud utrosque causans, modo ad hos, modo ad illum in modibus transcurrit, eosque ita inter se commisit atque inflammavit. Scio, statim hic mihi objectum iri, facinus istud Marianum (quod a Plutarcho commemoratur) multis annis ante Lepidi et Catuli consulatus (ante Historiæ hujus initium Sallustianam fecisse; cum ex principe prioris libri Fragmento, tum ex Ausoniano Pro-

inspice- compertum habemus) eventus: que mihi plane confiteri lubet. Sed quid vetat paulo altius Historiam eam repetivisse Sallustium, quo videlicet ad mox futura porro instructor veniret lector? cui opinioni stabilis, et Jugurthini et Catilinarii belli, ultima ex origine deducti, exordia esse possunt. Nisi quis hæc ad dedecorem Carbonia exitum referri maluerit, quem idem Pintarchus narrat, post quaestiones a Pompejo aspere in eum ac violenter pro tribunali exercitas, abduci inde, ac trucidari iussam, ut gladium stringi vidit, locum et spatium breve ad alvum exonerandam sibi concedi postulasse. *Idem.*

*Communem habitum transgressus]* Hæc in magna Pompejum convenire, credi quid vetat? *Idem.*

*Exercitum argento fecit]* Tacitus Annal. v. 'Mittit qui auxilia mercede faceret.' *Ciccon.*

*Togam paludamento]* Hoc est a pace ad bellum migravit. Togis enim in pace utebantur Romani, ubi bellum advenerat, paludamenti: et Paludati in libris Auguralibus armati. Festus: 'Paludati in libris Auguralibus significat, ut ait Veranius, armati, ornati; omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici.' Ita quoque accipio paludamentum Lucilii versum: 'Pone paludatus stabat rorarius velox.' Emendandus quoque Servius ad illa Maronis: 'Vestro si munere tollis Chaoniam pingui glandem nentavit arista: Glandem vero mutavit arista, ita ait ut, 'totam paludamento mutavit:' lege, ut, *togam palud.* respicit locum hunc Sallustii. *Putach.*

*Hiero rex, &c.]* Hiero, Syraeusanus; cum esset ex duce rex factus, populi Romani perpetuus amicus fuit: ac cum omnis experta disciplina in morbum incidiasset, erudiri cepit, ac sese ultro sermonibus Physicis accommodare, doctorum palatium, dum per velle-

tudinem licuit, Poëti Pindaro et Simonide accessit unus est. *Ætians* de varia historia. Hic corporis pulchritudine et viribus adeo præstittit, ut omnibus pene miraculum esset, Justinus l. xxiii.

*Quirites]* Hæc oratio dicitur C. Cottæ consulis: quod ex eo patet, quod ipse in ea dicat, 'C. Cotta Consul.' Offendi tamen in Epitomatis L. Flori, quod M. Aurelius Cotta Consul, ad Chalcedoniam prælio a rege victus est, rexque, a Pompejo et Metello victus. Itemque iudicia per M. Aurelium Cottam, ad equites Romanos translata sunt: quo tempore Mithridates desperatione rerum suarum ad Tigranem regem Armeniæ confugit. Unde sive idem Cotta sit, sive alius, certum est, quod postquam male ab eo pugnatum erat, et rursus in patriam ac civitatem receptus erat, hanc orationem habuit: in qua commiserationem populi ex infortunio suo et voluntaria (si exigatur) devotione implorat. *Bad.*

*Quirites, &c.]* Oratio C. Cottæ Consulis ad populum, ut tolerant adversa. Quam inscriptionem ea verba oratione hac extrema posita satis videntur confirmare: 'Adsum en C. Cotta Consul' ex quo autem historiarum libro, nondum cogitando assequi potui: dubitavi aliquando, neque dum possum statuere, e tertione an potius e quarto histor. lib. hæc olim fuerint exempta. Nam et tertio libro frequens Cottæ mentio est: et quarto Mithridates etiam Cottam nominat: quanquam ibi *Marcus*; hic vero, nisi nos libri fallunt, *Cajus* appellatur: et sane, si in re incerta omnino aliquid statuendum est, malim hæc tertio quam quarto historiarum libro dare. Duobus enim annis continuis et Cottarum familia et gente Aurelia Consules fuerunt, anno nempe U. C. CXXXIX. quem tertio libro noster descripsisse videtur. L. Octavius Cn. Fv Cn. Nepos collegam habuit C.

Aurelium M. F. C. ni fallor, nepotem Cottam, sequenti dein anno Cos. fuerunt L. Licinius L. F. L. N. Lucullus, et M. Aurelius M. F. C. ni fallor, nepos Cotta: de quibus quarto libro egit Sallustius. *Carrio.*

*Neque decretis labas*] Sic recte, contra quam Schurrerius impressit; nam testatur in primum Æneidos Servius, 'ubique pene Sallustium labos dixisse, pro labor.' *Rivius.*

*Senecta jam etate*] Exemplaria et alia editt. *acta jam etate*, quod restituendum existimo, intelligoque effectam et decrepitam senectam: ut in oratione ad Cæsarem: 'Non orbis liberi, non parentes exacta etate.' Item bello Jugurthino de Micipsa quod scribit: 'Exacta etate sua, et parvis liberia.' *Douss.*

*Et vobis genitus hic*] *Mss. et bis genitus hic*: recte; cum paulo post: 'Vos Quirites rursus mihi patriam, deos penates, cum ingenti dignitate dediatis.' Sic etiam Cicero diem, quo ab exilio fuit restitutus, natalem suam appellat. Ad Attic. lib. III. 'Natalem diem reditus mei cura ut in tuis sedibus amoenissimis agam tecum.' *Ciccon.*

*Bis genitus*] Quia postliminio reatus videbatur, cum iterum etset patriæ datus. *Bad.* Recto Badius, quod frustra fastidiunt Carrio et alii, qui aut *vobis genitus*, aut, sive *bis* sive *vobis deleri* malent. Iterum genitum se significat, quum factione Mariana, quam cum aliis nobilibus fugerat, per Sullam oppressa in urbem redit: ut Cicero quoque snm ab exilio reditum *restitutio* vocat. In eandem sententiam eunt Turnebus, Ciaccius, Colerus. Qui quoniam omnes eadem dicunt, num in istam propriam nostram, locum videlicet Cicero in Bruto posse extremo: 'Sed me cupidissimum audiendi primus debet peruenisse, Cotta cum est expulsus.' Et paulo post: 'Tumultus interim pro recuperanda republica et

crudelis interitus oratorum triens Senvoleæ, Carbonis, Antistii: reditus Cottæ, Carionis, Lentulorum, Pompeji.' *Gronov.*

*Cum omnis memorata*] *Mss. quis omnia.* *Ciacc.*

*Callidam facundiam*] Sunt qui omnem facundiam Sallustium scripsisse existiment; quod dissentientibus libris nondum probare possum. Scio quidem a Sallustio Ciceronis facundiam seu potius ab Appio ita appellatam fuisse; sed quid ad rem? *Car.*

*Callidam ferociam*] Nonius in Rabula sic citat aliud fragmentum, quod modo indicavimus: 'Sallustius,' inquit, 'Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur.' Columella in operis præfatione: 'Sed ne caninum quidem, sicut dixere veteres, studium præstantius, locupletissimum quemque adlatrandi, et contra innocentes, ac pro nocentibus, neglectum a maioribus, a nobis etiam concessum intra moenia, et in ipso Foro atrocissimum?' Isidorus de summo bone III. 60. quid sit canina facundia docet, cum ait: 'Antiqui Forensium eloquentiam, caninum facundiam stucupabant, eo quod canidii in certaminibus canassarum omnia quemque, veluti canes, alter alterum se lacebant, jurgiaque canassarum ad injurias suas commutant.' Prudentius in Hamartionia: 'Inde canina Fore latrat facundia toto.' *Ursin.*

*Qui victus*] *Mss. quis victus.* *Ciacc.*

*Quoniam post defectionem*] Scribo ex libris omnibus, *quoniam defectione sociorum, et Sertorii per montes fuga*: quorum postrema in omnibus, maxime tamen Glareani libris sunt corrupta: in quibus est; *et Sertorii per montes, neque fuga, neque manu certare possit, neque utilis parare*: quod alii corrigentes legunt; *et Sertorii per montis jugu neque manu certare*. Utamque absurde *sed deperditiorum.* *Carrio.*

*Macedonia plura hostibus est*] *Vene-*

tyum, hostium est. Quomodo et Argentinatense; tametsi, quod ad sensum attinet, parum refert utrum legas. *Rivius.*

*Parus]* Quia dum bella geruntur, non possunt vectigalia tam abunde colligi: et si colligantur, in periculo suat, ne intercipientur. *Bedius.*

*Ita classe, qua commentus vehabatur]* *Msa. libri, ita classe, qua c. vehabat:* et ita, pro, præterea, positam videtur. *Ciaccon.*

*Ita classe, qua commentus vehabatur, minore quam antea navigamus]* Non hercle percipio quid velit, (ita sepe tæose dictio a Cotta datur) et vereor sicipere satis hæc devotissima, formula concepta ut sit, nec ipsis (sat scio) Quiritibus intellecta: si tamen ita legendam, ac non potius, quod mihi, sub acumen styli natum, in mentem venit modo verbis aliquantum transpositis ad hoc exemplum: *Ita classe, quam antea commentus vehabatur, minore navigamus:* ut significet Consul eo angustiarum redactos Romanos, ut navium armatarum, seu bellicarum numerus jam minor sit, quam antea classis fuerat, qua commentus transvehabatur. *Dous.*

*Agite, uti libet, et ita supplicium sumite]* V. c. *agite, ut monet ira, et supplicium sumite.* *Ciaccon.*

*Quare indigni colis, nobisque et repub. incipitis]* Venetum et Schurrerianum, *rep. casu ablativo.* *Riv.*

*Ingenio]* Carrio legit, ingenio corporis.

*Neque mox ingenio corporis, honestius quam pro vestra glorio faciem vita fecerim]* Sic legend. primo decuit Ludov. Carrio ex *Msa.* et veteri editio: locutio rara que exstat apud Agellium l. 1. ut docet idem Carrio: ceterum *ingenium corporis,* aturam, ita ahibi *ingenium loci* naturam ejus designat. Florus lib. 11. 'Capitidissimus imperator patentibus in campis, observato loci ingenio, quod et solibi acerrimus, et plurimus pulvis et

Eurus ab oriente semper quasi ad constitutum staret.' Tertullian. de habitu mul. 'Herbarum ingenia adduxerant.' Glossa: *Ingenium, obpola, phorus. Putsch.*

*Fecerit]* V. c. *fecerim:* roate. *Ciaccon.* Cui *mandatis]* Tacite innuit se adhuc utilem fore reipubl. cum non sit facile reperit melior. *Bad.*

*Et pacis]* *Ms. et maris, recte. Ursin.* *Per vos igitur, Quiritas, et gloriam majorum, precor, tolerate adversus]* Td *precor,* non est in Veneto, neque in Argentoratensi; ac rectius abesse poterit: nam alias eodem modo Crispus. *Rivius.*

*Per vos igitur]* Vox igitur non est in *Msa. Ciaccon.*

*Germani]* Ex Isidoro lib. XIX. in voce, *renones:* quem eundem locum intellexit Servius lib. III. *Georgic.* Sallustium vestes de pellibus renones vocare scripsit: que de commentario II. Antiquar. lect. diximus. *Cervic.* Isidorus XIX. 23. 'Renones sunt velamina humerorum et pectoris usque ad umbilicam, atque intortis villis adeo hispida, ut imbres respuant, quos vulgo reptos vocant, eo quod longitudo villorum, quasi reptat: de quibus Sallustius: Germani intestum renonibus corpus tegunt.' Legesim tamen: *Germani intesti renonibus corpus tegunt.* Intecti enim plerumque corpus erant. Tacitus: 'Teguntur omnibus sagum fibula consertum: cetera intesti toto dies juxta focum atque ignes agunt.' Et paulo post: 'Gerunt et forarum pelles.' Cæsar lib. VI. bell. Gall. 'Pellibus aut parvis renonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nuda.' Hec autem nomen Galles pellibus formis indidisse putat Scaliger eruditissimus, quod Græci ῥήνος τὰ μύλα nomen. Nam et ipsos Galles aliquando Græci locutos esse. Germani nostri etiamnum juvenum seu vitulorum *ῥήμω* vocant: *Coler.*

*Et Marius duplicemque bellum]* *Te-*

ditus: 'Per Gallias Germaniasque duplicaverat bellum.' *Ciacc.*

*Fugam nostris fecere*] Videndum an alibi debeat, *nostri*; nisi illud sit quod alibi citatur, *nostri fœda fuga*; et legendum ex Jugurtha, 'Post Auli fœdus, et exercitus nostri fœdam fugam.' *Ciacc.*

*Panormitanos*] Panormus est insignis Siciliæ civitas, ita dicta quod ob multitudinem appellationum navium omnium veluti portus communis esset. Hodie Palermo dicitur. Magna hic dubitatio est, an Panormus Græca sit civitas, quod nomen indicare videtur, an Punica. Pervetustam esse urbem ex Thucydide constat, cujus verba Latine lib. vi. ita sonant: 'Phœnices præterea circa omnem habitabant Siciliam, occupatis extremis ad mare partibus, parvisque insulis ei adjacentibus, negotiandi cum Siculis causa. At postquam multi Græcorum illuc cum navibus trajecerunt, relictis plerisque, Motyam et Soluntem ac Panormum, finitima Elymis oppida sedibus sibi positus una incolerunt; cum Elymorum freti societate, tum quod exiguo inde ad Carthaginem trajectu Sicilia distat.' Bochartus alio nomine Punico appellatam Urbem existimat, ut puta Lepitis, quod stationem denotat. Claveus Græcam esse urbem contendit.

*Quo cupidius in ore ducis*] Tacitus lib. xix. 'Julianus ad Vitellium productus, et vulneribus fœdatus, in ore ejus jugulatur.' Sed in Bello etiam Jugurthæ Sallustius ita locutus est. *Ursin.*

*Ventis per cava terræ citatis*] Huc fortasse pertinet fragmentum, quod supra lib. iv. habetur ex Nonio: 'Atque hievit humus multa et profunda.' Nam Sallustius agebat hic, ut apparet, de ingenti quodam terræ motu, et fortasse de eo, de quo Athenæus facit mentionem lib. iii. ex historiis Nicolai Damasceni, in quibus scriptum erat: 'Αεφίδρασην περί την χθώραν

αδρῶν λιμνῶν τε αὐτῶν πρότερον οὐκ ὄντων καὶ ποταμοί, καὶ ἄλλα διὰ τῆς κωφύσεως ἀνεωχθεῖσαι. Ad Sallustii certe locum respexit Tacitus, cum dixit de terræ motu quodam lib. ii.: 'Neque solitum in tali re effugium subveniebat' in operata prorumpendi, quia deductis terris hauriebantur, sedisse immensos montes, visa in arduo, quæ plana fuerant, effulsisse inter ruinam ignes memorant.' *Ursin.*

*Ubi multa*] Censorinus, inquit Priscianus libro decimoquarto, de accentibus sic scribit: 'super præpositio est apud Virgilium l. *Æneid.* Multa super Priamo rogatans, super Hectore multa. Sallustius vero in historiis adverbium hoc protulit: Ubi multa nefande casu super ausi atque passi. Sed mihi videtur Sallustius quoque loco præpositionis hoc præpostere protulisse.' Hæc Priscianus, quorum postrema in eo scribuntur quasi Censorini sint, non Prisciani: cum tamen Priscianus ab illo in alia omnia discedat, et hic præpositionem postpositionem, Græca figura, factam esse velit: hinc etiam, *casu*, non *casus*, quod vulgo est, scribi, et postremas duas voces, quæ ab editionibus absunt, ex veteribus libris adjici oportere judico. An autem hic Censorinus, cujus de Grammatica, de accentibus, aliisque eodem pertinentibus Cassiodorus non semel libros nominat, idem sit cum illo, cujus de die Natali volumen multis defectibus suppletis locupletius, locisque infinitis correctus brevi in lucem deditus, dubitare me non nego. *Carrio.*

*Saguntium*] Huc possunt referri, quæ refert Hieronimus in Commentario in Abacuc, cum ait: 'Crispus loquitur in Historia: Saguntini fide atque ærumnis incluti, per mortalium studium majores, quam opibus; quippe quorum etiam tum semirata mœnia, domus intactæ, parietesque templorum amбуasti, manus Punicas ostentabant.' *Ursinus.*

*Saguntium*] Pro *Saguntinorum* dictum esse notat Charisius l. i. Sed vix est ut credam bellum Saguntinum in historiis descripsisse Sallustium, cum a Lepido et Catulo usque ad bellum Catilinarium scripserit. Videtur aliquis pro concione apud Sallustium, aut alia quacumque oratione, an epistola Saguntinorum meminisse.

*Celer.*

*Tota autem*] Martianus libro quinto; 'Si brevis,' inquit, 'fuerit monosyllaba, iambus, aut anapaestus, antecedit: ut ait Sallustius: Toga autem,' &c. eadem sunt apud Consultum Chirium (sive Curium) Fortunatianum libro tertio Rhetoricorum: ut quidem vulgo, et in ipsa etiam Nannii castigatione editus est: duplici profecto vitio: nam et ea, quæ de officio oratoris agant, usque ad elocutionem, D. Augustini, non Fortunatiani sunt: et quæ dehinc consequuntur, a nebulone necio quo, ad verbum ex Martiano translata, et illis fuerunt adjecta. Ita homines male industrii ex diversissimis liquoribus egregium istum cinnam temperarunt. *Carrio.*

*Immodicus animi*] Tacitus l. xvii. huc respexit, cum dixit: 'Corpore ingens, animi modicus.' *Ursin.*

*Tantum antiquitatis*] Lectio ab hoc loco aliena, nihilque ad Genium Sallustianæ antiquitatis faciens, quam hoc modo me conjectore restituis licebit: *Tantum anxietatis, curæque, &c.* Douza. Cum Servio tamen antiquitatis retinendam existimat Gronov. ad Liv. l. i. c. 39.

*Tantum antiquitatis*] Legunt viri docti, *tantum anxietatis*, refragante Servio ad II. Georg. 'ANTIQUASQUE DOMOS, aut revera antiquas, aut charas, ut Sallustius, *Tantum antiquitatis,*' &c. *Putschius.*

*In silva Sila*] Sila Sylva, Ἰλα, Straboni in Bruttis prope Urbem Mamerthinam. Plinius hujus etiam meminuit. Sylva est apud Virgilium et Vibisium. Rhæginorum Saltum a So-

lino vocari annotavit Barrius: hujus vina laudat XII. Variarum Cassiodorus. Bruttianam vocant, inquit Niger. La Sila hodie per excellentiam vocari ab incolis scribit Laur. Ananensis, patereque in circuitu ad ducenta M. P. scribit Scipio Mazzella. Carmignanensis videtur vocari, in Libro Notit. An et Carmeianus quoque in libro de Limitibus? Arborum tanta varietate distinctam, ut id Naturæ opus mortalium solertia distributum videri possit, scribit Gabr. Barrius fol. 113. suæ Calabriae. Sila urbs, (mili obscura) est apud Strabonem VI.: quam dicit a Japygia distare milliaria ΙΧΛΙΙ. versus Aquilegiam, ut videtur. *Ortel.*

*Apollinis*] Ex Probi Catholicis; credo autem hæc ad Sardiniam descriptionem pertinere, ut videtur. *Carrio.*

*Cujus adversa voluntate*] Recte est, *adversa voluntate*, hoc est, animadversa a Sullanis Scipionis Coa. voluntate, Nam de Scipionis exercitu accipiendum clamant res ipsa; docetque nos Plutarchus in Sulla his verbis: 'Ο δὲ Σύλλας ἔτι πολλοῖς στρατοπέδοις καὶ μεγάλαις δυνάμεσι περικεχυμένους αὐτῶν τοῦς πολεμίουσ ὄρων πανταχόθεν, ἤγητα δυνάμει, καὶ δι' ἀπάτης προκαλοῦμενος εἰς διαλύσεις τὸν ἕτερον τῶν ὑπάρτων Σικελίωνα, δεξαμένον δ' ἐκείνου, σύλλογοι ἐγίνοντο, καὶ κοινολογίαί πλείονες ἀεὶ δὲ τινα καταγωγὴν καὶ πρόφασιν ἐμβάλλων ὁ Σύλλας, διέφθειρε τοὺς περὶ Σικελίωνα τοῖς αὐτοῦ στρατιώταις ἡσυχάμενους πρὸς ἀπάτην καὶ γοητείαν ἄπασαν, ὥσπερ αὐτὸς ὁ ἡγεμὼν εἰσείδωντες γὰρ εἰς τὸν χαρακὰ τῶν πολεμίων, καὶ ἀναμυγνόμενοι, τοὺς μὲν εὐθὺς ἀργυρίῳ, τοὺς δὲ ὑποσχέσει, τοὺς δὲ κατακείοντες, καὶ ἀναπέλθοντες, προσήγοντο. Id est: 'At Sulla multis adhuc exercitiibus, et ingentibus copiis hostium circumfusum se videns, omnibus impar viribus, dolo invitavit alterum Consullem Scipionem ad fœdera. Non aspernante illo, congressus et colloquia crebra fiebant. Sed semper moram



aliquam Sulla et causam infelicem, militibus suis ad omnem fraudem et praestigias, sicut ipse dux erat, compositis, exercitum Scipionis corruptit. Nam ingressi in hostium castra, ilisque admisti, alios pecunia, pellicillis aliis, nonnullos delinimentis inductos, ad ne illerere.' Ab his initium factum Appianus scribit, clam Scipione, secreto cum Sulla, si propius accederet modo, de transitione agendi pariterque hosti proditam, quasi sub cultro (ut apud Flaccum est), linquendi Imperatorem. Et fortasse hac etiam pertinet locus, quem paullo ante indicavimus, hoc exemplo: 'Inde ortus sermo percunctantibus utrimque: Satin' salvæ? quam: grati ducibus suis? quantis familiaribus copiis agerent?' Douza.

*A Graccho*] Citat Augustinus libro vicesimo primo, de civitate Dei. puto hæc ad primum librum historiarum ejusque statim exordium referenda. *Carrio*.

*M. Attilius*] Ex Quinctiliano l. iv. c. 2. et Hieronymo adversus Helvidium. Agellius quoque l. i. c. 15. noct. Att. quatuor ultimas adducit voces, easque ex hoc Eupolidis sumtas esse asserit: ἀλλὰ ἐπιστος, ἀσπαράδατος λέγειν. *Idem*.

*Palicanus humili loco*] Videndum an ad hunc pertineat denarius argenteus, in quo Rostra expressa sunt cum titulo, PALICANVS, quod is Trib. pl. cum esset, Tribuniciam potestatem auctore Pompejo restituit, ut scribit Asconius Pedianus et alii. A nobis tamen cognomen Palicanus Lollia familiae tributum est in libro de familiis, et fortasse non ita recte. *Ursin*.

*Loquax magis quam facundus*] In hoc homine plus loquentiæ quam eloquentiæ fuisse docet et M. Tullius Cicero in Bruto: 'Cn. Carbonem et Marcum Marium, et ex eodem genere complures, minime dignos elegantis conventus auribus, aptissimos cognovi turbulenti conclusionibus, quo in

genere (ut et in his perturbatis etiam ordinem) nuper L. Quintus fuit, aptior autem etiam imperitorum auribus Palicanus.' *Putsch*.

*Insolens veru accipiendi*] Tacitus Annal. xv. 'Audiendi quæ faceret insolens erat.' *Claec*.

*Insolens veru accipiendi*] More tyrannico consueti, quorum, quamquam alieno ex ore sapientium, auribus teneras mordaci radere vero fas nato nemini, qui quidem vitalem se esse postulet: nihil nisi quod animo complacitum, fietisque ad voluntatem sicut audire sustinentes: unde veritas et fides sese ab Aula secerant procul. Neque vero dubium mihi est, quin hæc de Tigraño Mithridatis genero sint accipienda: quem dulci fortuna ebrium ita insolentem dominationem agitasse perhibet Appianus, ut ex tam infinita populorum multitudine ejus imperio parentium, nemo cum tantis cervicibus repertus, qui de adventu Luculli jam Euphratem cum Romano exercitu transgressi quidquam Regi suo præsignificare ausus fuerit, pariter omnibus metuentibus sibi, uniusque tenebrosi periculo perdoctis, linguæ repagula frenare; quem Rex ille, ob nunciū adeo liberum, patibulo statim suffigi, numerumque porro suspendiosorum angere jusserat. *Douza*.

*Carubis*] Carobis, κόροβος, Africae proprie urbs, Ptolemæo. Carubis est apud Plinium, D. Augustinum, et Antoninum. Marmosus habet Carubia, castellum in promontorio Mercurii; quod a nonnullis pro Clupea, ab aliis pro Carobis Ptolemæi haberi scribit. *Ortelius*.

*Tharros*] Tharros, nomen urbis apud Probum Grammaticum, ex Salustio, ut inquit, Τάρρος, Ptolemæi pato, in Africa. *Idem*.

*Camisa*] Camisa, urbs Camiscæ regionis, in Parthia, Straboni. Eam hæc Antonini est, ut placet Simlero ad eundem. Camiscæ tamen An-

ταίσι circa Armetiam Mineram vrbis est: in Camisana regione verisimile. Camisanæ civitatis episcopalis nominat Gratianus, Doer. 2. Caussa 16. *Ortelius*.

[*Luceo*] Pompejus: 'Sunt quedam generis feminini tantum singularia; ut, *pax, lux*: licet legerim *has paces, lucos*.' Hæc ille: *paces* quidem in bello Jugerthino a me adnotatum est: *lucos*, nec reperiri, nec adnotari potuit. *Carris*.

[*Japygia*] Hæc et Histria dicitur Italix regio, et terminus versus Dalmatiam.

[*Carbo turpi formidine*] De pudenda hac, et Consulari adeo Imperatore indignissima formidine, fugaque Carbonis, ita Appianus: Γαλέντι. τε θραύει τὸν Παύστου ἐπὶ τὰ Ἄλκεια παρῆκουσαν, ἄβρῆος δὲ Μένελλον. μετετίθεντο, καὶ Λαίωλλας ἐτέρους τῶν Καρβωνίων ἐνίασεν περὶ τῶν Πλακοντίων· ὃν ὁ Κάρβων πρὸς τὸν Πάστου, τρωματίους ὅμως ἐτι ἔχων περὶ τὸ Κλοάσιον, καὶ ὄδο τέλη τὰ Δαμασίου, καὶ ἔτερα περὶ Καφίαν καὶ Μέρκιον, Σαρπητῶν τε αὐτῶ χειρὶ πολλῆ προθύμως ἐτι περὶ τὰ στενὰ κωποπαδοῦσαν, ἀπογοῦντα ἀπὸ τῶν, ἀσθενῆς ἐφρονεῖ ὅταν γαῖς φίλοις ἐς Λιβῆρον ἐξ Ἰταλίας, ἔπαυτος ἐτι ὄν, ἐς Λιβῆρον παρασησόμενος ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. Hoc est, 'Præterea tota Cisalpina Gallia defecit ad Metellam, et Lucullus contra Carbonianum exercitum alium prospere pugnavit ad Placentiam: quibus auditis Carbo, quamvis haberet adhuc armatorum xxx. m. circa Clusium, et duas Damassippi legiones, et totidem alteras sub Carinate, Marcioque; adhuc Samnitium magnam manum genuerit angustias perrumpere molientium, omnibus tamen rebus desperatis, sequitur profugit, cum amicis in Africam, Consul Italiam deserens, quasi hac amissa illam occupaturus. *Deuss*.

[*Mithridate corpore ingenti, perinde armatus*] Hoc exemplum brevitatis nomine commendatur a Fabio-l. viii.

c. 8. Neque hercule mirum, quippe a Sallustio, uno et unico illo brevitatis amatore. si tamen ita inibi legendum; ac non potius *armatus*, id est, spiritus animosus, vereque regis generis. In qua sententia doctissimum Belgarum Lips. esse video, cujus ego singulas conjecturas, singula oracula puto. Insuper in hujus vocis ambiguitate lepide Varro, ubi scribit: 'Majores nostri, quam allia et cepe verba illorum olerent, tamen optime animati erant.' Quod si quis receptam tamen lectionem tueri maluerit, haud magnopere pugnabo; præsertim qui de Appiano didicerim, Mithridatis arma, Delphos Nemeamque ab ipso transmissa, miraculo fuisse visentibus; indeque conjecturam posteris factum, de ejusdem immani stature modo, corporisque totius vastitudine. *Idem*.

[*Mithridate corpore ingenti perinde armatus*] Quamvis eam lectionem sollicitent, et *armatus* substituant, vulgata tamen mihi nihil vitii habere videtur. *Fretschem*.

[*Tyrannumque et Cinnam*] Citantur hæc ter apud Servium, bis in codice Fuldano, semel ad quartam Æneidos, quo loco sic scriptam est: 'Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu. Paris, Paridi similis, et injuria a persona; probrosis enim non lenibus veteres convitia dicebant, ut Sallustius, Tyrannumque excivitam maxima voce appellans.' Lege *Probrosis enim nominibus*. Paridis enim nomen probrosus sicut et Cinnæ, ut patet ex Sallustio supra: 'Si tanta torpedo animos opprescit, ut obliiti scelerum Cinnæ, cujus in urbem redita decus atque ordines omnes interierunt.' Sallustiana quoque verba emenda apud Servium ad primum et quartum Æneidos. *Putsch*.

[*Nomenque, &c.*] Acro; sive qui Acronis nomine in librum Horatii de Poëtica arte: 'Notandum est,' inquit, 'apud Horatium Numen Rhe-

num genere neutro: ut in Sallustio in historiis, nomen Danubium. *Cerrio. Danubius, Δαούβιος, Europæ maximus fluvius Ptolemæo et ceteris. Ister Iστρος, quoque vocatur, teste Plinio et Strabone: hic, horum nominum mutationem ponit ad ejus cataractas: ille, ubi primum Illyricum alluit: Ptolemæus ad Axiopolin urbem: Appianus ad Savi fluminis cum eo consuetiam. Itaque ut superior pars Danubius, inferior vero Ister vocetur. Bessorum lingua Istrum nominari, addit Jornandes. Stephano Matoas Μαρδας, quondam dictus fuit. Idem eum Danubim Δανούβιον, et Danusim Δανούσιον, appellavit. Addubanus nominatur apud Festum, nisi locus depravatus sit. Antiqua numismata Danuvium legunt. Hyperboreum Istrum vocat Corippus. Danubii fontem accurate describit Joannes Pedius, in opere de bellis Ducis Wittenbergensis, Huldrici illatis. Done et Donaw hodie appellatur, ab undarum sono vel strepitu, ut Althamerus habet. Hunc Danubium Lycophron sub nomine Celticæ aquæ describit. Aristoteles i. Meteorolog: c. 13. scribit eum ex Pyrenæis montibus oriri. In Celtis ab urbe Pyrrhena. Herodotus in Euterpe. Bar vocatur hodie locus, ubi originem sumit: teste Althamero. Danubium scribit Seneca vi. Natural. Europam Asiamque disterminare: pro quo Tanaim restituendum, nisi obstiterit auctoritas Aeronis ad Horatium; ubi dicit Tanaim etiam Danubium dictum. De hoc flumine legendus Stukius ad Ariani Periplus maris Euxini: etiam quæ scripsimus ad Daciæ Parergi nostri tabulam. *Ortel.**

*Septimum, neque animo, neque lingua satis competem*] Huc pertinent illa, quæ habentur supra: 'Neque auribus, aut lingua competere.' Ad quæ respexit Tacitus, cum dixit lib. III. 'Oppidani neque auribus, neque oculis satis competeabant:' et lib. XIX.

'Trepidus infles, dux segnis, et vestiti captus animi, non lingua, non auribus competere.' *Ursinus.*

*Septimum*] Donatus act. III. sc. 2: Adelph. hoc autem fragmentum idem esse cum illo, quod a me libro primo positum est; 'sic vero quasi formidine attonitus neque animo, neque auribus aut lingua competere;' olim suspicabar: nunc mihi ipsi cum hac omni mea conjectura omnino non placeo. Donatus enim *competem*, Marcellus vero *competere*, plane agnoscunt. Præterea animadverti Cornel. Tacitum faciendæ Sallustianæ, uti sæpe dixi, æmulum, eandem plane rem verbo illi (*competere*,) multis in locis subjicere: quare nihil mutandum statuo. *Carrio.*

*Vulgus amat fieri*] Quintilianus libro IX. c. 3.: sic idem Sallustius bello Jugurthino: 'Multitudo, quæ in concione aderat vehementer accensa, terrebat eum clamore, vultu, sæpe impetu, atque aliis omnibus, quæ ira fieri amat.' *Idem.*

*Vulgus amat fieri*] Seneca lib. de consolatione ad Marciam c. XVI. 'Nullum,' inquit, 'amat frustra cadere telum, quod in confertum agmen immissum est.' Sic enim legitur hic locus in v. c. *Ursinus.*

*Non penitentium*] Et hoc quoque in Sallustio nusquam quidem, quod sciam, apparet: quod ab eodem Fabio I. IX. c. 3. hunc in modum recitatur: 'Usque adeo est processum, ut non penitentiam, pro non acturo penitentiam, et vitiosos, ad videndum missos, Sallustius dixerit: ubi ex vet. cod. legendum est, non acturum.' *Carrio.*

*Vectes*] Baculus, quo aliquid suspensum et sublatum vehitur, inque alto gestatur, quomodo etiam *ὄξυς* sit ab *ὄξυς*.

*Cicero caninam*] Videnda, quæ supra notavimus ad orationem M. Lepidi, in qua ex hoc loco mutavimus *callidam faciendam, in caninam facum-*

diam. Lactantius l. vi. c. 18. ad hoc fragmentum respexit, cum scripserat: 'sed quia ipse caninam illam facundiam, sicut Sallustius ab Appio dictum refert, exercuit, voluit quoque hominem canino more vivere, ut remorderet lacessitus.' Hieronymus in epist. ad Augustinum: 'Sed incidit,' inquit, 'tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit, quam loqui ita, ut nostra studia cessarent, et juxta Appium, canina exerceretur facundia.' et adversus Luciferianos: 'Proxime accidit, ut quidam Luciferi sectator cum alio Ecclesiam alumnino, odiosa loquacitate contendens caninam facundiam exercuerit.' *Ursin.*

*Magna gloria]* Suspicor scribendum esse *T. Didio Imp.* ut habetur in argenteo Didii hujus denario, in quo *T. DIDI. IMP.* descriptus est, licet Plutarchus habeat ἐν τῷ Δευτέρῳ στρατηγῷ, quod esset, *Didio prætor.* Videtur autem librarius illud *IMP.* quod erat *IMPERATOR*, vertisse in verbum *Imperante.* Idem.

*Magna gloria]* Agellius libro secundo, c. 28. Sallustii de Sertorio duce orationem, cum iis quæ Demosthenes habet de Philippo rege, contendens, nobis hoc fragmentum, quamquam nec ab ordine, nec a scriptura satis, uti mox ostendam, integrum, conservavit. Demosthenis autem verba statim subjiciam, si prius tamen quod mei hoc de loco sit iudicii exposuero. Quod itaque vulgò legitur, *tribus millibus*; id nec rectum esse, nec a Sallustio positum, historiæ series arguit. Sertorium enim tribunum militum fuisse præter ceteros rerum Romanarum auctores Plutarchus memoriæ prædidit, neque vero melius, imo aliquanto etiam deterius est hoc, quod quidam suis in libris excudi voluerunt, *T. Didius imperator*: quam illud, quod antea in Agellio legebatur, *T. Didio imperator*: et Sallustium de Sertorio loqui,

*Delph. et Var. Clas.*

præter Agellium res etiam ab egestatè declarant; et quod in Hispania non fuerit *T. Didius* tribunus militum, sed *Sertorius*. Deinde quod vulgò est, quæ rapta, sententiam nullam habet. Fuerunt qui scriberent, *correcta*: ego veteris editionis scripturam sum secutus, quamquam, verum ut fatear, ne eo ipso quidem mihi satisfacio. quid enim illud? primo per ignobilitatem, deinde per invidiam scriptorum celebrata sunt: et quæ alii afferunt, nihilo similiora veri sunt: jam *omnis faciem suam ostentabat*; non quæ *eminus ostentabant*, in eadem antiqua editione disertim legitur. Postremo extrema Sallustianæ orationis verba paullo aliter apud Donatum in Terent. *Eunuch.* act. III. sc. 3. neque satis probe, hunc in modum leguntur: 'hæc, id est, cicatrices, sunt virtutis insignia; dehonesta-mento tamen esse corpori maxime lætabatur.' Locum, ut opinor, ut-cunque constituimus, nunc hujus a nobis constitutionis factæ, et omne id quod dixi verum esse, Plutarchi auctoritate probatum est. *Σερτόριος* (inquit) *μετὰ τὸν Κλεβρον καὶ Τεύθωνον πόλεμον, ἐκπεμφθεὶς ἐν τῷ Δευτέρῳ στρατηγῷ χιλιάρχος ἐπὶ Ἰβηρίας, ὡς τῇ πόλει Κόστλων παρεχόμενος Κελτιβήρων.* Quo loco interpretes *imperatorum* vertere debuerunt, hoc enim *στρατηγὸς* sonare nemo, vel mediocriter in Græcis scriptoribus versatus potest ignorare: præsertim cum et Sallustius Didium Imperatorem dixerit. Idem paulo infra: *τοῦ γὰρ Μαρσικοῦ πολέμου συνιστάμενος στρατηγὸς τε προσταχθὲν αὐτῷ καταλέγειν καὶ ἐπλα ποιείσθαι. σπουδῆν καὶ τάχος προσθεὶς τῷ ἔργῳ, παρὰ τὴν τῶν ἄλλων νέαν βραδύτητα καὶ μαλακίαν, ἀνδρὸς ἐμπράκτους βιωσαμένου δόξαν ἔσχεν· οὐ μὲν ὑπέλαστο τῆς στρατιωτικῆς τέλει, εἰς ἀξίωμα προεληλυθὸς ἡγγέμενος, ἀλλὰ καὶ χειρὸς ἐπιδεικνόμενος ἔργα θαυμάσια, καὶ τὸ σῶμα τοῖς ἐγῶσι ἀειδαῖς ἐπιειδόμενος. τῶν*

*Sallust.*

3 B

ἔφωσ ἀπέβαλε τὴν ἑτέραν εἰκοσιεῖσαν. ἐπὶ τοῖσδε δὲ καὶ καλλωπιζόμενος ἀεὶ διετέλει. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους οὐκ ἀεὶ τὰ μαρτύρια τῶν ἀριστέων περιφέρειν, ἀλλὰ καὶ ἀποτίθεσθαι στροπῆς, καὶ δόρατα, καὶ στεφάνους. αὐτῷ δὲ τῆς ἀνδραγαθίας παραμένειν τὰ γυμνάσια, τοὺς αὐτοὺς ἔχοντι τῆς ἀρετῆς ἕμα, καὶ τῆς συμφορᾶς θεοῦ. Quæ ita Sallustii sententiam expriment, ut eum a Plutarcho tum hic, tum vero etiam alibi, fere ad verbum imitatum crediderim. Quod autem me pœne fugit scribere, verba Demosthenis de rege Philippo hæc sunt: 'Κέρων δὲ αὐτὸν φίλιππον, πρὸς ὃν ἡμῶν ὁ ἀγὼν ἐπὶ ἀρχῆς καὶ δυναστείας, τὸν ὀφθαλμὸν ἀποκομμένον, τὴν κλεῖν κατεσθῆτα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπαρμένον, τῶν ἐπιβουληθῆ μέγας ἢ τέχνη τοῦ σώματος παρελθῆσαι. τοῦτο προέλεμον, ἵνα τὸ λοιπὸν μετὰ τιμῆς καὶ δόξης ἔσῃ. *Carris.*

[*Multaque tum ductu ejus, &c.*] Hæc ita legenda putamus: *Multaque tum ductu ejus curata, primo per nobilitatem, deinde per invidiam scriptorum celata sunt, &c.* 'Paratu' vero 'militum et armorum' usurpavit item Tac. l. xvii. cum dixit: 'Igitur navium, militum, armorum paratu strepere provincie:' et in vita Agric. 'Paratu magno, majore fama, uti mos est de ignotis, oppugnare ultro castella adorti.' *Ursin.*

[*Per invidiam scriptorum*] Non displicet Ciacconii correctio: *Per invidiam s. celata sunt*; licet Lipsius in Epistolicis acnte defendat talem scripturam: *Per invidiam proscriptorum celebrata sunt.* Coler.

[*Curetes, quia*] Lactantius i. 21. 'Totam,' inquit, 'hanc opinionem quasi a Poëtis fictam Sallustius respuit, voluitque ingeniose interpretari, cur Jovis cultores dicantur Curetes fuisse:' et sic ait, 'Quia, &c. quantum vero erraverit homo eruditus, res ipsa declarat,' &c. Servius quoque in l. iii. *Æneid.* 'Jupiter,' inquit, 'in Creta dicitur esse enutritus: quod ideo fingitur, ut ait Sal-

lustius, quia primo Cretenses constat invenisse religionem.' Idem Servius l. iii. *Æneid.* 'Sallustius dicit primo Cretenses invenisse religionem.' Fortasse quispiam audacior legendum suspicabitur: *Sallustius dicit libro primo.* Quod autem quibusdam in libris, iisque etiam castigationem, nescio quam, præ se ferentibus, est, *in majus componentes*; hoc rectius a nobis positum est, *in majus componentem*, de qua loquendi ratione Comment. xi. *Antiq. lect.* diximus: posset et legi, *in majus componentes*: ut Caretes ipsi factum illud inventæ a se religionis in majus extulerint: sed prius illud placet impenius. *Idem.*

[*Rhegium nominatum*] Oblitus sum monere typographos, posteriora verba hujus fragmenti inde *Rhegium nominatum*, sequenti adjungenda hoc modo: 'Italiam conjunctam Siciliae constat fuisse, sed medium spatium aut per humilitatem obratum est aquis, aut propter angustiam scissum, inde Rhegium appellatum.' *Putsch.*

[*Italiam conjunctam Sicilia, &c.*] Hujus descriptionis causam Sallustio callida Spartaci consilia, irritique conatus præbuisse videntur: quem Plutarchus tradit navigia Cilicum prædatoria aliquot in freto sactum, quo fortasse referendum Fragmentum illud superius l. ii. 'Ad hoc pauca piratica, actuaria navigia:' duobus armatorum millibus in eam Insulam expositis, de bello Servili, illic paullo ante sopito, rursus integrando consilia agitavisse: sed desertam a Cilicibus, proditamque, coactum se recipere a mari, atque in Rheginorum peninsula considerare: ubi post a Crasso fossa, ac vallo circumdatus, obsessusque. Quis scit? an et his conjungendum exemplum libri quarti, tertium a fine dico; coaptandumque hoc modo, præmisso Pronomine, ut cohæreat narratio: 'Quod (scilicet *Rhegium*) ad Siciliam vergens faucibus non amplius patet millibus v. et

**XX.** Ceterum consulendus de hoc spatio Plinius. *Dona.*

*Sicilia*] Siciliam ab incontinenti abruptam fuisse etiam Virgilius auctor est his versibus: 'Hæc loca vi quondam et vacua convulsa ruina (Tantum ævi longinquæ valet mutare vetusta) Dissiliunt ferant, quum protinus utraq; tellus Una foret; venit medio vi pontus, et undis Hesperium Siculo latus abscedit, arvaque et Urbis Litore deductas, angusto interluit æstæ.' Eadem inter Poëtas referunt Silius Italicus l. xiv. Ovid. *Metam.* l. xv. Valerius Flaccus *Argon.* l. i. Claudianus de raptu Proserpinæ l. i. Statius *Thebaid.* l. iii. Præter Poëtas Mela ii. 7. Festus Pompejus, Isidorus *Origin.* xiii. 18. Plinius ii. 8. Solinus c. 8. Eustathius ad *Dionysium.* Strabo l. xi. Diodorus i. iv. et novissime in Siciliae sæ descriptione Fasellus. Verum notandum, quod Diodorus tradidit, Hesiodum Poëtam contrarium statuisse. Locus Diodori l. iv. ita se habet: 'Ἡσιόδος δὲ ὁ ποιητῆς φησι τὸν Ἰσθμὸν, ἀναπηγμένον τοῦ τελάγους, ὄριονα προσχῶσαι τὸ κατὰ τὴν Πελοποννήσου κείμενον ἀκρωτήριον, καὶ τὸ τέμενος τοῦ Ποσειδῶνος καθασκεύδουσι, τιμῶμενον ἐπὶ τῶν ἐγγυρίων διαφερόντως. Id est, 'At vero Hesiodus Poëta contrarium statuit. Latus enim diffuso illic mari, Pelorum promontorium, et templum in eo Neptuni, quod religiose colunt incolæ, ab Orione aggerum motibus eductum esse.' Hactenus ille. Tantum scilicet abest, uti vel motu aliquo terræ, vel fluctuum vi disruptam aliquando fuisse Siciliam ab Italia crediderit Hesiodus; uti etiam e contrario, quum latus diffusum foret hoc fretum, totam illam humum arenaceam atque depressam, in quam Pelorus per aliquot millia passuum in mare excurrit, ab Orione ceu vallum quoddam sive aggerem aggestum statuerit. At Hesiodus ccc. annis ante Æschylum fuit, qui Rhegium ἐπὶ τῆ

Ἰσθμῶς τοῦ Ἰσθμοῦ, id est, a disruptione *Isthmi*, dictam voluit. Hesiodo autem non minus credendum, quam Æschylo. *Chæver.*

*Sicilia*] Si utramque oram Calabriae pariter et Siciliae, qua maxime inter se vicinae sunt istæ terræ, bene consideres; facile observabis minime eas potuisse esse inter se connexas, non enim tam angusto spatio extimus ille Siciliae excursus Italiae est oppositus, uti oculo colligere liceat facile inausulam, propter aliquam supra dictarum causarum, a continenti potuisse divelli. Sed per xx. amplius millia passuum latus Sicilia opponit Italiae; juxta quod fretum Messanense fertur, antequam ex Tyrrheno mari in Adriaticum se exoneret. quod spatium necesse est, uti omne fuerit disruptum, quo meatus freto aperiretur. Nec est quod extremo tantum Pelori promontorio conjunctam fuisse Italiam adveeres; rupturamque in eo solito modo factam; quia hoc totius hujus tractus Italiae est proximum: quippe ut ait Ovid. *Metam.* l. xv. 'Zancle quoque juncta fuisse dicitur Italiae; donec confinia pontus Abstulit, et media tellurem repulit unda.' At a Peloro ad usque Messanam millia sunt xx. Imo Rhegium oppidum, quod v. millia infra Messanam in latere Calabriae positum est, præcipuum esse volunt istius ruptionis locum, atque inde nomen accepisse. Totum igitur hoc terræ spatium disruptum fuerit, necesse est. Id quod creditum perquam difficile est: quando tot per terræ orbem magnæ juxta atque parvæ conspiciuntur peninsulae, quarum Isthmi licet sint angustissimi, tamen neque fluctibus adnatis utrimque maris, neque terræ aliquo motu, neque diluvii aquis unquam in insulam converti potuerunt. Quare, quæso, duo illi Isthmi Peloponnesi, et Thraciæ Chersonesi, quum haud latiores sint xl. stadiis, sive passuum millibus, nunquam potuerunt scindi? cur

Tauricæ Chersonesi in Sarmatia Isthmus, prædictis istis etiam angustior, etiam nunc durat? Item et alii, qui passim in mari intero visuntur, hic decem milliarium, ille unius, alius minoris etiam intervalli, cur nunquam per ejusmodi vim fuere rupti? an una sola Sicilia, per xx. millium Isthmum Italiae connexa, fatum hoc necessario pati debuit, cen fragili conatans vitro? Sed quis porro credet tam pulchrum, tam absolutum, tamque admirandum opus; cujusmodi est portus Messanensis, quem Deus omnium rerum summus artifex tanquam in circino tornavisse videtur, casu quodam superasse tam ingentem vim, qualis oportet fuerit in ejusmodi raptura? Tum abyssus illa profunditatis, quæ est in hoc freto, poteratne violentia alicujus diruptionis inter utramque terram infundi? Sane ego certo statuo, Siciliam omni ævo fuisse insulam, postquam a Deo cædita fuit. *Vulgaris tract. de primis Sicil. incolis.*

*Pompejus devictis Hispanis]* Non hostia tropæa modo, verum et corporis sui ipsius simulachrum atque effigiem, factis monumentum suis; multum hercle dissimilem illi, quam postea Mithridatico bello patrato ex margaritis dedicavit, consecravitque; si quidem Plinio credimus, ita porro cum Pompeii persona delitiganti xxxvii. 11. 'E margaritis, Magne, tam prædiga re, et fæminis reperta, quam gerero te fas non sit, hinc fieri tuos vultus? sit te pretiosum videri? Nonne illa similior tui est imago, quam Pyrenæi jugis impositati?' Sed commonefaciendus est lector, binas hic voces perperam in singularem coalescere, hujusmodi me mensore spatio determinandas: *Pompejus de victis Hispanis, &c. Douza.*

*Mare]* Non ita salsum quam cetera.

*Mare Ponticum dulcius]* Sic locutus est Tacitus cum dixit: 'Quante vio-

lentior cetero mari Oceanus.' An hunc autem auctoris nostri locum videtur respexisse Isidorus? cum ait l. xliii. c. 16. de sinu Pontico: 'Quod mare ex multitudine fluminum, dulcius quam cetera, nebulosumque, et brevius est,' &c.: et fortasse totum fere caput ex Sallustio descriptum est. *Ursin.*

*Mare Ponticum, &c.]* Causa est multitudo annuum dulces aquas inferentium. Id quod et Isidorus videtur ex Sallustio observasse l. xliii. Pertinet hoc fragmentum, ut et alia, ad l. iv. in quo de Ponto et Mæotide scripserat luculenter, quem et in descriptione oræ maritimæ se secutum ait Festus Avenius: 'Interrogasti, si tones, Mæoticus Situs quis esset æquoris. Sallustium Noram id dedisse, dicta et ejus omnibus Præjudicata auctoritatis ducier. Non abnuebam. ad ejus igitur inclatam Descriptionem, qua locorum formulam Imaginemque expressor efficax styli Et veritatis pene in obtutus dedit Læpore linguæ; multa rerum junximus Ex plurimorum sumpta commentariis.'

*Equis paria opera erant, &c.]* Credo Tigranis equitatum describi a Crispo, super quo Plutarchum consule in vita Luculli. De Cataphractis vide supra p. 736.

*Rebus supra, &c.]* Tacitus Hist. iii. 'Cunctis super vota fluentibus.' Cicer.

*Rebus supra, &c.]* Pompeii res prosperas, uti opinor, designat.

*Æneam]* Ænos urbs Thraciæ ab Ænea condita. Ita vocant Plinius, Mela, Servius ad illud Virgiliti: 'Feret hæc et littore curvo Mænia prima loco, fatis ingressus iniquis, Æneasque meo nomen de nomine fingo.' Dionysius tamen Æneam vocat. De Maronea Plin. l. iv. *Coler.*

*Æneam]* Ænos Alvos, Thraciæ oppidum liberum, cum Polydori tumale, ut Plinius habet. Hoc aliquando Poltiobria, Πελτιόβρια, dictum fuit,

Strabone teste. Poltymbria Πολυμυρία, habet Stephanus: cui quoque Abyntinus dicitur. Ceno hodie dici, Niger asserit. Inos et Ygnos legit Lounclevius. Aliam ab hac Ænum habet in Thracia Suidas, ab Æno Gogil fratre cognominatam. Ænos Stephano Thessaliæ urbs est. Apud Locres Ozolos quoque. Et circa Thapsacum, ad Euphratem fluvium. *Ortel.*

[Marones] *Μαρόνια*, Thraciæ urbs Ptolemæo, qua prius Ortageua, Plinio teste, appellata fuit. Et ab Homero Ismarus, *Ἴσμαρος*, dicta, ut Hesychius, et Suidas auctor est; item Isacius in Lycophronem; an recte, nescio. Plinius certe duas diversas Thraciæ urbes facit. Hanc Maroneam, Hipparchiam postea dictam fuisse, legitur in Diogenis ad hujus cives epistola; quæ inter Laconicas habetur. Hodie Marogna vocatur, ut Sophianus et Niger docent, aut Marolia, ut placet Leusclavio. *Ortel.*  
[*Impediabant jussu nautarum*] Tacit. Annal. II. 'Miles pavidus, et casuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempestive jurat, officia prudentium corruppebat.' *Cicæc.*

[*Ut tanta repente mutatio non*] Non procul hinc locum habuisse suspicor id Fragmenti, quod habet supra: 'Et ei voce magna vehementer gratulabantur.' Putoque de Pompejo agi a bello Piratico reduce, de quo hunc in modum Plutarchus: *αὐθόμειρος δὲ πόντος ἐχρήσθησαν εἰς τὴν ἄλιν, ἕσπερ ὁ πρὸ ἡμεῶν ἄλιων ἀκρίμαυτος αἰὲρ ἐποίησεν εἰς τὴν χερσὶν, τὸ παρ' ἐπιπέδα τῆς μεταβαλῆς τάχος, διεπείλουσαν ἀφροδίαν τῆς ἀγορᾶς ἐχούσης.* Id est: 'Qua re nunciata, obviam effusi sunt omnes, quasi non paullo ante eum emisissent. Faciebat inexpectatæ conversionis celeritas gratulationem, foro omnium rerum venalium copia superfluente.' Nisi si quis gratulationem istam a revocatione ejus ex Africa factam intelligi malit; unda

domito Domitio, capto Iarba, Regniæ, Regamque negotiis compositis victor in Italiam revocatus a Sulla: qua de re sic idem scriptor: *ποθέμενος δὲ τῆλεθῆ, καὶ πάντας ἀνθρώπους αἰσθανόμενος δέχσθαι καὶ παραμένειν τὸν Περσικὸν ἀρμημένους μὲν εἰσολας, ἕσπευθεν διεπείλουσαι, καὶ προελθὼν ἀφῆτησεν αὐτῷ, &c.* Hoc est, 'Postquam omnes adverteret (Sulla) ad excipiendam benigne Pompejum, et procedendum obviam effusos, tetendit eos vincere, progressasque prodit illi obviam,' &c. Sed omnium verisimillimum istud, quod, quam legitime stipendiorum tempore expleto (qui mos R. Equitibus erat) equo et ipso ad Censores adducto, redditæque militiæ ratione, ejus peteret vacationem. Quo tempore ab altero Censorum, natu major qui erat, interrogatus his verbis: Quæro ex te, Magne Pompeje, eequid omnia stipendia impleveris? Pompejus alta voce respondit: Omnia se implevisse; et quidem ipso semet Imperatore: ad quam vocem populum frequentem acclamasse testatur Plutarchus; nec sedari præ lætitia clamores potuisse, consurgentibus pariter Censoribus; a quibus honorifice demum, affectantem universa plebe, eique cum maximo plausu gratulante, etiam deductus est domum. *Douza.*

[*In ore gentibus agens, populo, civitati*] Desumpta est hæc Sallustianæ historiæ tabula ex Donato interpretante, hæc Terentii: 'In ore est omni populo.' ubi ut ait: 'In ore est omni populo. Sallustius: In ore gentibus agens, populo, civitati.' Sed quæ hæc posteriora pro Sallustianis habuerunt, Sallustium a Donati verba non distinxerunt, qui illo *civitati* interpretatur Terentii *populo*! sint igitur hæc Sallustii: *In ore gentibus agens*; cetera Grammatici: quem sic distinguit: 'In ore est omni populo. Sallustius: in ore gentibus agens. *POPULO, civitati.*' *Putsch.*



*In ore gentibus agens]* Ex hoc dissentaneum non est, ut de landatissimo illo, ac vere magno Pompejo scriptum habeatur. *Donza.*

*Hunc igitur, &c.]* Ibidem Donatus Sallustium, cum de descriptione Celtiberiæ loqueretur, ita scripserat tradidit. fortassis legendum est, *Tarquinius*, de quo in bello Sertoriano, pro *Tarquinius*. *Carrio.*

*Dein campi Themysciriti]* Varia loci hujus apud Servium l. xi. *Æneid.* exstat scriptura. In quibusdam enim legitur, *Dein campi Themysciriti*: ceteris cum hac nostra lectione consentientibus: in aliis vero, *Dein campi Threiasi*, quos habuerunt *Amazones ab sumine, incertum, quam ob causam digressos*. Primum autem illud quod expressimus, et antiquius est, et cum Sallustiana oratione magis convenit; nisi quod, pro *Threiasi*, aut *Themysciriti*, voce paullulum immutata scribendum est, *Themysciriti*: Amazones enim campos Themysciritos insediase nemo nescit. *Carrio.*

*Amazones]* Hæ, uti creditum veteribus, Scythiam primum juxta Tannin, et inde prope Thermodonta habitaverunt. Fuere et tales, si credimus Diodoro, ad mare Hyrcanum et in Libya. Hodieque prope Angolam in Africa ex mulieribus totum consistere regnum asseverant, qui viderunt, masculum omnem natum occidere: cum peregrinis rem habere. In America quoque hodie Rio de las Amazonas. Quamvis itaque Strabo exactissimus auctor l. xi. neget unquam Amazones fuisse, non tamen constante sibi tota antiquitate rejiciendum videtur, cum et nostra tempora idem confirmant.

*Ubi cum nota]* Idem Servius l. xii. *Æneid.* Sallustium hæc de Appio dixisse memorat: quamquam explicatio potius verborum Sallustii, quam ipsa Sallustianæ orationis verba esse videantur. *Carrio.*

*Longa spes.]* *Longa spes*, eodem Servio l. x. *Æneid.* interpretante est *spes*

longe posita. *Idem.*

*Equestris prælii summis, &c.]* Ita enim bina isthæc Fragmenta mala (uti apparet) manu divulgata rursus in unum conglutinari posse de argumenti similitudine conjectare lubet, traductis alio verbis illis: *Castra sine volvere introitum*, quæ nunc mediâ (si Diis placeat) interjecta leguntur. Ceterum reciprocam istam, accessim et recessim, equestri prælio, quasi serra vellendi rationem explicat idem multo clarius nobis in Jugurtha, de Numidarum equitatu loquens: 'Quibus illi freti, non (uti equestri prælio solet) sequi, dein cedere, sed ad voris equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem.' *Donza.*

*Multos tamen, &c.]* Tribus in locis verba hæc Sallustiana adducuntur; primo a Donato, in *Enuch. act. 2. sc. 2.* eo quo a me edita sunt modo; dein a Servio libro decimo *Æneid.*; nonnihil diversæ: *multos a puerris bonos insultaverat*. Postremo ab eodem Servio l. x. *multos ab adolescentia bonos insultaverat*; id est, inquit, impetum fecerat. *Carrio.*

*Cosa]* *Cosa* civitas Tusciæ, quæ numero singulari etiam secundum Sallustium dicitur. Servius l. x. *Æneid.* *Idem.*

*Equis atque, &c.]* Sic et supra: 'Equis et armis decoribus cultus.' De Pompejo loqui videtur, Sullæ Dictatori a victoria obviam accedente: quam rem ita commemorat Plutarchus: *γροδοὺς δὲ ὁ Πομπήϊος ἔγγυς ὄντα, προσέταξε τοῖς ἡγεμόσιον ἐξολλίσειν, καὶ διακοσμεῖν τὴν δόξαν, ὡς καλλίστην τῆ ἀποκρίσει καὶ λαμπροτάτη φανεῖται*, Id est, 'Cum (Sullam) appropinquare Pompejus certior factus, Legatis imperat, ut exercitum arment, et instruant, quo quam pulcherrimam speciem præbeant Imperatori.' *Donza.*

*Fessus]* Idem Servius l. x. *Fessus*, inquit, *hic est egenus consilii*: nam corpore fatigatum dicimus, animo fessum. *Carr.*

*Apud latera, &c.*] *Cortus* aut *velocem* significat aut *fidelem*, aliquando *etiam* firmum, ut ait Sallustius, *apud latera certos collocaverat*. Servius l. l. *Eneid. Idem.*

*Hispaniam*] *Ibidem*, 'patria,' inquit, 'id est, civitas in provincia esse potest, non tamen ut ipsa provincia patria sit, licet in Sallustio lectam sit. Hispaniam sibi antiquam patriam esse: sed illic ad rem, non ad veritatem.' Idem l. III. 'Hispaniam sibi patriam esse, provinciam pro patria posuit.' *Carrio.*

*Lycia*] *Auda*, Ptolemæi et ceteris: Asiæ regio est. *Mylias*, *Mallas*, olim dicta fuit, etiam *Ogygia*, *Ὀγυγία*, Stephano teste. Incolas *Termilas* *Τερμίλας* vocatos, scribit Herodotus: *Τρέμιλοι*, Tremili Stephano. Trimilis ergo est apud Liberalem: et *Solymos*, *Σόλυμος*, apud eundem Stephano. Regionem novo vocabulo *Bricquia* appellari tradit Girava. *Ortel.*

*Pisidia*] Ciliciæ regio, Ptolemæo, quæ Turcis Varsacili, ut ait Lennclaus. *Idem.*

*Sorte ductos fusti necat*] Puto legendum, *eductos*, accipiendumque de severa ac militari Crassi disciplina, qua idem in fugitoribus coercendis usus. Ex duabus Memmianis Legionibus contra edictum Imperatoris in hostem (Spartacum) pugnare ausis, profligatisque, quingentos primos, unde initium fagæ factum fuerat, sorte eductos decimari præcepit. Quod vetus supplicii genus intermortuum, ac desitum jampridem, postliminio in castra Romana reductum a Crasso. Auctor Plutarchus in ejus vita. *Donza.*

*Omnis, &c.*] Sint ne hæc certa Sallustianæ orationis verba, vehementer dubito.

*Brattium et Salentinum*] Japygium promontorium, ut Ptolemæus, vel, ut Plinius habet, AcraJapygia. Idem a Sallustio et Ptolemæo quoque Salentinum, *Σαλεντίνον*, dicitur. Plinius ad-

dit hic Italiam longissime in maria excurrere. Pomponius Sale tantum (nisi locus mutatus sit) vocat. Cabo de S. Maria appellatur Leandro: sic quoque Mayvella: S. Maria de Finibus terræ nempe. C. de Leuca, Collemutio. Stalatum indigenæ appellant, inquit Barrius. *Ortelius.*

*Italia, &c.*] Dubito num legi debeat: *Italia plana ac humilis*. Virg. 'Humilemque videmus Italiam.' *Putsch.*

*Italia plana, &c.*] Guntherus Poëta: 'Campos ac plana jacentis Prospicit Italix.' Idem l. II. Zonæ formam habere ait Italiam: 'Hæc Apennini rigidis hinc rupibus, inde Alpibus aëriis pressa atque coercita telus Longa, sed angustam Zonæ sortita figuram.'

*Qua tempestate, &c.*] Huc respexit Tacitus l. XII. cum scripsit: 'Quippe Byzantium fertili solo, fecundoque mari, quia vis piscium in Pontum erumpens, et obliquis subter undas saxis exterrita, omissa alterius litoris flexu, hos ad portus defertur.' *Ursin.*

*Qua tempestate*] Etiam citatur a veteri Scholiaste Juvonalis, qui sic scribit: 'Qui in Ponto et Mæotide capiuntur pisces immanes et pingues ex ipsa tarditate, quoniam quando gelat, in glacie hærent. Sallustius: Itaque tempestate piscium vis ponto erumpit.' Plinius IX. 15. 'Piscium genus omne maxima celeritate adolescit, maxime in Ponto.' Festus Avienus: 'Qua piscosa jacet spacio porrecta Propontis.' *Coler.*

*Introrsus prima, &c.*] An vero cuiquam dubium esse potest, quin hinc mutuatus Bithyniæ suæ descriptionem Isidorus? unde et hoc Crispi Fragmentum (id quod supra in Corsicæ ac Sardinie topographiâ præstitimus) haud mediocri supplemento succenturiari posse videtur, facie verborum nonnihil immutata; quæ ita apud eum sarcinatore consuta leguntur: 'Prima Asiæ minoris Bithymia in Ponti exordio ad solis orientis

partem adversa Thraciæ jacet, multis antea nominibus appellata. Nicomedia urbs in ea est, ubi Hannibal fugiens veneni haustu animam exhalavit. Quorum postremam particulam de Juvencalis foscillis excerptam, est verisimile ita de Mario scribentis: 'Si circumducto captivorum agmine, et omni Bellorum pompa, animam exhalasset opimam, Cum de Teutonico vellet descendere curru.' Videtur autem Sallustius a Bithyniæ descriptione exorsus, causas porro summam solens exposuisse belli a Romanis summi adversus Mithridatem, per Nicomedem Bithyniæ Regem (Id quod ex Epistola illa Pontici Regis didicimus) ipsorum maxime instinctu, armis lacessitum. Douza.

*Introrsus prima Asia Bithynia*] Recte Doctissimus ac Nobilissimus Douza fragmentum hoc Sallustii apud Isidorum auctius exstare odoratus erat, nam ita ut edidimus, legitur apud Servium quem habemus liberalitate Cl. Petri Danielli. sed Isidori locum non pigebit adscribere, ut mendam, quod ei jamdudum inhæret, eluatur: 'Prima Asiæ minoris Bithynia, in Ponti exordio, ad solis orientis partem adversa Thraciæ jacet, multis antea nominibus appellata: nam prius Beritla (*lege* Bebritia) dicta, deinde Mygdonia: mox a Bithynio rege, Bithynia appellata, ipsa est et major Phrygia.' Val. Flaccus l. iv. 'Proxima Bebricii raduntur limina regni, Pingue solum, et duris regio non invida tauris.' Ceterum cum Servius citet hæc Crispi, ut doceat Bithyniam, et Bebriciam dictam, nullaque ejus rei in fragmento hoc exstet mentio, non dubito Sallustium augere hoc pacto: 'Igitur introrsus prima Asia Bithynia est, multis antea nominibus appellata. Ipsa enim est et major Phrygia, prius Bebricia dicta, mox a Bithynio rege Bithynia.' Putsch.

*Exercitum*] Ibidem Servius interpretatur, *vertere*, dictam esse pro con-

siderare. *Carrio*.

*Se regibus*] Duo hæc fragmenta seorsum apud Servium l. iv. Georg. exstantia, orationis serie succedente, conjunxi; vere an false, nihil laboro. certe verisimiliter: quanquam prius de Celtiberia, posterius vero de Parthis et Medis Sallustium protulisse, Servius asserere videatur. *Carrio*.

*Se regibus devocent*] De Parthis loquitur, si bene suspicor. Phlaryrius, antiquissimus Virgilli interpretis, de Parthis: 'His autem gentibus, ait Sallustius, adeo ingenita est sanctitas religio: ubi emendandum ex eoque Sallustii loco: *Sanctitas regii nominis*. Coler.

*Dum inferior, &c.*] Sensus efflagitare videtur, ut pro *via*, vi rescribamus. Douza.

*Narbone*] Narbo ob id Martius nuncupatus, quod in eum Cæsar Dictator colonos ex Martia legione milites deduxisset. Cicero speculam et propugnaculum Italiæ appellavit. Plinius ait Coloniam fuisse decumanarum: et Mela insuper Atacinarum. Sita est ad ostia Atacis fluminis XII. m. p. a mari distans, hodieque et urbanissima et pulcherrima civitas, tum et Archiepiscopali sede aliisque ornamentis clara. Olim quoque pulcherrimo epitheto eam affecerat Martialis, qui et *Paternam* dixerat, modo codicis manu exarati lectionem sequamur nobis a Scrivero indicatam: 'Docti Narbo Paterna Votieni.' Vulgo enim dicitur: 'Docti Patria Narbo Votieni.' Sed firmat lectionem scriptam ista præsertim Epigraphe: COL. JUL. PATERNA. NARBO. Julia Paterna videlicet, ut intelligeretur Julii Patris Dictatoris, non Julii Filii, id est, Octaviani, auspiciis deductam. Martialis versus hi sunt: 'Quem pulcherrima jam redire Narbo, Docti patria Narba Votieni, Ad leges jubet annosque fasces.' Lymphatur quodammodo in ejus laudibus Sidonius Apollinarius: 'Salve Narbo potens salubritate, Ur-

be et rure simul bonus videri, Maris, olivibus, ambitu; tabernis, Portis, porticibus, foro, theatro, Delubris, Capitoliis, monetis, Thermis, arcibus, horreis, macellis, Prætis, fontibus, insulis, salinis, Stagnis, flumine, merce, ponte, ponto, Unas qui venerere jure divos Lenæum, Cererem, Palem, Minervam, Spicis, palmitè, pascuis, trapetis.' Ibidemque statim subjicit: 'Non tu marmora bracteata utrimque, non testudinis Indicæ nitorem, Non si quas eboris trabes, refractis Rostris, Marmarici dedere barri, Figis mœnibus, aureasque portas Exornas Asaroticis lapillis: Sed per semiratas superbus arces Ostendens veteris decus duelli, Quassatos geris ictibus molares, Laudandus pretiosior ruinis.' Nam furore Gothorum et Attilæ etiam immanitate exustam Annales testantur. De mœnibus ergo urbisque passim ruderibus, quod invenit Sidonius, nos quoque alibi in Carmine fide oculata retulimus. Innumeri enim cum Inscriptionibus antiquis exteriori murorum orbitæ ita impacti sunt lapides, ut minus quidem adapici, vix tamen adiri aut legi, ob aquæ et fossæ circumductæ profunditatem, possint. Ideoque scripsimus: 'Aucta auro contra pretiosas mœnia saxis.' Inferioris ævi scriptores, inter quos Ammianus Marcellinus, Clusæ hic meminisse reperio. At Ammianus: 'In Narbonensi Clusæ est Narbona et Tolosa, quæ principatam urbem tenent.' *Pontes.*

*Sociorum et Latii]* Vide supra p. 576.  
*Ad Jovis mandem nostræ]* Ita et in Donato, exemplaribus nostris, inscita pressus, ac perplexabili sententia, imò nulla potius. Ita ut dubium mihi non sit, quin, *Id Jovi mandem nostræ*, debeat emendari: quasi dicas: Jupiter ista viderit: vel, Hæc Deo sint curæ, qui supra nos negotium curabit. Sic et Martialis suppulans Domitiano: 'Hoc satis est; ipsi cetera mando Deo.' *Deuze.*

*Morbi graves ob inædium insolita recensibus]* Sic legendum; nam Tacitus habet: 'De obsidione cunctantibus, solita insolitaque alimenta deerant.' Videndum autem an ad hæc fragmenta addi possit illud, quod ab Ambrosio citatur epist. ad Marcellin. v. 'Brevi,' inquit, 'multitudo diversa atque vaga, concordia civitas facta erat,' &c. Nam paulo ante nominatur Sallust. ut ad eum hæc quoque referri possint. *Ursin.*

*Morbi graves, &c.]* Credo utique de exercitu Mithridatis agi Cyzicum obsidente, eo usque inædium redacto, ut ne humanis quidem carnibus abstinerent; alii, pecorum in morem, herbis radicibusque evulsis uterentur pro cibo. unde et gravium morborum et pestilentiam causæ, eo magis, quod itinera terrestria, qua commeatu subvehi possent, omnia a Lucullo obsessa circumquaque; et aquæ, per anni tempus hiemantes, maritimas importationes præpedirent. Quam incommoditatem obsessor ipse Cyzicenus questus erat supra, in Epistola sua ad Arsacem: ubi in hunc modum res, ita ut gesta erat, quam brevissime enarratur: 'Apud Cyzicum, magno cum exercitu, in obsidione moranti frumentum defuit, nullo circumadnitente, simul hiems mari prohibebat.' Quid enim? potuitne brevius? *Idem.*

*Frigere]* Legendum forsân, *affrigere*, vel *frigere*. Ciacc.

*Nam quidem Pyrrho, Annibali, &c.]* Existimo eas ex actione Lepidi; in qua legitur, *Nam quid a Pyrrho, &c.* Ciacc.

*Pyrrho]* Vide supra p. 686.

*Hannibali]* Vide supra Jug. c. 5.

*Neque est defessus]* Neque est defessus dominationem Sulla. Videtur sump-tum ex aliqua Oratione. *Coler.*

*Charybdis]* Servius lib. Æneid. 'Charybdis,' inquit, 'secundum Sallustium circa Tauromenitanum egerit litus.' Verba autem Sallustii, quæ a Servio

absunt, primus e schedis viri omnis antiquitatis studiosissimi, juxta ac peritissimi Petri Danielis in lucem dedit amicus noster Joseph. Scalig. de quo illud habeo affirmare, plus eum in Græca quam Latina lingua, externa, domestica antiquitate, omni denique omnium artium encyclopædia memoria tenere, quam quisquam eorum qui se doctos et esse et dici vohunt, hac quidem ætate, ignoret. Hæc autem Sallustiana Silius in librum suum xiv. ita transtulit: 'Et qui corruptas sorbentem vorticis haustu, Atque iterum e fundo jaculantem ad sidera puppes Tauromenitana cernunt de sede Charybdin.' Sic enim liber Coloniensis: non, *Taurominitana*. Strabonis locum, qui de Sallustiano ad verbum expressus est, pæne me fugit apponere. Est igitur hic: *Δεικνυται δὲ καὶ ἡ Χάρυβδις μικρὸν πρὸ τῆς πύλωσις ἐν τῇ πορθμῷ, βάθος ἕξασιον, εἰς δ' αὖτε λίβροισι τοῦ πορθμοῦ κατάγουσιν ἐβρυῶς τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συστροφῆς καὶ δίωξις μεγάλης καταποθέτων δὲ καὶ διαλυθέντων τὰ ναυγία παρατίχεται πρὸς ἴδινα τῆς Ταυρομενίας, ἣν καλοῦσιν ἀπὸ συμπλέματος τοῦτου κοπρίαν. Carrio.*

*Charybdis, &c.*] Quo loco notandam raram significationem in voce *Naufragia*; quæ pro quassarum, et quasi assulatum dedolatarum navium fragminibus, lacerisque armamentorum reliquiis posita; recte. Ceterum rescribendum: *Per millia sexaginta*: eodemque etiam referendum videri alterum illud libri iv. quod habes supra: 'Ubi se laniata navigia fundo emergunt.' *Douza.*

*Charybdis*] Hæc Poëtarum carminibus celebris, nihil aliud quam mare vorticosum, et quasi in hiatus descendens. Hinc Didymus Homeri Scholiastes: *Χάρυβδις θαλάσσης βάθος ἀναποτικόν*, id est, 'Charybdis, gurgis, quo mare absorbetur.' Ceterum in ipso Fretto Siculo hanc Charybdin fuisse satis constat. De ea ita Tzetzes ad

*Lycophron.* 'Ἡ Χάρυβδις καὶ ἡ Σκύλλα πλεῖστον εἶλε' ἢ μὲν γὰρ Χάρυβδις περὶ Μησόλην ἐστὶ, ἢ δὲ Σκύλλα περὶ τὸ Τήγγων. Id est: 'Charybdis et Scylla vicinæ inter se sunt: Charybdis enim est circa Messanam, Scylla vero circa Rhegium.' Audi præter Strabonem lib. vi. Senecam Epist. lxxix. Charybdis an respondeat fabulis mihi perscribi desidero. Et si forte observaveris, fac nos certiores, utrum uno tantum vento agatur in vortices, an omnis tempestas æque mare illud contorqueat: et an verum sit, quicquid illo freti turbine abreptum est, per multa millia trahi conditum, et circa Tauromenitanum litus emergere. A Siculis hodie Calopharum, teste Fazello, dicitur, quod Latine bonum sive pulchrum lumen est; ob id, quod ad proximum brachium S. Rainerii, curvam litus, altera sit specula, quæ cautum præternavigaturis contra vicinæ Charybdis minas lumen præerigit. Atque hoc non, ut tradit Homerus, singulis diebus ter absorbet ingenti gurgite removetque aquas, sed quoties vehementiori ventosum flatu fretum concitatur, maxime vero Austro. Unde etiam Silius l. xv. 'Ausoniæ pars magna jacet Trinacria tellus Ut semel, expugnante Note, et vastantibus undis, Accepit freta, cæruleo propulsa tridente.' Etenim, quum longe impetuosior velociorque sit undarum fluxus ad septentrionibus in Austrum, quam hinc refluxus versus septentriones; si quando vehementiores flatus ab Austro exoriantur; ea scilicet geminata et sibi invicem obvia in angusto freti vis, hinc venti, illinc fluxus, ita aquas comprimit et inter se collidit, ut in sublime evehantur; rursusque ingenti sua mole ac pondere in imum dehiscant, non tamen in tantum; juxta Poëtam Tibullum, uti, 'interrupto noctetur gurgite pontus.' Atque ita navigia præcipue minora abripinatur, quæ tandem in Tauromenitanum litus de-

feruntur: non quidem per subterraneos quosdam specus, sed vehementiora fluxus, e Septentrionibus in meridiem provolvunt: quia huc usque fluxus, refluxusque freti ab Vaticano Italiae promontorio per LXX. fere milia passuum se extendit. Itaque Thucydides, antiquissimus juxta et rerum gravissimus auctor, lib. iv. non unum locum, sed totum fretum Charybdia appellavit. *Cluser.*

*Tauromenitana*] Tauromenia, Siciliae colonia, priscae Naxos vocata; ut Plinius et Solinus testantur. Tauromenium *Ταυρομένιον*, habet Ptolemaeus, et Paterculius. Taurus olim, locus vocabatur, Diodoro teste xv. Vibius dicit, aliter Euseboneora nuncupari. Naxos Schison hodie nominari, scribunt Fasellus et Aretius. Tauromena Anonymus quidam. Tauromenium et Naxos, diversa sunt apud Strabonem. COL. AVG. TAUROMEN. est in Tiberii nummo. testis Goltzius Thesaurus. *Ortel.*

*Saguntini*] Estuat in hujus loci emendatione Colerus. Lega nulla licentia: quippe quis etiam tum, pro qui, optimo sensu et conveniente; quis pro quibus pueri norunt. *Putsch.*

*Apud Corduennos, &c.*] *Levis* odor est suavis et fragrans, ut contra gravis. Valerius Flaccus lib. xiv. 'Illic pestiferas subter juga concava torquet Ater aquas Acheron, vastoque exundat hiatu, Tumens et saeva sequitur caligine campus, Linque gravem fluvium, et miseris sua fata colonis.' *Idem.*

*Amomum*] Quodnam hodie sit dubitatur: vide Matthiolam et Monardem.

*Nanusque onaxum*] De Taurorum crudelitate Lactantius lib. i. 'Erat lex apud Tauros inhumanam et feram gentem, uti Dianae hospites immolarentur, et id sacrificium multis temporibus celebratum est.' *Putsch.*

*Tauri anni*] Tauri populi, in Sarmatia Europaea, Tacito xiv. Annal. colunt Achillis currum, ut scribit

Rustathius, et Procop. iv. *Edif.* Sunt aliis Tauroscythae. *Taurinia* eorum regio vocatur, apud Stephanum, in voce *ψυσσολ*: et Taurio eorum urbs, a Suida. *Ortel.*

*Triplici fluctu*] Graecis *τρικυμια*, Latinis Decumannus fluctus: atque hoc de Charybdi accipio, quam eandem intelligit Virgil. lib. iii. divini operis: 'Dextrum Scylla tenet, laevum implacata Charybdia Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus.' Et Homerus: *Τῶ δὲ ἐπὶ δὴ Χάρυβδι ἀναρροῖσθαι μέλαινα ἕσπερ. Τρις μὲν γὰρ ἔ΄ ἀνήσων ἐπ' ἤρατι, τρις δ' ἀναρροῖσθαι Δειδόν.* *Putsch.*

*Triplici fluctu, &c.*] Ita vocabant maximum fluctum, ut Latini Decumannum. Servius annotat Graecis dici *τρικυμια*. Hesychius: *τρικυμια*. ἢ ζάλα, ἕταν τρία κύματα εἰς ἐν συνάρθῃ καὶ συνάρθῃ. *Coler.*

*Charybdi mare vorticosum*] Scribo: *Charybdia, mare vorticosum*. Plinius l. iii. c. 8. ex Sallustio: 'In eo fretto est scopulus Scylla.' Item: 'Charybdia, mare vorticosum, ambo clara savitia.' Seneca l. iv. c. 1. de beneficiis: 'Turbinum motus vagus est et disjectus, et ut Sallustii verbis utar, vorticosus.' *Idem.*

*Tempore anni mare, &c.*] Hieme enim non navigabatur, sed appetente vere maria iterum aperiebantur.

*Quae magalia sunt*] Desumptum est hoc ex codice Fuldano Servii, ubi sic legitur: 'Quae magalia sunt circumjecta civitati, suburbana aedificia magalia: separo haec et duo fragmenta facio: 'Quae magalia sunt circumjecta civitati.' Et, 'Suburbana aedificia magalia: vel si lubet postrema, suburbana a. m. pro glossemate sunt ex Servii commento. *Putsch.* Vide supra Jug. c. 18.

*Traditur fugam*] Existimaverim haec de Sertorio accipienda esse, et fortasse per *longinqua Oceani* intelligendas insulas fortunatas. Acron mihi idoneus auctor esse possit. 'Sallus-

tius' inquit, 'in Historiis tradit Ser-  
torium victum voluisse fugere ad in-  
sulas fortunatas.' *Coler.*

Cum murum hostium] Refero ad li-  
brum primum, ad ista nempo *Serto-  
rius portis*, &c. *Putsch.*

Ex parte cohortium præcipere] E-  
menda, ex parte cohortium præcipus  
instructa stationes locatas pro castris.  
*Putsch.*

Sin vis obstat] Reduco ad III.  
Histor. librum, de exercitu apud Cy-  
zicum fame confecto.

Qui nullo certo exiit] Supra in  
Catilina, 'Qui Ænea duce profugi  
sedibus incertis vagabantur.' Nam  
quod *Palmerius* ibi, *sedibus cunctis*  
legat, more suo facit, id est, abuti-  
tur ingenio. *Putsch.*

Sanctus] Supra lib. I. histor. verba  
habet ab his non multum discrepan-  
tia, 'Sanctus aliter et ingenio vali-  
dus.' quæ cum his eadem putabam,  
sed refutavit me *Charisius*, qui hic  
aliter pro *alias* notat, et *Servius* ibi  
*alias* accusativo ponit, ut, *At cetera*  
*Grajus*. Quæ diversitas fecit, ut hic  
et diverse a me ponerentur. *Idem.*

Luxo pede] Id est, Vacillanti. *Pro-  
bus.*

Maurique] Citat hæc *Priscianus* ex  
*Crispi* nostri *Jugurtha*; quæ cum ibi  
non legantur, huc inter incerta refe-  
renda duxi. quod boni mihi vitio non  
vertent, cum sæpe in adducendis ve-  
terum testimoniis a Grammatica pec-  
catum sit; ut apud *Nonium* in *lus-  
trare*. 'Lustrare, patefacere. *Sallus-  
tius* *Catil.* lib. I. Si lustrantur, si  
arumpunt omnia, muta jam istam  
mentem, cum omnino legendum sit,  
*Cicero* *Catil.* I. in cujus orationibus  
hæc exstant, non in *Sall. Catil.* Falso  
quoque adscribit *Sall.* fragmentum  
ex libris *Ciceronis* de *Republ.* *Anto-  
pius* *Augustinus* sub finem notarum  
*P. Ciacconii* *Antverpiæ* editarum.  
*Putsch.*

Antipodes] Uti notum, illi dicuntur,  
qui adversa nobis urgent vestigia.

*Cic.* in *Academ.* 'Antipodes e regio-  
ne nobis, e contraria parte terræ ad-  
versis vestigiis stant contra vestigia.'  
*Idem* dicit in *Som. Scip.* eorum par-  
tim obliquos, partim versos, partim  
etiam adversos stare nobis.

Maximum esse Nilum] Hæc præter  
*Agellium* testatur etiam *Festus* *Avie-  
nus*, elegantibus versibus: 'Non olli  
compar quisquam fuit, incluta quan-  
quam Undique se totis eractent fun-  
mina terris, Nilus et immensos ni-  
nam dispergit in agros, Et fovet in-  
vecto sata gurgite. Nilus honorem  
*Telluri* reparat: Nilus freta maxima  
pellit.' *Coler.* Nilum antiquis Ægyp-  
tum dictam fuisse testatur *Plinius*  
eruditionis ingens *Bibliotheca* v. 9.

Αἴγυπτος autem Hebræorum נִילֻס  
referre, notum est, unde Græci *Siria*  
suum effinxerunt, quod eleganter de-  
monstrat *Dionysius de peregr.* cum  
dicit: 'Ὅς δὲ τοὶ Λιβύηθεν ἐπ' ἀπολιῶν  
πολλὰ ἔργων, Σίρας ἐπ' Αἰθιοπῶν κικλήσκου-  
ται, οὗτοι Σίρης Ἐρυθραῖα στραφέντι  
μετ' ὄνομα Νείλων ἴδοντο. Eadem de  
ratione *Mélas* dicitur, ideo nimirum  
quod nigro limo quotannis Ægyptum  
pinguefaciat. Unde vero Nilus no-  
minis originem acceperit, *Josephus*  
*Soaliger* ingenue fatetur se ignorare,  
colligi tamen illud potest ex *Pompo-  
nio* *Mela*, qui III. 18. ita loquitur:  
'In horum finibus fons est, quem Nilus  
esse aliquibus credibile est, Nubal ab  
incolis dicitur, et videri potest non  
alio nomine appellari, sed barbaro  
ore corruptius, (sive potius) corrup-  
tum.' In quibusdam exemplaribus  
*Neal* scriptum invenimus, quapropter,  
optime, nisi fallor, divinavimus, sic-  
uti Hebræi nomine נִילֻס Nilum  
intellexerunt, ita et Græcos deinde  
ex Hebræico vocabulo νεῖλος Νείλος  
effinxisse. Quod facile fieri potuisse  
inde liquet, quoniam Græci aspira-  
tionem in mediis vocalibus non assu-  
munt. Vocabulo autem illo insigniri  
Nilum apud Hebræos, ex *Sacra* *Scip-  
tura* liquide apparet. Locus insignis

est Jos. xv. 4. 'atque inde pertransiens in Azemona et perveniens ad torrentem Ægypti.' Fateor quidem inter auctores non convenire, quis ille torrens sit. Nonnulli existimant fuisse torrentem Bezor. Septuaginta patres vertunt ad Rinocoluram, quos sequitur D. Hieronymus Epist. 139. ad Dardanum. Per torrentem autem, rivulum Nili quidam intelligunt. Sed falso. Cum ipsa Sacra Scriptura vocem torrentis per τὸ Sichor Paral. xliii. 5. et 1. Reg. 17. interpretetur. Neque novum est ab inundatione, et singulari undarum agitatione torrentem vocatum esse, cum et Tigris Persarum propter celeritatem a sagitta illorum lingua dictus, et ipse Euphrates ab inundatione. Quod ex Arabum Lingua doceri potest. Quibus قراط inundare significat, قراط autem inundationem, quod quidem nomen corruptum, postea in Græcorum Euphratem migravit. *Thys.*

*Tigris*] *Τίγρις*, Ptolemæo, et ceteris Latinis, etiam Straboni et aliis Græcis scriptoribus, Asiæ flumen celebre. *Sylax* Ἰβλαξ, quondam vocatum, scribit Eustathius. *Sollax* Ἰβλαξ, habet Plutarchus, in opusculo de Fluminibus. *Hidekel* Hebræis dicitur, testis Ben Ar. Montau. *Diglath* Διγλαθ, vocat enim Josephus (et sic quoque hodie vocari scribit Masius) *Diglito* eum appellari, ex parte nempe, qua tardior fluit, Plinius auctor est. *Thera* Θήρα, vocatur in quodam oraculo Juliano Apostatæ dato: ut habet Theodoritus iii. 18. Ejus descriptio ampla exstat apud Trogum 42. Tegil hoc nominari, scribit Castaldus; et Sir, Pinetus: Set autem Joseph. Barb. Postello (Morato) est. sic quoque in Itinerario Antonii Tenreri. *Thevetus* vult accollis *Hidecel*, et aliis *Derghele* dici. *Pastigris* Πασιτύρις, a Plinio et Arriano dicitur pars *Tigris*, eo loco, quo bifidus fac-

tus, insulamque circumiens, denuo in se redierit. Ab incolis sic nuncupari, scribit Curtius v. Apud ostia sic nominari tradit Strabo xv. cui suffragatur Afrianus in Indicis. *Hujus* meminit etiam Plutarchus in Eumene. Præter hunc *Tigrim* notissimum, habet Herodotus duos alios, in Armeniam influentes. Eustathius quoque in Paphlagonia *Tigrim* habet,

ex Xenophonte, ut addit. *Tigris* تىگر id est, *tiir*, hodieque sagittam denotat Persis, sicuti et Curtius a celeritate, qua defluit, ita dictum, tanquam *Sagittam* antiquis ostendit.

*Euphratem*] Est fluvius Mesopotamiæ, quem Strabo scribit ex Niphate monte Armeniæ magnam, profundum, et celerem nasci. Influere autem in mare Rubrum, prius tamen Babyloniam per medium dividere et *Tigri* conjunctum Mesopotamiam facere.

*Euphratem*] Plinius: 'scinditur Euphrates a Zeugmate LXXXIII. m. passus, circa vicum Massicen: et parte læva in Mesopotamiam vadit, per ipsam Seleuciam, circa eam præfluenti infusus *Tigri*.' Ptolemæus: *Ἰχίσηται εἰς τε τὸν διὰ Βαβυλωνίους βέουνα, καὶ τὸν διὰ Σελευκίας, ὃν ὁ μεταξὺ καλεῖται Βασιλειος ποταμός*. Id est, 'scinditur in eum alveum, qui per Babylonem fluit, et qui per Seleuciam, quorum medius vocatur regius fluvius.' Medius ille fluvius, quem *Βασιλειος ποταμός*, Regium amnem, Ptolemæus, et Polyb. l. v. τὴν Βασιλικὴν δούρουχα Regiam fossam vocari scri-

bnot, est Arabum الملك Id est, *Almelic*, cujus meminit Nubiensis Geographus. Chaldæi נערמלכע id est, *Naarmalcha* appellant. Ammianus l. xxiv. 'Ventum est hinc ad fossile flumen, *Naarmalcha* nomine, quod amnis regum interpretatur.' Flumen autem regium dictum, quia regia cora effossum. Atque inde quoque *Chabar* forsitan dictus (cujus et in *Eso-*



cliele mentio) quod ille huic operi præfectus esset. Plinius: 'Sunt, qui tradunt Euphratem Chobaris præfecti opera deductum, ubi eum diximus findi, ne præcipiti cursu Babyloniam infestaret: ab Assyriis vero universis appellatum Armalchar (lege Naarmalcha) quod significat regium flumeu.' Porro juxta Geographum Arabem Euphrates dividitur in quinque alveos, quorum unus in Tigrin influit e regione Bagdad, reliqui quatuor infra Rahabam, (id est, Rehoboth. Gen. 36. 37.) ex Euphrate derivati merguntur in varios lacus. Primus est ab Oriente fluvius Tatzar naviger, cui adjacet urbs cognominis a Bagdado distans novem millibus. Secundus est fluvius Almelic, id est, Regius, sex millibus a priore dissitus, ad quem est Alcatsar, id est, castellum filii Hoboira. Tertius ad Suram tendit. Quartus ad Cufam: quas urbes ab invicem distare scribit Benjamin itinere sesquidiei. *Bochart.*

*Pelorum] Pelorus, Πέλαγος, Ptolemæo Siciliæ promontorium. Cabo de la torre del Faro, nunc, Castaldo teste. Della Martella, Laurentio Ananiensi. Ortel.*

*Aristæus] Sicuti in fabulis est, juxta Pindarum, ex Cyrene Penei amnis filia, et Apolline editus. Nymphis postmodum a matre traditus nutriendus, a quibus, quum lac coagulare, mel atque oleum conficere didicisset, primus ea in usum hominibus traduxit. Unde a posteris ut Deus cultus est, Arcadiæque regnum obtinuit, sienti auctores sunt Diodorus, Justinus, Plinius, aliique.*

*Cæum] Insula in mari Egæo.*

*Aristæus, &c. cum Dædalo in Sardiniam transit] Ex Servio Georg. l. i. Idem Æn. l. vi. 'Dædalus,' inquit, ut scribit Sallustius, primo Sardiniam, post delatus est Cæmas.' Illud in l. XII. transtulit Silius; sic enim canit: 'Fama est, cum laceris Acæon flebile membris Supplicium*

lueret spectatæ in fonte Dianæ; Attonitum novitate mali fugisse parentem Per freta Aristæum, et Nardoos isse recessus: Cyrenam monstrasse ferunt nova littora matrem.' *Cæmas]* Est urbs Campaniæ celebris. Vide Cluver.

*Sallustius duces laudat] Ut de L. Scipione Sulla, Pompejus de D. Bruto castris collatis apud Mutinam obsessæ. Sed, Reportarunt, malim. Et fortasse hæc pertinuerit, quod habes supra: 'Cæmas hæc volnere introitum.' Quod ipsum tamen ad Pompeji Epistolam Senatui inscriptam, post victoriam de Bruto, quam dixi, referri oportere, potest, ut credam, hoc Plutarchi testimonio adductus: *ἔλασε δὲ τῶν φόβων ἐπιστολὴ παρὰ Πομπηίου κομισθεῖσα, κατορθωκότος ἔγενε μάχης τὸν πόλεμον. ὁ γὰρ Βρούτος, εἶτε παραδοὺς τὴν δόναμιν αὐτὸς, εἶτε προδοθεὶς μεταβαλλομένης ἐκείνης, ἐνεχείρισε τῷ Πομπηίῳ σῶμα, &c.* Id est, 'Hanc formidinem allata a Pompejo litteræ discussere; bellum sine certamine esse perpetratum: Brutus enim, quia vel exercitum ipse tradidit, vel, transitionem ille quum faceret, proditus fuit, seque et vitam suam in Pompeji permisit fidem.' Addam corollarii vicem, hujusmodi victoriæ genus, in re tamen diversa, et quæ ad Venerem potius spectet, quam Martem, etiam præcipue Triumpho dignum censi a Poëta Salmonensi: In qua (ut idem festivissime argutus) utcumque est, sanguine præda caret. *Douza.**

*A Troja] Servius Æn. l. i. paulo aliter: 'A Troja Capys Campaniam, Helenus Epirum, Antenor Venetiam, alii Sardiniam, secundum Sallustium, occuparunt.' Eodem pertinet illud Silli l. xi. 'Hinc Tros, hinc Ilus, generis tunc ordinae longo Assaracum, nulloque minor famæ manuve Tum Capys, ut primis dederit sua nomina muria.' *Cæmas]**

*Scyllam] Scylla, Plinio scopulus in*

Preto Mamertino, inter Siciliam et Italiam. Scyllam et Scyllæum vocat Strabo. Hodie Scyllo dici, auctor mihi est Fazellus. Scylla, Brutiorum oppidum, apud Melam, quod hodie Siglio nuncupatur, ut Læander tradit. Scylla nomen insulæ desertæ, circa Thraciæ Chersonesum, ut ex Plinio videtur. *Ortel.*

*Cale*] Ex Sallustio Calem in Gallia, et Calensem villam, ab urbe Parisiorum quasi centum stadiis distantem, habet Greg. Turonensis. Haud procul a Matrona flumine, ut Gaguinus ait. *Idem.*

*Curribus falcatis*] Hujusmodi, pugnacis vehiculi genus, quod armis præter morem videtur instructum, reperit Parthiciæ pugnæ necessitas; sed hoc singulis bene munitis invecti equis duo viri, vestitu, et armis, ferro diligenter muniti, citato cursu in pugnam rapiunt: cujus posterior supra currum pars cultris in ordinem extantibus communitur, videlicet ne facilis a tergo cuiquam præbeatur ascensus. Falces vero acutissimæ axibus ejusdem currus aptantur, in lateribus suis ansulas habentes, quibus innexi funes, pro arbitrio duorum equitum laxati quidem explicant, repressi autem erigunt falces: qualia vero hujusmodi machinæ funera hostibus immittant, vel quas turbatis ordinibus strages efficiant, dicent melius, qui usa bella cognoscunt. Vide *Stewech.*

*Paphlagonum*] Παφλαγονία, Asia Minoris regio, Ptolemæo et aliis. Hæc aliquibus, ut Plinius scribit, Pylemænia dicta fuit. Josephus Riphathæos, Strabo l. iv. Henetos vocat: Flagonia nominari, in Anonymi libro de Bello Sacro putat Reinæcius. Henetus locus est apud Solinum. Paphlagoniam Macedoniae conterminam, versus Boream, habet Martianus Capella. Hanc me ignorare fateor. An *Pelagonia* legendum? *Ortel.*

*Κριου μέτρον*] Ptolemæus, Strabo, Plinius: et Priscianus in exegesi:

'Arietis hanc rupem simulantem vertice frontem, Pro merito Graji κριου dixere μέτρον.'

*Orchomenum, &c.*] Ὀρχόμενος, Ptolemæo et Plinio, Bæotiæ urbs; Diadæ olim vocatam, scribit Niger, citans male ex Eusebio hunc locum: 'Cecrops in Bæotia Diadæ condidit, quam Bæoti Orchomenum vocarunt.' Pro Bæotia et Bæoti, *Eubæa* et *Euboici* legit Chronicon Eusebii. Minyeum Μυθίων quondam, nunc Bæotium vocant Orchomenum, inquit Thucydides libro quarto. Orchomenium locum non semel nominat Theophrastus, qui insulas fluitantes in eo describit. In Bæotia, hujus meminit et Plinius xvi. capite tricesimo sexto. *Charonea* autem urbs Bæotiæ. *Id.*

*Et iterum ad Amisum*] Vide supra p. 725.

FRAGMENTA tria, ex vetustis, et Servianis doctissimi Petri Danielis schedis, necdum publicatis, Latetie descripta, atque inde porro ad C. V. Justum Lipsium ab adolescente lectissimo, Andrea Schotto, gratificandi causa Lugdunum nostram transmissa; alius nemini, quam Sallustii esse quovis pignore contendere ausim. Cui rei argumenta, primo stylum, dico: quem ego adeo omni ex parte Sallustiano dicendi generi respondere, probare posse videor; ut lac lacti similis esse non queat: deinde Servilis belli tractationem, quam Sallustinum in his Historiarum suarum libris exsecutum esse, cum ex aliquot superioribus Fragmentis, tum vero ex Ausoniana illa duodecim annorum computatione ita examussum comperit jam pridem, atque exploratum habemus; ut satis acceptione nobis ejus rei causa opus non sit. Absent tantum cæcæ lituræ illæ, tot barbariæ mendis ac maculis cooperatæ; quibus ipse hercule elucendis sat esse non possum: neque enim Fullonicam didici; uti lapsæ exarata accepi, ita representavi. Ceterum fides sit penes Exscriptores. *Douza.*

# NOTÆ VARIORUM

IN

## EPISTOLAS DUAS

AD

### C. CÆSAREM.

---

ORATIONES DUE] De Scriptore duarum (ut quidem nunc inscriptio est) Oratorum ad C. Cæsarem, cur ambigerent literati homines, causa non erat; præsertim cum et eodæmembranaceorum consensus, et, quæ ratio maxima, geminissimus dicendi character, tantæque in his Censoriæ notiones exercitiæ, sese ab alio nemine, quam a severo et serio illo Historico esse, haud indicium modo, sed et fidem merebantur multo certissimam. Quid enim? E summo puteo (nti apud Comicum nostrum est) similior nunquam potest aqua aquæ sumi, quam hæc ipsa sunt, et altera illa, quæ de Sallustianis naufragiis reliqua Deorum nobis benignitas fecit. Nam quod de Tacito, aut alio etiam rerum illius ætatis auctore hallucinati sunt quidam, quid simile? Primum, nunquam ea linguæ Latine puritas in Tacito: deinde; temporum ratio putetur: magnum sane inter Flaviani ac Juliani sæculi scriptores

intervallum. Neque ipsi id insitentur. At brevitatis illa, quæ in Historico nostro familiam ducit, non æque credo in his Oratoribus, ac in ceteris ejusdem scriptis, comparet. Ridicula res vero: mirorque ubi oculos, et animi mentem habuerint, qui hujusmodi ante nos sententias dixerunt: nisi tamen forte hæc ipsa, sicuti peregrinantes, perlegerint, quod hercle pernegari non potest. Quæ etiam causa fuisse videtur; ut quo in lingua Latina strictius nihil, aut concisum magis, dici, scribi, vel fingi ne ab ipso quidem Sallustio possit, id isti immodico longum ac Sallustianæ breviloquentia indignum arbitrari sint ausi: haudquæquam cogitantes, ejusmodi delicias longas dici non posse: quibus (ut Martialis Tribunus intercessione pro Crispo Prætere nostro utar) nihil est, quod demere possis; ut omittam cetera, quæ in Cosconium noto ibidem Epigrammate legantur, in hujusmodi novos Læneas

potius, quam veterem illum Celtiberi Poëtæ criminatorem convenientia. Verum aliquando in rem præsentem, in qua ego omnibus verbis vindicare, manumque cum hoste, (si usus venit) apud Prætorem, quem dico, consecrere sum paratus: non quidem vitiligandi studio (a qua scabie, meditate semper cavi, ut unguis tenerem) sed veritatis, et Sallustiani honoris defendendi. cui hoc loco assertorem me venisse haud poenitet, magis reticuisse pligeret. Nam sive hæc, sive alia studiosis probabuntur, a me quidem pro virili dictum et adjutum fuerit. Reliquum est, ut quid de pervolgata hac inscriptione sentiam; quam brevissime potero, exponam. Nam Orationum nomine censendas persuadere mihi non possum. Proinde (more majorum quod liceat) Epistolas, non orationes judicio inscribi oportere: conjecturam ex eo ducens, quod auctorem ipsum, non orantem, sed scribentem postea inducit Sallustius, his verbis: 'Forsitan, Imperator, perlectis litteris decernes, quem numerum Senatorum fieri placeat, quoque modo in multa, et varia officia,' &c. Et aliquanto post: 'Ea mihi omnia generatim describere haud difficile factu fuit, prius laborandum visum est de summa consilii,' &c. Denique etiam sub finem: 'Quæ mihi utilia factu visa sunt, quæque tibi usui fore credidi, quam paucissimis potui, perscripsi.' Ubi manifesto vides, et litterarum et scriptionis per litteras interpretes factæ, non autem

Orationis ad Cæsarem habitæ fieri mentionem. Quod quoniam satis superque argumentis ostensum ac declaratum arbitror, in promptu erat, aliquot ex omni numero exempla decerpta proponere: unde, tamquam ex volpe leonem, cuius promptam sit oculo præsentem arbitrari, Epistolas, quas dico, utrasque sine probro lectas, hoc est, puras putas Sallustianas esse: neque quicquam in iis adalterinum deprehendi, quod parentem suum infitari possit. Sed quis modus quæso observationum futurus, si nobis libido fuerit omnia examussim persequendi? Proinde nos quidem properantes, quæ restant Grammaticorum curiositati linquamus, omissuri etiam compendii faciendi causa; simul ne communium miseriarum, quas per tot annos ægre ac dexter exantlavimus, non ipsi in memoriam inducamus, tot tantasque in illustri positas pro rep. indignationes: quibus solens cum seculi sui vitilis rixari amat Sallustius; gravissimus alienæ et publicæ luxuriæ castigator. Quas si quis cum Catilinarii, et Jugurthini Belli querimonis inter se contendere voluerit, facile videbit, ejusdem imaginis formam possidere utrasque: neque aliud in his majus discrimen comparere, quam quo Menæchmum surreptum a Sosicle discrevit Plautus. Quare his, ut dixi, præteritis, aliquot prius a me emendatiunculas daturus, rem ad exordium aliquando deducam. *Douze,*

## EPISTOLA I.

## DE REPUBLICA ORDINANDA.

Altera Sallustii oratio ad Cæsarem, quam male præponunt, quum ea scripta sit post Pompejum victum, altera ante eam victoriam. *Mercerus.*

*Populus Romanus antea obtinebat regna*] Duo Longobardicis litteris scripti libri habent, *Pro vero antea obtinebat, regna atque imperia fortuna dono dare.* Sed Latinus Latinus legit, *fortuna dono dari.* Forte, *Pro vero antea obtinebam regna atque imperia fortunam dono dare.* Ciaccon.

*Populus Rom. antea obtinebat, regna atque imperia fortunam dono dare: item alia, quæ per mortales avidè cupiuntur, &c.*] Ita hæc distinguo: nec puto quicquam desiderari; multo minus locum corruptum, aut deploratum esse; id quod censent Critici. Proinde: *Obtinebat*, novo significato, a novatore verborum Sallustio positam accipio, *Opinabatur*, seu potius, *persuasum habebat sibi, &c.* pleno ac perpicuo intellectu. *Douza.*

*Populus Romanus, &c.*] Imperiti homines qui non intelligebant, *obtinebat*, positum esse pro, opinio obtinebat, sive vulgo credebatur, cum aliquid deesse persuasum haberent, ex ingenio, quod maxime probabile visum suppleverunt, duobus his verbis, *Populus Romanus* initio præpositis: quæ duo verba clarissimam alioquin et illustrissimam sententiam tenebris plus quam Cimneriis involverunt. Legendum autem: *Antea obtinebat regna atque imperia fortunam dono dare, item alia quæ per mortales avidè cupiuntur, &c.* Mer. Casaubonus

in notis ad Antoninum pag. 41. Testatur Carrio in libris Fabri et Briconeti lectum *Populus Romanus vero, Fortassis igitur, pro vero antea obtinebat.* Appulejus in Apol. 'Certus equidem eram, proque vero obtinebam, maxime Claudii.' *Gronov.*

*Cuiquam incorrupta, &c.*] Multa de hac re dicta Philosophorum et Poëtarum apud Stobæum *λογ. 77.* Et in memoria sunt vetera et recentia exempla, quæ ut vulgo nota, non hic inculco. Illud tantum Val. Maximam Epilogum, non possum quin huc apponam: 'Caduca nimium hæc sunt, quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt subito, repente dilabuntur; nullo in loco, nulla in persona, stabilibus nixa radicibus consistunt, sed incertissimo flatu Fortunæ huc atque illuc acta: quos in sublime extulerunt, improvise decursu destitutos profundo cladum miserabiliter immergant. Itaque neque existimari, neque dici debent bona, quæ ut infictorum malorum amaritudine desiderium sui duplicant, propensiore favore primo delinitos, majore postea malorum cumulo opprimere solent.' *Coler.*

*Fabrum esse suæ quemque fortunæ*] Duo Longobardicis litteris scripti libri, *fabrum suæ esse quemque fortunæ.* Ad hæc alludit Livius l. XXXIX. cum de Catone loquens, ait: 'In hoc viro tanta vis animi ingenique fuit, ut quocunque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur.' Plantus Trinummus: 'Nam sapiens

quidem pol ipse fingit fortunam sibi.  
*Cicero.*

*Prætergressus*] Omnes libri, *Prægressus*. Carrio.

*Uti prius defessi sint homines laudando facta tua*] Sic in sequenti Epistola: 'Quod prius defessi sunt homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo quam gloria digna essent.' *Cicero.*

*Uti fabricata*] Videtur Sallustius paulatim id agere, ut Cæsarem adducat ad ordinandam novis legibus Republicanam, et quidem necessario. Hæ enim animæ sunt civitatis. Ut corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege suis partibus ac nervis, ac sanguine uti non potest: ait M. Tullius in ea pro Cluentio. quod sane dixit ad imitationem sui Demosthenis, qui scripserat *πόλεως ψυχῆς ἕνεκα τοῦ νόμου*. Plane ad hanc Sallustii mentem illud Valerii Max. dictum: 'Quid prodest foris esse strenuum, si domi male vivitur? Expugnentur licet urbes; corripiantur gentes; regnis manus injiciantur; nisi foro et curiæ officium ac verecundia sum constiterit, partarum rerum cælo cunctis æquatus sedem stabilem non habebit.' *Carrio.*

*Et quamvis bonus, atque, &c.*] Id est: Quia illi copia est male faciendi, vel, quia in manu ejus potestas plus potest, clementem, an Tyrannum esse velit, ideo metuitur, non amatur. *Druza.*

*Id coenit*] Fabri et Briconeti libri, *id coenit*. Carrio.

*Nequiores*] Id est, Minus queentes aut valentes: unde *Nequam* non dicitur perversus aut luxuriosus: sed homo nihili, id est, nullius virtutis, ut qui nequit quicquam. *Bad.*

*Sed tibi hoc gravius est*] Ait, Gravius esse Cæsari ordinare Remp. quam cuiquam unquam Romanorum fuerit, has ob causas. Primum, quod bellum nimis placidum et aliorum pace mollius gesserit; dein, quod

victi cives sint, et ab his prædam portant victores. Jure laudatur C. Cæsar ob duas virtutes, Modestiam et Clementiam, quarum victor post bellum civile observantissimus fuerit. Quis enim omnium post victoriam Cæsaris non optasset potius hostis fuisse Cæsaris, quam in pace amicus Marii, aut Sullæ? Pauci victores Modestiam aut Clementiam colere. Id adeo Nature quodam instinctu inter mortales fieri solet. Nam dum hostis ab hoste summam se accepisse injuriam existimat, post victoriam animus augetur, crescit cupiditas. Scimus Sulla bellatore nihil fuisse mitius, victore nihil truculentius aut crudelius. Est et alia causa insolentiæ ejusmodi, quippe secundis rebus etiam egregios Duces inolescere testatur Tacitus. Rarissimum igitur hoc exemplum in Cæsare, quod etiam Historica auctoritate stabilio. Scribit enim de hac victoria Florus, 'Pax incruenta, pensatumque clementia bellum. Nemo cæsus imperio præter Afranium (satis ignoverat semel) et Faustum Sullam: didicerat generos timere, filiamque Pompeii cum patruilibus ex Sulla: hic posteris cavebatur.' Hæc Florus. Hinc de præda militibus dividenda, magna in hac re difficultas Cæsari objecta erat. Nam et milites prædatores et victi cives. Invidiosum omnino factum fuerat Cæsaris, bona civium prædæ dare. Jam valebat Romæ fama de crudelitate Cæsaris, ex mera invidia facta. Tangit eum Cicero ad Atticum scribens: 'Qui quidem incertum est, Phalarimne an Pisisistrum sit imitaturus.' Unde et illud verissimum esse liquet, quod idem Cicero scribit: 'Omnia sunt in bella civilibus misera, sed nihil miserius quam ipsa victoria, quæ etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferocios impotentioresque reddit, ut etsi natura tales non sint, necessitate esse cogantur.' Illud vero nonne

miserrimum post bellum civile, quod non solum non fiunt, quæ velit victor, verum quod iis mos gerendus, quibus adiutoribus parta est victoria, ut scribit idem Cicero Epist. xii. 18. Et id bene etiam scivit Æschines: *στάνει ἀμφόλιος ἐς ἑκάτερα μακρόν. καὶ γὰρ νικίουσι καὶ ἡττωμένοις ἁμοιόβη φθορῇ.* Atqui tamen Cæsari ultionem post victoriam adhibendam fuisse dicat aliquis, quia ultio plerumque justa post bellum, quam et Seneca l. i. de clement. ait duas res præstare, injuriæ solatium, et in reliquum securitatem. Verum tamen ego non suasissem Cæsari, ob belli speciem, ut ante dictum. Non externum aliquem hostem, non socios perfidos vicerat Cæsar, sed cognatos, amicos, cives. Reliquum igitur belli jus aiebat. Neque vero secundum Senecam etiam ultio Cæsari ullam securitatem præstitisset: quippe nec in armis securus sis, ubi tuos nimis læseris. Quærenda igitur in tali negotio vera et solida pacis stabilimentum, solius opinor Clementiæ et Misericordiæ tibicine fulcienda. Id suadet Augustinus: 'præterita vindicando iram pascimus, misericordes si simus, in futurum consulimus. Hoc igitur Cæsaris munus erat, Modestia et Clementia civium odia vincere, omniaque ad eorum commoda et salutem referre.' Præclare Cicero in nobilissima Epist. ad Q. Fratrem: 'Est non modo ejus, qui sociis et civibus, sed etiam ejus, qui servis, qui multis pecudibus præsit, eorum, quibus præsit, commodis, utilitatique servire.' Etiam Africa, Hispania, Gallia, immanibus ac barbaris nationibus, eorumque commodis et utilitati salutique consulere humanitatis est. Col.

*Componere bellum*] Vaticanus: *Componere; quod bellum.* Carrio.

*Evadendum*] Id est, invento honesto medio, quo neutri lædantur, e discrimine eundum.

*Magna mediocrique sapientia*] Agit

de consiliariis, quos Cæsari adhibendos censet, non tantum acutos et sapientes, sed etiam mediocri sapientia. Neque enim acuti solum, sed etiam hebetiores aliquando optimi consultores. Certe hos magni facit Thucydides, Politicus et ipse insignis: *Οἱ φαυλότεροι τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ζωηρωτέρους, ὡς ἐπὶ τὸ πλείστον, ἡμῶν οἰκοῦσι τὰς πόλεις.* Hæc Sallustiana decore illis, quæ Just. Lipsius in Notis ad Polit. disputat, apponi possent. Coler.

*Cum homine claro*] De claritudine Pompeji supervacuum est ex Cicerone, Plutarcho, Dione aliquid addere. Hoc tantum addo, Pompejum fama et claritate etiam supra Crasum et Cæsarem fuisse. Florus l. iv. 'Forte tunc Crassus genere, divitiis, dignitate florebat, vellet tamen auctiores opes. C. Cæsar eloquentia et spiritu, et jam consulatu allevabatur. Pompejus tamen supra utrumque eminebat.' *Idem.*

*Avido potentia*] Vellejus: 'Potentia, quæ honoris causa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur; cupidissimus.' Non ita, puto, Sallustius intellexit. Sed cum Vellejo sentit etiam Plutarchus, Cicero, alii. *Id.*

*Majore fortuna*] Contra sentit Lucanus et Cicero. Nam causam quidem bonam Pompejus, sed fortunam iniquam et Deos adversos habuit. *Hadrian.*

*Majore fortuna*] Hoc negat Cicero. Et Vellejus ei diserte Prudentiam militarem tribuit. Sed Sallustius Pompejum cum Cæsare confert. Ideoque dicam, prudentiam in Pompejo respectu Cæsaris non admodum magnam fuisse. hac certe vicit Cæsar. Cicero de Pompejo ad Atticum: 'Nihil actum est a Pompejo nostro sapienter, nihil fortiter.' Et alibi de Cæsare: 'Sed hoc *τέρας* horribili vigilantia, celeritate, diligentia est.' Coler.

*Quem secuti sunt pauci*] Intellego

nobiliores illos, Lentulum, Marcellum, Scipionem, Catonem. Ipse Cæsar l. i. de Bello Civ. 'Paucorum factionem' appellat. Hæc omnia copiose ipse Cæsar et Plutarchus. Paucos autem isto ævo et ista Reip. forma, vocabant, quos Cicero optimates. Aut certe ita invidiose dixit Sallustius. Nam voce paucorum *ὀλιγαρχία* significatur. *Idem.*

*Inimici*] Inimicitias refero ad Catonem, affinitatem ad Scipionem. *Idem.*

*Cetera multitudo*] Pompejus belli causa discedens ab urbe, in senatu dixerat, eodem se habiturum loco, qui Romæ remansissent, et qui in castris Cæsaris fuissent. Hoc ipse Cæsar l. i. Bel. Civ. Quo effecit Pompejus, ut discedentem tam plebis quam nobilitatis agmina sequerentur. *Idem.*

*Post alius alium*] Supra bello Jugurth. 'Deinde ab eo magistratus alium post alium sibi peperit.' et rursus, 'aliis post aliis militari.' Videndum ergo an hic legi debeat, *Alius post alium*, an, *post alium alius*. Ciacc.

*Quibus omnia probro*] Conjicio non fuisse infimi ordinis homines, sed equestri censa. De Curione quidem res est pervulgata. Is quasi conciliator et pararius Cæsarianorum fuit, obque id maximo ære alleno liberatus a Cæsare, ut scribit Dio. Sed eadem via alios etiam nonnullos sibi obnoxios fecerat Cæsar. Ea res cum apud Pompejanos magnam invidiam faceret, invidiam auxerunt, et perditissimum quemque in Cæsaris castra ire jusserunt, quippe ubi et civium spolia darentur et creditum condonaretur affatim. At illi, ubi viderunt contra esse, neque Cæsarem creditum condonare, nulloque modo, ut Ciceronis verbo utar, Sullaturire, defluxerant. Reliqui in castris esse maluerunt, quibus Romæ non licebat, ob creditorum multitudinem. *Idem.*

*Quæ corruptus animus jubebat*] Vetus editio, *quæ corrupto animo jubebat*, hinc scilicet vulgarem scripturam nasci. Omnes Mss. *quæ corrupto animo lubebat*. Carrio.

*Civiliter deponas*] Victori duo facere necesse est, ut pacem non tantum bene constituat, sed etiam bellum civiliter deponat. Puto autem civiliter deponit bellum, qui magis victis ignoscit, quam indulget ultioni; quod jure belli fieri posse et solere supra dixi. Sed quid tamen magis cum periculo conjunctum quam talis etiam compositio, præsertim post bellum civile? Hic præcipue illud verum erit, quod Tacitus scribit lib. II. Hist. inter victores victosque nunquam solldam coaluisse pacem. Curtius l. VIII. 'Quos viceris, amicos tibi esse cave credas, inter dominum et servum nulla est amicitia.' *Idem.*

*Ille ut quam justissima*] Glareanus; *illa quidem justissima*. Fabri et Briconeti, *illi quam justissima*. Pro nobis est Vaticanus. Carrio.

*De te ipso primum, quia compositurus es, quod optimum factu est*] Vv. cc. habent, *qui ea compositurus es, quid optimum, &c.* Videndum item an, *optimum factum* scribi debeat, pro, *optimum factu*. Sic enim locuti sunt veteres scriptores. Seneca de vita beata, c. 11. in v. c. 'Quamvis, quid optimum factum sit, non quid usitatissimum.' et Sallustius ipse in Bell. Jugurthæ: 'Quare optimum factum quidem tibi,' &c. Sic enim est in vv. cc. Item Cicero in Catil. I. ut est in v. c. 'Ego si hoc optimum factum judicarem.' et Plautus Aulularia in v. c. 'Hoc mihi factum optimum est,' &c. *Ursinus.*

*Quia compositurus es*] Vaticanus: *qui ea compositurus es*. Carrio.

*Equidem ego cuncta, &c.*] Præfert manifeste Sullustius clementiam ultioni; huic crudelitatis nomen imponit, retrahens scilicet Cæsarem ab exemplis Sullæ, Marii, et talium. Et



revera ita est: nullum unquam imperium crudele aut tyrannicum fuit diuturnum. Aurea verba Eusebii huc scribo, quæ exstant apud Stobæum *περί αρχῆς*: 'Αρχὴν ἔχων μὴ ἀπομνησικακῆς πρὸς τοὺς ἐν διχοστασίῃ σοι πρότερον γεγεννημένους: οὐ γὰρ ὅπως ἀμύνης ἔχρην ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρηρημένος, ἀλλ' ὅπως καὶ τῆς παρ' ἄλλων ἐπιβουλῆς, ἀσφαλῆς καὶ ἀνεπιβουλεύτους φυλάξῃς τοὺς ὑπὸ σου τεταγμένους, καὶ ὅπως τοῦ ἁθεοῦ φύλαξ εἴης καὶ θεοῦ μεγάλης δικαιοσύνης ἀνηρότης τε καὶ ἐξηγητής. Hæc in aures, imo in mentem demittant illi, qui hodie non Principes, non Reges amplius, sed Monarchas audire se postulant, quos tamen ob sævitiam satius easet appellari Tyrannos. Sed revera talis crudelitas perpetuam quasi umbram pone se habuit Dei ultricem manum. Notavit pie et serio Cominæus in Richardo Angliæ rege, et Ferrando Neapolitano. *Idem*.

*Eam vitam bellum æternum et anceps gerere*] Vox, *vitam*, abundat, ut videtur, legendumque puto: *Eum, bellum æternum gerere, &c.* vel retenta etiam voce, *anceps*, si placet. *Ursin*.

*Contra, qui benignitate*] Ad hanc plane faciem Jamblichus in *Epistol.* 'Ἄλλ' ὅταν χρηστότητι καὶ φιλανθρωπικῇ τὸ σεμνὸν κραθῆ καὶ ἀσθηρὸν τῆς ἐπικρατείας, ἐμμελές, καὶ πρῶον, καὶ προσφρὸν, καὶ εὐπρόσιτον καθίσταται. καὶ τοῦτο μάλιστα τὸ εἶδος ἡγεμονίας φιλεῖται ὑπὸ τῶν ἀρχομένων. Id est, 'Si vero grave austerumque imperium benignitate et humanitate temperetur, concinnum, mite, mansuetum et adæquantibus facile redditur, quale genus imperii imprimis amant subditi.' *Coler*.

*Expiandum*] Fabri et Briconeti libri, *Expianda*. *Carrio*.

*Paulo ante*] Miram est, quam accurate operam det Sallustius, ut Cæsar omnia arma manibus excutiat, atque adeo ad mansuetudinem magis magisque transducatur; quasi monstri aliquid abere Cæsarem, licet alioquin mitissimum, suspicetur. Nemo enim un-

quam victor post bellum ejusmodi non aliquam crudelitatem exercuit. Id Florus quoque tangit, in fine lib. iv. 'Victores, quod non temere alias in civilibus bellis, pace contenti fuerunt.' *Coler*.

*Oblivio abstulit? interfecit Domitium, &c.*] Historia nota. Ceterum illud nobis haud satis probatum, τὸ *Interfecit*: eo minus, quod statim intra eandem periodum repetitum legatur, *Interfectos*: quod ipsum sententiæ explendæ satis cum sit, miror, undenam alterum illud in contextum irreperit. *Douza*.

*Oblivio abstulit? interfecit*] In *Mss.* *obtinio interfecit Domitium*. *Carrio* conjecit *oblivio abstulit*, et τὸ *interfecit*, quod nullum locum habere possit propter sequens *interfectos*, delet: deinde et tentat: *obitico? Domitium*. Idem *interfecit* confodiunt *Douza Pater* et *Freinshemius*. Fortassis: *As illa, quæ paulo ante hoc bellum in Cn. Pompejum increpabantur, oblivio intercept? Domitium, Carbonem, Brutum, &c.* *Gronovius*.

*Interfecit Domitium*] De Bruto, Carbone, Domitio interfectis, ita res habet. Post bellum civile Marianum, victor exstitit L. Corn. Sulla. Post hanc victoriam, tanta proscriptionum vis, tanta civium mactatio insecuta est, quanta ante Romæ nunquam audita fuerat. Sed aliud novum insuper ex hoc bello enatum, quod Sertorianum appellant, quodque eleganter Florus scribit nihil aliud fuisse, quam Sullanæ proscriptionis hereditatem. Contra hunc Sertorium, ut jam hostem P. R. missi sunt, Metellus, et Cn. Pompejus, paulo post victores: Sertorio extincto, novam continuo bellum exarsit, revocante Lepido maximam partem proscriptorum. Hæc se opposuerunt Lutatius Catulus, Cn. Pompejus, Sullanæ dominationis successores et jam antesignani. Sed quæ de Bruto, Carbonis, Domitii necesse scribit Sallustius, ea pleraque facta

sunt bello Mariano et Sullano. Nam L. Domitius, et Q. Mutius Scævola, Pontifex Maximus, in ædem Vestæ fugiens, jussu Marii in ipso ædis vestibulo occisus est, ut plerique existimant a Damasippo; ut Appianus vult, a Bruto Prætoris urbano. Carbonem autem Pompejus occidit in Sicilia, muliebriter etiam flentem. Idem et Brutum interfecerat bello Lepidi. Hi igitur omnes, non jure belli, sed per summum scelus trucidati fuerant, quæ facinora Sallustius Juris publici peritissimus his verbis infamat: 'Alios item non armatos, neque in prælio belli jure, sed postea supplices per summum scelus interfectos.' *Coler.*

*In villa publica*] Id ipsum quoque bello Mariano accidit. Florus III. 21. 'Quatuor millia deditiorum inermium civium in villa publica interfici jussit.' In numero tamen interfectorum dissentiant auctores. Corn. Nepos IX. millia ponit: Livius VIII. Plutarchus VI. Augustinus I. III. de Civit. Dei. VII. Porro, villa publica in Campo Martio fuit, domus illa quidem amplissima et recipiendis hostium legatis destinata. *Coler.*

*In villa publica*] Quæ a Didio fortasse restituta vel ornata in altera parte antiqui denarii signata est. Cicero ad Att. I. IV. ita scribit: 'Efficiemus rem gloriosissimam: nam in campo Martio septa Tribuniciis comitiis marmorea sumus et tecta factari, eaque cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur: simul adjungetur huic operi villa etiam Publica.' Livius: 'Macedones deducti extra urbem in villam Publicam, ibique iis locus et laetitia præbita.' M. Varro de Re Rustica I. 11. 'Comitiis Ædilitiis,' inquit, 'cum sale caldo ego atque Axius Senator tribulis suffragium tulissemus, et candidato, cui studebamus, vellemus esse præsto, cum domum rediret, Axius mihi inquit, dum dirimuntur suffragia,

vis potius Villæ Publicæ utamur umbra, quam privati candidati tabella, dum ita ædificemus nobis,' &c. *Ursinus.*

*Pecoris modo conscissam*] Supra 'more pecorum' dixit; et Hist. I. II. 'vice pecorum obtruncabantur.' Tacit. XII. 'modo pecorum a barbaris trahebantur,' et Livius I. XL. 'Modo pecorum fugientes per saltus invios consecrati ceciderunt.' Videndum ergo an hic *pecorum*, pro *pecoris*, legi debeat: et ipse supra, 'bonus pecori agere,' quamvis Cæsar dixerit, 'Magna vis pecoris.' *Ciacc.*

*Conscissam. Heu quam illa*] *Lege: conctam. Heu qua illa,* Gronovius.

*Vastatio domorum*] Omnes libri, *domum.* Carrio.

*A te victoriam omnia*] Postremam vocem ignorant vetus editio Fabri et Briconetti, itaque dele a sententia optime. *Carrio.* Ego potius illam retinerem: delerem autem *quæ carent.* Gronovius.

*Utriusque vestrum arbitrio*] Scribe de libro Vaticano et Fabri: *Utrius vestrum arbitrio injuria fierent:* scilicet, inquit, id a vobis civilibus istis actum esse bellis, tuone an vero Pompeji arbitrato fierent injuriæ. *Carrio.*

*Etiam tum dubia victoria*] In exercitu Pompeji, etiam dubia victoria, luxus, convivia, scortationes, rapinæ viguerunt. Testatur ipse Cæsar I. III. 'In castris Pompeji videre licuit triclinia strata, magnum argenti pondus expositum, recentibus cespitibus tabernacula constrata, L. etiam Lentuli, et nonnullorum tabernacula protecta hedera, multaque præterea, quam nimiam luxuriam et victoriæ fiduciam designarent, ut facile existimari posset, nihil eos de eventu ejus diei timuisse, qui non necessarias quærent voluptates.' Idem tradit Plutarchus, et queritur ipse etiam Lucanus I. VII. 'Capit improba plebes Cespite patricio somnos vacuumque cubile.' *Magnam hoc in Pompejo*

rei militaris dedecus, magnum ad tales eventus omen. *Coler.*

*Gesserit*] Fabri lib. *gesserint*. Carrio.

*Scorta aut conviria, &c.*] Eadem loquendi ratione usus et Plautus Amphit. 'Hæc nox scita est exercendo scorto conducto male.' Item Catullus: 'Æmulus iste tuus, qui vestrum exercet amorem.' *Douza.*

*Tales voluptates*] Exemplar Venetum, *talis voluptatis*. Riv.

*Cives cum civibus*] Alit alibi discordia maximas res dilabi; quod præcipue de civitatibus intelligendum esse docet Democritus: 'Ἀπὸ δημοκρατίας, inquit, τὰ μεγάλα ἔργα, καὶ ταῖς πόλεσι τοῖς πολέμοις ὕστερον καταργεῖσθαι, ἄλλως δ' οὐ. Hæc bellorum civilium vis ac potentia, ut civitates alias in-expugnabiles facillime perdant. Sed vere puto de Roma scripsit Florus l. iv. 'Jam pæne toto orbe pacato majus erat imperium Romanum, quam ut illud externis viribus extingui posset: itaque invidens fortuna principum gentium populo, ipsum illum in exitum suum armavit.' Hæc etiam de Romanis sententia fuit Hetruscorum, teste Livio. *Coler.*

*Vetera instituta*] Intelligit leges sumptuarias et cibarias, Liciniam, Fanniam, Didiam, Orchiam et alias ejusmodi. Has leges optimas in contemptum ob corruptos civitatis mores ablasæ non tantum hic scribit, sed exprobrat Romanis Tertullianus quoque Apologet. c. 6. 'Quonam illæ leges abierunt sumptum et ambitionem comprimentes, quæ centum æra non amplius in cenam subscribi jubebant, nec amplius quam unam inferri gallinam, et eam non saginatam?' Video enim centenaria cœnas a centenis jam sestertiis dicendas. Hoc autem salubre Sallustii consilium, quin Cæsari maxime probatum fuerit, nemo est qui dubitet, quippe recordatus legum Juliarum, quæ sub ipso etiam Augusto latæ, quarum non pos-

trema fuit sumptuaria, de qua Suetonius et Agellius. *Idem.*

*Et finem*] Conjunctionem et delet. vult enim unicuique facultates suas et rem familiarem modulum sumtum esse. accedunt libri. *Carrio.*

*Statueris*] Causas discordiæ ex abdito eruit. Nam ut ex sumtibus et luxuriæ egeat, ita ex egestate rapinæ procedunt. Rapaces autem discordiæ civilis facit. Priorem causam idem scriptor gravissime in Bello Catilin. et alibi declarat: eamque inter alias Rerumpublicarum pestes primam retulit Pythagoras, quem ait dixisse Stobæus: *εὐσιέναι εἰς τὰς πόλεις πρῶτον τρυφήν, ἔπειτα κόρον, εἶτα ἔβρον, μετὰ δὲ ταῦτα βλεθρον.* Apposite Florus l. iii. 'Magnificus apparatus conviviorum, et sumtuosa largitio, nonne ab opulencia paritura mox egestatem? Hæc Catilinam patriæ suæ impigit.' *Idem.*

*Homines adolescentuli*] Intelligit juventutem Romanam, quæ si corrupta est, Respubl. nunquam valebit. Nihil autem ad prodigialitatem propensius, quam juvenum animi. Ubi vero ille mos incessit, quem Sallustius ait, jam non amplius admonitione, sed censura et correctione opus. Intra pudoria itaque et modestiæ septa a pueris includenda et continenda Juventas, in omni civitate. Id severe Plato quoque l. v. de Republ. præcipit, ubi inter cetera, *παισι δὲ, inquit, αἰδῶ καὶ πολλὴν οὐ χρυσὸν καταλείπειν.* De modestia vero sive mediocritate juventutis eleganter Hippotamns Pythagoreus: *Τὸ καθάλου δὲ ταπεινοῦ διὰ τοῦτον, ὅτι ἐπι μέλιονα ποιεῖ τὴν πόλιν, ὅπως δημοκρατία καὶ σύμφωνος τοῖς ἀποτοῖς μέρεσιν, ἀλλὰ μὴ στασιάζουσα καὶ διαμαχομένη ἐστίται δὲ τοῦτο, αἰκα τὰ πάθεα τὰς ψυχὰς παιδεύηται τῶν νέων καὶ ἐπὶ τὸ μέτριον τηρεῖται.* Id est; 'Et universe hoc eniti decet, ut his modis, quantum fieri potest, civitatem consonam partibusque suis concinnam et æqualem reddamus, ne dis-

cordia et seditionibus commoveatur. Hoc ita eveniet, si juvenillium animorum affectus regentur, et ad modestiam dacentur. Contra si fiet, illud sequetur, quod nemo melius aut gravius quam Sallustius dixerit; 'Ergo animus ferox, prava via Ingressus, ubi consueta non suppetunt, fertur accensus in socios modo, modo in cives: movet composita, et res novas veteribus adquiret.' *Coler.*

*Tollendus fenerator*] Fœnoribus enim juvenus, quasi quodam ancupio irretitur, et a honorum artium studio arcetur. Bodinus legendus l. v. c. 2. Hoc tantum addo, nullam esse tamen inter leges Juliae, de fœneratoribus. Et de antiqua illa Genotia res est nota: de Duilia Item. *Idem.*

*Suas quinque res*] Hæc incommoda ex fœneratoribus in civitate: aliena agere, sua negligere: non publica causa magistratum, sed privata gerere, hoc est, magis creditoribus, quam populo: magnificum esse in minuenda, non augenda Republ. Ad hoc speculum Socraticum voco magnarum hodie Germaniæ civitatum magistratus, ut se ibi intueantur et examinent. *Coler.*

*Sapientes pacis causa*] Ita Cicero: 'Ita bellum suscipiatur, ut nihil aliud, quam pax quesita videatur.' Probat etiam sanctus Augustinus: 'Cui,' inquit, 'licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur.' Et alibi, 'Apud veros Dei cultores etiam illa peccata non sunt, quæ enim non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut mali coercantur, et boni sublevantur.' Adtraho et illud Flori III. 21. 'Vincentibus, quibus pax et quietas potior.' Seneca Hercule Furente: 'Si æterna semper odia mortales agant, Nec cæptus unquam cedat ex animis furor, Sed arma felix teneat, infelix parat, Nihil relinquunt bella.' Et iterum: 'Pacem reduci velle victori expedit, Victo necesse est.' *Idem.*

*Ubi solus, persuade*] Sic recte olim

correxi: nam quod in aliis est, *persuade*, id rectum esse, cui, quæso, persuaderi poterit? *Carrio.*

*Aut acerba judicia invocat*] Supra, 'Deinde ne vos ad virilia illa vocem.' Tacitus Hist. 1. 'non ad bellum, vos, neque ad periculum voco.' *Ciacc.*

*Ea vero clementia, &c.*] Libri scripti melius: *Ea vera clementia e. c. ne merito c. p. e.* hoc est, ita rempubl. constituisse, et bonis artibus moribusque ornasse, ne cives ea committant, propter quæ merito patria expelli possint. Sed libentius legerem *expellantur*, quam, *expellerentur*. Vel potius sic, *Ea vera clementia erit ne merito cives patria expellantur, retinuisse ab stultitia, falsis voluptatibus*: omissa voce, *consuluisse*. *Idem.*

*Cives patria expellerentur*] Plurimi exulabant post bellum civile, et plerique sua sponte, vel metu Cæsaris. Cum autem illa res sit adversa libertati, data opera Cæsarem non ipsum tantum proscriptionibus civium absterret, sed ultro etiam instigat, ut eos ab omni seditiosorum injuria et exsiliis liberos et securos præstet. Nam cives patria expelli, hoc demum asperum et acerbum est imperium, non clementia. Cicero etiam manifeste dicit exilium non esse poenam judicii. Sic enim loquitur in Orat. pro domo: 'Quid enim est exul? Ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis.' *Colerus.*

*Retinuisse ab stultitia et falsis voluptatibus*] Quo etiam facit sententia illa Anulariæ Plantinæ: 'Hoc servi esse officium reor, retinere ad salutem; non herum, quo incumbat, eo impellere.' *Dousa.*

*Falsis voluptatibus*] Quibus juvenus pleraque dedita: sic autem dixit, quia et vera voluptas est. Isocrates ad Dæmonic. Τὰς ἡδονὰς θέρπει τὰς μετὰ δέξην. Τέρπει γὰρ ἐν τῇ καλῇ αἰῶν, ἄριστον ἔχει δὲ τοῦτου, κακίστου. Id est, 'Voluptates venare, quæ tibi laudi sint. Oblectatio enim cum ho-

nestate conjuncta, longe optima: sine hac vero, pessima.' *Coler.*

*Pacem concordiamque*] Recte hæc duo conjungit: nam nisi concordia utrimque intercedat, magis paxio erit, quam pax, ut loquitur Florus. Augustinus dixit pacem esse concordiam ordinatam; quod erudite explicat Albericus Gentilis Juriscons. III. 1. de jure belli. *Idem.*

*Præsens gaudium, &c.*] Elegans descriptio voluptatis: gaudium cum mox futuro malo. Veterum quispiam dixit voluptates non tantum sequi, sed etiam præcedere mala, quippe cum semper aliquid existat triste ac calamitosum, ex quo quasi semine generantur voluptates. Democritus: *Διά ταχέος ἡ ἡδονὴ παροίχεται, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖσι χρηστόν ἐστιν, ἀλλ' ἡ τέρψις βραχεία*: 'Paulo momento voluptas transit, nihilque in ea boni, quam parvula delectatio:' et ut idem ait *λόγῳ πολλὰ.* *Idem.*

*Maxime erectus est*] Omnes libri, maxime fretus. Carrio.

*Negotii magnitudine*] Proprium alti et heroici animi, non tam parvis quam magnis rebus patrandis aptum esse. *Idem.*

*Quia tibi terra, &c.*] Ita modesto vocat Romanum imperium, quod terra et mari potentissimum erat. Supra tamen non sibi temperavit, quin diceret: 'Neque, si pati potuisset, orbis terrarum bello concussus foret.' Et Cicero satis magnifice, in Orat. de Provinc. Consul.: 'Nulla gens est, quæ non aut ita subacta sit, ut vix extet, aut ita domita, ut quiescat: aut ita pacata, ut victoria nostra imperioque lætetur.' Nescio quam vere hoc dixeris, Cicero, ante clausum ab Augusto Janum. Quid enim ad septentrionem conversa plaga postea non est ausa? Quid Pannonii, Dalmatæ, Mysii, Thracæ, Daci? Ipsam Germaniam victam noluissetis. Florus ait lib. IV. 'Germaniam quoque utinam vincere tanti non putasset;

magis turpiter amissa est, quam gloriose adqñiata.' Sed omitto Augusti seculum. Diu fuit, ut magis victi Germani, quam domiti dici debeant. *Coler.*

*Et quis tibi terra*] Potius est, ut Sallustium, 'Terra et mari,' scripsisse credamus. *Doux.*

*Largitionibus*] Quibus magis capitur, quam ullis honoribus. Livius lib. VI. Plebs ad eas leges, quæ ad ipsius lucrum et sublevationem bonorum pertinent, tutandas potius animatur, quam ad eas, quæ ad solum honorem spectant, eamque illi tribuant. Romæ certe leges Fenebres et Agrariæ magis auditæ, quam de Consulatu aut aliis muneribus honorariis. Largitionum usus, morum corruptor unicus, diu Romæ incognitus fuit. Testatur Sallustius, gravissimus sæ Reipublicæ censor, in bello Jugurth.: 'Nam etiam tom largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur, nisi pariter volens: dona omnia in benignitate habebantur.' Sed de alia largitione loquitur Sallustius, quam illa plebeia. Quid ex legibus etiam illis Agrariis et Frumentariis calamitatis in Rempubl. invecum sit, tot seditionibus illustratum est. Florus IV. 13. 'Sed hæc ipsa in perniciem redibant, et misera Respubl. in exitium suum merces erat. Nam et a senatu in equitem tranalata judiciorum potestas, vectigalia, id est, imperii patrimonium suppresserat, et emptis frumenti, ipsos Reipubl. nervos, exhauriebat ærarium.' Hæc Florus. *Idem.*

*Si pecunie unum atque decus demeris*] Male alii *dederas*. Sic infra: 'verum si pecunie decus ademeris:' et, 'ergo in primis auctoritatem pecunie demito.' *Cicero.*

*Maxima omnium pernicies*] Oraculum illud est tripode Val. Maximi lib. IV. 'Ii demum Penatæ, ea civitas, id regnum æterno in gradu facile steterit, ubi minimum Venereis pecuniis-

que capido sibi vindicaverit.' Cornelius Tacitus, auctor præstantissimus adfirmat, Aurum atque opes non tantam inutiles esse Principibus, sed etiam infensas. Hoc etiam Civitatis dictum, ut et illud Eusebii: Πλούτος ἐν πόλει τῇ μελλούσῃ εὐδαιμονίῳ ἀρετῆς μήποτε προτιμηθῆι, ὅπως μὴ διὰ τοῦτο εἰς τὴν ἐκείνου ἐπιθυμίην πάντων συρρέοντων, ἀλιγορήῃ καὶ ἀνασκησίῃ ἀρετῆς ψυχῆς ταῖς κατὰ πόλιν ἐπιθυμίαις ἀρετῆς γὰρ ἀτιμαζομένης πλοῦτος μόνος σπουδαζόμενος καὶ ἀδυναστεύσας, ββριός τε καὶ υπεργραφίης υπηρέτης καὶ πάντων μακρῶν ὄψ' ἐξουσίης τε καὶ τοῦ ἀνεπιτήκετου. Id est: 'In civitate felicitatis studiosa nunquam opes anteponi debent virtuti, ne hanc ob causam omnibus divitiarum desiderio captis, contemptus et neglectus virtutis inascatir animis, in Repub.' Isocrates quoque prudenter: Πλοῦτος κακίας μάλλον ἢ καλοκαγαθίας υπηρέτης ἐστίν. ἐξουσίαν μὲν τῇ βαθυμίᾳ παρασκευάζων, ἐπὶ δὲ τὰς ἡδονὰς τοὺς νεοὺς παρακαλῶν. Id est: 'Divitiæ non tam honestati, quam malitiæ servant: dum socordiae hominum facultatem faciunt, et juvenes ad voluptates inatigant.' *Idem.*

*Usam atque decus*] Usum propter abusum, decus propter stultitiam vulgi, quod non aliter deletatur ac fovetur auri et argenti colore, quam solis radiis, ut ille apud Euripidem: Ὁ χρυσὸς δεξιῶμα κάλλιστον βροτοῖς, Ὡς οὐδὲ μητὴρ ἡδονὰς τοιαῖ εἶχει, Οὐ παῖδες ἀσθρόποισιν, οὐ φίλος πατὴρ. Ἦν δ' ἢ Κέρως τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὄρεῖ, Οὐ θαῖμα ἔρατος μύριος αὐτὴν τρέφει. 'O aurum, hominum occupatio pulcherrima, Non mater ulla tam voluptate affici, Non tantum amare liberos patres queunt, Non tantum amare liberi patres queunt; Quod si radiaret oculis pluribus Venus, Non mirum, amari a pluribus talem deam.' Usam verum pecunie neque Plato tollit. Scribit enim: Χρῆσιον τοῖσιν καὶ ἀργύριον, καὶ ἄλλα τὰ δεοῦντα χρήματα αἰσῶν, τοῦτο δὲ μόνον χρῆσιμα εἶναι, ὅστις

τυγχάνει ἐπιστάμενος, ἐς χρηστέον τοῖσιν. Hoc est: 'Aurum igitur et argentum, et reliqua, quam pecuniam vocamus, χρήματα dicta propter usum, illi tantum utilia fuerint, qui recte illis uti norit.' Præstet tamen omnino usum nullum esse. Nam revera ita est, ut canit Naumachius: Χρυσὸς τοι κόβης ἐστὶ καὶ ἀργυρος: 'Aurum atque argentum pulvis merus.' Cornelius Tacitus de veteri Germania argute: 'Argentum et aurum propitii an irati Dii negaverint dubito.' *Idem.*

*Clarissimi viri*] Repone ex omnibus libris, *Clari viri.* Carrio.

*Magnis auctoribus*] Ita quidem Vaticanus, sed Fabri et Briconeti, *magnis auctoribus*: animo meo rectius. *Idem.*

*Quæ res, populos nationesque magnis auctoribus auxissent*] Scripti libri, *Quæque res.* Præterea legendum censeo, *magnis auctibus auxissent.* nam apud Livium lib. xxix. Africanus Scipio Deos ita precatur; 'Eaque vos bene juvenis, bonis auctibus auxitis:' et lib. iv. 'Cujus primum sit in civitate, eam maximis semper auctibus crescere.' Tacit. Hist. i. 'Tiberis immenso anctu, prorupto ponte sublicio,' &c. Quibus in locis et alium Tacit. Hist. iv. emendandum existimo, ubi in vulgaribus libris sic legitur: 'At Civilem immensis auctibus universa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata:' erit ergo, *immensis auctibus.* Clacc.

*Neque aliter extollete esse*] Isocrates: Ἀρχε σεαυτοῦ μηδὲν ἦσαν ἡδὲ τῶν ἄλλων, καὶ τοῦτο ἡγοῦ βασιλικώτατον, ἐόντες μηδεμὲ δουλεύεις τῶν ἡδονῶν, ἀλλὰ κρατῆς τῶν ἐπιθυμιῶν μάλλον ἢ τῶν πολιτῶν. Id est: 'Non minus te ipsum quam alios regas, idque vel maxime regium esse existima, si nulli voluptati servias, sed affectibus imperes magis, quam civibus.' Diogenes Pythagoricus: Δεῖ τὸν βασιλέα μὴ νεμικῆσθαι ὅψ' ἡδονῶν, ἀλλὰ αὐτὸν νεμικῆσθαι ταύτων. Similia passim. *Coler.*

· *Omissis pecunia, &c.*] Nam avarus Princeps, nullus. Sapienter dictum puto ab Antisthene: *Φιλάργυρος οὐδὲς ἀγαθός, οὐτρε βασιλεύς, οὐτρε ἐλεύθερος*: 'Avarus nemo bonus, nemo Rex, nemo liber.' *Idem.*

· *Sed in labore*] Nam *πολλὰ δὲ μοχθεῖν τὸν ἕξον' εἰς ἔκαινον εὐκλεῖς*. Id est, 'Multum oportet ut laboret, qui venatur gloriam,' ait Theodectes: quin et Euripides: *Ὀὐκ ἔστιν ὄστις ἡδέως ζῆτῆν βίον Ἐβελειαν εἰσεκτῆσαι', ἀλλὰ χρὴ πορεύειν*. Et hoc magis de futuro principe. *Idem.*

· *Bonisque præceptis*] Philosophicis, et cum primis Historicis. Est enim Historia, ut ait egregie Cicero, Magistra vitæ. Tu vero seu Rex, seu princeps, seu magistratus alius eris, illud Demetrii mecum memoria repute, cujus illud citat Stobæus, auctoritate Isæi: *Δημήτριος ὁ Φαλερέης Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ παρήγει, τὰ περὶ βασιλείας καὶ ἡγεμονίας βιβλία κτῆσθαι, καὶ ἀναγνώσκειν*. ἃ γὰρ οἱ φίλοι τοῖς βασιλεῦσιν οὐ θαρροῦσι παρανεῖν, ταῦτα ἐν τοῖς βιβλίοις γέγραπται. Id est, 'Demetrius Phalereus Ptolemæum Regem hortabatur, ut libros de regno scriptos emeret, ac legeret: nam de quibus amici reges admonere non audent, ea in libris esse scripta.' *Idem.*

· *Factis fortibus*] Militaribus. Princeps enim aut quicumque per illa vestigia pergit, debet diu multumque in bello et factis egregiis esse periclitatus, ut scribit Plinius in Panegyrico. Nec satis est enim talem a sola Historia magistra duci, potiusque tali veteranorum aliquis doctor adsiestet nonnunquam, quam Græculus Magister, ut ibidem præclare Plinius loquitur. Neque tamen omnino ita studio militari adsuascendum, ut Hannibal adsuaverat, aut Marius, litterarum contemptores; sic a primis annis licebit, *Ἐργασίαν, φιλόμουσος, φρονιὸς, εἰς ἕκρον ἄδὲς*: 'Musarum et Charitum, et Veneris jucundus alum-

nus,' juxta Theocriti sententiam. Egrege Aurel. Victor: 'Quare comperitum est,' inquit, 'eraditionem, elegantiam, comitatem præsertim principibus necessarias esse: cum sine his naturæ bona, quasi incompta, aut etiam horrida, despectui sint, contraque ea Persarum Regi Cyro æternam gloriam paraverint. Talis fuit Cæsar, Trajanus, Julianus, aliique inferiores Principes.' *Idem.*

· *Nam domum aut villam*] Tangit nonnullos civium Romanorum, qui nimis splendidas sedes construunt. Nam et tales sumtus minus necessarii, et corruptam luxuria civitatem palam arguunt. Talis fuit Crassi domus, Catuli, et multo superbissima illa C. Aquilli. Post deinde vero certamen quoddam exortum est prodigalitatibus dicamne an levitatis. Plinius xxxvi. 15. 'Parva sunt cuncta quæ diximus, et omnia uni comparanda miraculo, antequam nova adtingam. M. Lepido, Q. Catulo cons. ut constat inter diligentissimos auctores, domus pulchrior non fuit Romæ, quam Lepidi ipsius. At hercule intra annos xxxv. eandem centesimum locum non obtinuit.' Plura leguntur ibi, ad quæ obstupescas. *Coler.*

· *Villam*] Non intra muros tantum, sed extra peccabatur. Exstat Catonis reprehensio apud Festum: 'Dicere possem, quibus villæ atque domus expolitæ maximo opere, citro, atque ebore, atque pavimentis Pœnicis stent.' Incurrunt hic in notam censoriam Lucullus, Q. Scævola, et ipse etiam Cicero. Cogor iterum auctoritate Plinii invidiam amoliri. Scribit xviii. 6. 'Modus hic probatur, ut neque fundus villam quærat, neque villa fundum.' *Idem.*

· *Signis, aulæis*] Quæ omnia Romam cum Asiatica luxuria commigrarunt. Conqueritur Sallustius in Bello Catilini. Plinius xxxiii. 2. xxxvii. 1. Augustinus de Civit. Dei iii. 31. *Idem.*

· *Quam semel*] Similiter Epictetus

ille : Μη πίναξί και γραφαίς τήν οικίαν σου περιβάλλε, άλλα σωφροσύνη κατάγραφε. τὸ μὲν γὰρ ἄλλοῖον και τῶν ὀφθαλμῶν ἔστιν ἐπιτηρος γοητεία. τὸ δὲ σύμφυτος και ἀνεξάλεκτος, ἀδίσος οικίας κόσμος. Id est, Noli tabulis pictis domum tuam circumducere, sed temperantiæ pictura ipsam exorna : illud alienum quid et inconveniens est, et jucunda oculorum captio : hoc vero ingenuum, indelebilem, et æternum domui tuæ ornatum addit. *Idem.*

*Bis die, &c.]* Ergo tantum cœnas celebraverunt prisci. Unde in prandia invehuntur Satyrici. Sed quomodo dicit Martialis : 'Imperat extractos frangere nona toros?' nisi quod jam etiam prandia recepta : quæ Plato Italii vitio dedisse legitur. *Badius.*

*Bis die]* Cœnabant antiqui lautius, prandebant tenuius. Prandii autem mentionem faciunt tum alii scriptores permulti, tum imprimis apud Græcos Hippocrates lib. II. de vietus ratione, et in Economico Xenophon, apud quem narrat Ischomachus se leviter prandere, ut largius cœnet. Quod eo lubentius indicavi, ne cui forte veterum quorundam et Isidori imponat auctoritas, qui negat prandia in usu antiquis fuisse. Galenus lib. VI. de tuenda valetudinē dicit, se, nisi tardius lavaret, cibum interdū non sumpsisse, et illum quidem cum sumeret, solo pane uti absque potu. Moderatnm quoque designat prandium Plin. lib. III. Epistol. cum inquit : 'post cibum, quem interdū levem, et facilem veterum more sumebat.' Cicero quoque in Quinta Tusculana leve et simplex prandium videtur probasse, cum dicit : 'vita illa beata quæ ferebatur. plena Italicarum Syracusanarumque mensarum

nullo modo mihi placuit, bis in die saturum fieri.' Itaque hic reprehendit eos auctor, qui integros dies convivii et comessationibus frangebant. Vide Ursini appendicem ad Ciaccon. de Triclin.

*Aut inæqualis]* Aphorismus insignis : Militia ne injusta aut inæqualis sit. Hinc enim indignationes, hinc seditioes et in Ducis conspirationes, seditioes ob hanc causam Pannonicæ legiones sub Tiberio, teste Corn. Tacito, apud quem insignis conelo Perennii, cui similis illa apud Livium Manliana. *Colerus.*

*Cum alii triginta]* Ex hoc loco apparet numerus legitimus stipendiiorum, quem vellem addidisset eruditissimus Lipsius his, quæ ad 1. Annal. Taciti commentatus est de stipendiis. Quæ autem hic præcipit Salustius de stipendiis et emeritis, ea postea omnia suo more et modo Augustus recensuit et ordinavit. *Coler.* Vide supra.

*Reliquam est optare, uti quæ tibi placuerint, ea Dii immortales approbarent, beneque eventire sinant]* Sic et in II. ad Cæsarem : 'Quæ mihi utilissima facta visa sunt, quæque tibi usui fore credidi, quam paucissimis potui, perscripsi. Ceterum Deos immortales obtestor, ut quocunque modo agas, ea res tibi, reique publicæ prospere eveniat.' Et Demosth. Olynth. I. Χρηστά δὲ εἶη παντὸς εὐεκα. Et III. Σχεδὸν εἶρηκα ἂ νομίζω συμφέρον. ὑμῖς δὲ ἴλοισθε ὃ, τι και τῆ πόλει, και ἕκαστω ὑμῶν συνόισεν μέλλει. *Manut.*

*Uti quæ tibi placuerint, ea Dii immortales approbent, &c.]* Livius lib. VI. : harum omnium rerum causa vobis antiquandas censeo istas rogationes. Quod facitis Deos velim fortunare. *Ciaccon.*



## EPISTOLA II.

## DE REPUBLICA ORDINANDA.

*Epistola*] Vel ex hac Epistola satis apparet, amicum valde Cæsari vixisse Sallustium. Ita solebant in otio degentes viri præs ceteris cari et rerum periti, absentes et rem foris gerentes amicos excitare, et quasi sui officii commonefacere. Talis est illa quantivis pretii Epistola M. Cicero- nis ad Q. Fratrem. Et videtur sane hæc scripta ad Cæsarem, antequam ad Petrejum Afraniumque proficisceretur in Hispaniam. Bello adhuc flagrante scriptam esse satis apparet. *Coler.*

*Quia fortuna*] De hac re multa supra. Unde et consilia plerumque nox ex se, sed ex eventu judicantur. Balbus et Oppius Cicero- ni: 'Nedum hominum humillium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent.' *Coler.* Unde et evenire solet, ut optima consilia pessime aliquando succedant, pessima Fortuna amplectatur et in melius dirigat.

*Post tuam, &c.*] Id est, Minoris fa- cere, quam tuam dignitatem. *Bad.*

*Periculum facere*] Hoc est, Adire discrimen. Tacit. XIII. 'Corbulo me- ritæ tot per annos gloriæ non ultra periculum faceret:' et XIV. 'ejusdem pecuniæ periculum facerent, cujus li, qui imperatorem appellavere:' et infra; 'qui optatius habent ex tua calamitate periculum libertatis face- re, quam per te pop. Rom. imperium maximum ex magno fieri.' *Ciacc.*

*Majorem in adcersis*] Hoc proprium est viri fortis, docet Cicero l. I. Offi- ciorum. Quanto igitur major Cæsar Romanis suis, quos Florus scribit, in

malis semper majorem Fortunam ha- buisse? Recte Cæsar: ita viros do- cet. Minus est, quod de se prædicat Cotta, apud Sallustium: 'Malæ se- cundæque res, opes, non ingenium mihi mutabant: Cæsari mutarunt in- genium et fecerunt majus.' Ulysses quoque Homericus in adversis dicti- tabat: Τολμήφης μοι θυμὸς. *Coler.*

*Sed per ceteros mortales*] V. c. habet: *aper ceteros mortales, &c.* Videtur autem legendum: *Sed præter ceteros mortales, &c.* nam supra eadem usus sententia, dixit: 'Atque in te maxi- me, qui tantum alios prætergressus es,' &c. Unde videtur paulo supra alio item loco scribendum: *Quibus præter ceteros gentes maximi et clari estis, &c.* non *per ceteros gentes.* Hæc autem epistola, quantum conjicere possumus, ad Cæsarem scripta est antequam in Hispaniam contra Pe- trejum et Afranium profectus est. *Ursinus.*

*Per ceteros mortales*] Elegantissime Fabri et Briconeti, *sed per Deos im- mortales.* Carrio.

*Nihil tam ex alto reperiri posse*] Quid si legamus, *ex alto repeti posse?* Vir- gilius Æneid. 'Quid causas petis ex alio?' *Ursinus.*

*Inter labores militiæ*] Nam parva sunt foris arma, nisi est consilium do- mi, teste M. Tullio Cicero- ne lib. I. Officiorum. Parum sane, imo nihil consilii tum temporis Romæ. Tota civitas nulla parte sana et oranibus membris capta erat. *Coler.*

*Inimicorum impetu*] Inimicitias apertas Reipub. causa vindicandas esse censet. Hujus rei neglectus ni- mius Cæsari necem properavit. *Idea.*

*Populi beneficium*] Consules erant, si recte conjicio, C. Clandius Marcellus et L. Corn. Lentulus. Favor autem plebis, optimum munimentum contra impetum Consularis potestatis. Cautè sane et sapienter nusus ope populari Cæsar. Parum abest, quin totum illud Isocratis Cæsari accommodem: "Ὅλων δὲ ὀφθὲν παραλείπων ἂν προσείρω τοῖς βασιλεῦσι πρόπει· ἀλλ' ἐξ ἐπίστης πολιτείας ἐλεγγόμενος τὸ βέλτερον; καὶ δημοτικῶς μὲν ἂν, τῆ τοῦ πλήθους θεραπειᾷ· πολιτικῶς δὲ, τῆ τῆς πόλεως διακρίσει· στρατηγικῶς δὲ, τῆ πρὸς τοὺς κωθόνους ἐβουλή. τυραννικῶς δὲ, τῆ πᾶσι τούτοις διαφέρειω. Id est, Omnino nihil eorum negligens, quæ adesse regi oportet; verum e qualibet Politica parte optima quæque diligens. Popularis, dum vulgus suum facit. Civilis, administratione Reipublicæ. Imperator, circumspectus in periculis. Regius, omnia hæc superans. Idem.

*Ne inimici quidem queri*] Id est, Conqueri: quod aut illi visum, aut ea tempestate sic fuit: postmodum tamen multos habuit, qui aliter sentirent: inter quos etiam in Officiis Cicero. *Bad.*

*Nisi de magnitudine*] Quæ et cœgit adversarios, Cæsaria facta tyrannidem appellare. Quis tamen tyrannum illam dicat merito, cujus virtutes aditum sibi in casum struxerunt? ut loquitur de ipso Val. Maximus l. vi. c. 3. *Idem.*

*De summa Reipubl.*] *Lege de summa Reipubl.* quomodo fere prisci illi, Plautus, Terentius, omnisque illa Cætoniana ætas loqui consuevit, cujus dicta sententiasque præ ceteris æmulus Sallustius fuit. *Deusa.*

*De summa Reipublica*] Omnes libri, *de summa Republica*: quam loquendi rationem multis exemplis asseruimus, in castigationibus nostris Orationum Ciceronis in Catilinam. *Carriv.*

*Animi pravitate*] Postulata Cæsaris ante Civile bellum, passim laudari videtur, et quæ porro securitas, quis

contemptus Cæsaris, quæ superbia? *Celer.*

*Quia nihil maluit*] Quasi causam belli civilis explicet. Suspecta tua fides, Sallusti, suspecta amicitia isthæc. Florus candidius utrumque culpæ reum agit: 'Jam Pompeje suspectæ Cæsaris opes, et Cæsari Pompejana dignitas gravis: neque hic ferebat parem, nec ille superlorem.' Atque in hanc sententiam consentiunt Plutarchus, Dio, Lucanus. Causa autem universalis hujus calamitatis, eadem, quæ omnium, nimia felicitas; quod Historica veritate comprobatur idem Florus, scriptor serius, et sui similibus tantum legendus. Neque tamen non possum indignari Pompejanis, qui tot æquas conditionis leges tenuerint. Sed quanta vis Fatii fait, ut unus imperio terrarum orbis potiretur! *Celer.*

*Eisdem tibi restituenda est*] Omnes libros habere *restituendum est*, testatur Carrio. Itaque videtur hic genus loquendi antiquum latere: sive fuerit, in manus jaceret; *republicam, quibus ille rebus conturbavit, eidem tibi restituendum est*: sive; quibus ille rebus *republicam conturbavit, eis eam tibi restituendum est*. Ut Varroni, 'Animadvertendum tempora'; Plauto, 'agitandum vigiliis'; Columellæ, 'curandum ulcera.' Vide i. Observat. 7. *Grænovius.*

*Primum omnium*] Locus hic antea corruptissimus, jam ni fallor utcumque constitutus: sic enim legebatur: *primum omnium summam potestatem moderandi de vestigialibus, numidibus, judiciis, senatoribus paucis tradidit plebs Romana*. Quod autem animadvertentem eum de Pompejo loqui, factum hoc Pompejo, non plebi Romanæ dedi, et pro, *plebes Romana, scripsit, plebem Romanam*, quod sæpe ex notis hujusmodi errores natos scirem, et hoc ipsa postularet sententia. Libri manuscripti pro me testimonium dant. *Carriv.*

*De vectigalibus*] Obtinuit certe Pompejus per legem Maniliam tantum non totius Romani Imperii potestatem, ut aperte testatur Plutarchus et Dio. Consulatus ejusdem nimis immoderati fuerunt. Quia vero potestatem illam moderandi, de vectigalibus, sumptibus, judiciis, non sine amicorum consilio et auxilio adeptus esset, eandem ad eos transulisse, non sine invidia dictum a Salustio. Vectigalia porro eleganter Florus 'Imperii patrimonium' appellat: Cicero, 'nervos Reipublicæ.' *Coler.*

*Senatoribus paucis*] Et hoc invidiose dictum. Quid enim tam justum quam recipere plebem jus suum a patribus? ne populus gentium victor, orbisque possessor extorris aris ac focus ageret. ait Florus l. III. in simili re. *Idem.*

*Cujus antea summa*] Cicero pro Cn. Plancio: 'Est enim conditio liberorum populorum, præcipuoque hujus principis populi, et omnium gentium domini ac victoris, posse suffragiis vel dare, vel detrabere, quod velit.' *Idem.*

*Judicia*] Laudat tamen istam Pompeji circa judicia ordinanda curam Dio lib. XL. Sed ea quæ sequuntur magis pro Cæsare, quam pro fide dicta accipio. *Idem.*

*Seditio aut dissensio*] Civile bellum non vult dicere, parcat auribus Cæsaris. At enimvero neque seditio, neque dissensio, neque bellum civile, satis exprimat hujus belli atrocitatem: sed potius 'commune quoddam, et plus quam bellum' Flori verbis appellabimus. *Idem.*

*Tametsi a Sulpicio*] Aurea correctio, ad quam veteres libri manu ducunt; *Lucius Sulla, cui omnia in victoria lege belli licuerunt, tametsi supplicio hostium partes suas muniri intelligebat, tamen paucis interfectis ceteros beneficio, quam metu retinere maluit*: peream, si quis est, qui sensum communem ha-

bet, et hanc scripturam cum aliâ quavis mutare vult. *Carrio.*

*Ceteros beneficio quam metu retinere maluit*] Sic Terent. Heautont. 'Pudore et liberalitate liberos retinere satius esse credo quam metu.' *Cincconius.*

*Commutare voluit*] Vaticanus, *commutare noluit*: recte: sic enim Salustius frequenter loquitur, et alioquin utroque idem significatur: eamque scripturam in veteri editione et libro Fabri, posterius observavi. *Idem.* Alterum foret, in quem ut sint contumeliosi, vitam beneficio ejus accipere noluit. *Gronov.*

*Quonam modo rem stabilis, communis* *etque*] Venetus, *communis* *etque*. Mihi legendum videtur, *stabilis, communis* *etque*: nec aliter sensus postulat, quantumvis reclamantibus exemplaribus: pro *confirmit*. Rivius.

*Patres et plebem*] Romuli hoc institutum fuit ad imitationem Atheniensium. Dionys. Halicarnassæus libro II. Postea tamen tertius ordo civitati accessit, Equites; isque medius, ut scribit Appianus l. II. de bello Civili. Plinius eam confirmatum putat a consulatu Ciceronis, quo se quoque Cicero proventum esse celebraverit, ejusque vires peculiari popularitate quæsierit. Sed ante etiam tantæ dignitatis et æstimationis fuit, ut penes hunc ordinem fata fortunæque patrum, vitæque principum et vectigalia diu fuerint. Tandem vero L. Drusus senatui pristinum jus et dignitatem adseruit. De qua re ex M. Varrone Florus sic scribit l. III. c. 17. 'Judiciaria lege C. Græchus diviserat P. B. et hicpitam ex una fecerat civitatem.' *Col.*

*Vis multo maxima in plebe*] Contra in Jugurth. 'Ceterum nobilitas factione magis pollebat, plebis vis soluta, atque in multitudinem dispersa, minus poterat.' Sed diversa tempora;

aut sane pro arbitrio et usu dicentis.  
*Cicconius.*

*Humillimus quisque in armis]* Non placet hæc scriptura; neque credibile est, rem eandem bis a Sallustio iteratam. Quid enim *militia* opus erat, cum *armis* dixisset? Apage tautologiam istam a scriptoris nostri Laconismo. Quin potius ad consuetas divinaudi artes confingimus, quam hanc Crispo maculam, ab imperitis impressam diutius residere patiamur? Quam rem uti et ego mea ex parte agere aliquando intendam, magna contra hanc labem remedia statuere non decrevi, sed tantum literæ (quæ media est) inversione facta, ac initiali pede sublato, *m* in *w* commutare, quod ex *Armis*, *Arvis* fiat; ut vitam rusticam, studiumque agriculturæ designet: quam rem industriosissime persequenti Romani illi veteres, cujusque adeo cultores (si quidem Varroni credimus) non sine causa urbanis ac togatis umbraticolis anteponebant. Quam conjecturam meam eo etiam impensius amplector, quod de *Agris* sequatur; unde tunicatam plebem validiorum injuriis. expulsam gravissime apud Cæsarem conqueritur, quisquis tandem hic fuerit, callentissimus utique ac vere Sallustianus consultor. *Donza.*

*Dispallata]* Id est, *Dispersa.*

*Quippe, &c.]* Hoc est, Cum scilicet ita sit, quod cura retinendæ libertatis oriatur his, scilicet civibus, adhuc liberis: tum, id est, multo magis cura servitutis amittendæ oriatur his, scilicet ære alieno oppressis, et quasi in servitutum redactis. *Bad.*

*Res militaria]* In coloniis enim tam optimorum equitum, quam peditum copiam semper habebant Romani. Tales fuerunt Bononia, Mutina, Parma, Placentia, quæ etiam equites solos habuit Latinos, teste Livio. *Coler.*

*Ubi bonum publicum]* Ubi bonum publicum etiam privatim usui est, id *Delph. et Var. Clas.*

non aggredi, socordis et ignavi est. Hoc de rege vel principe Sallustius. At Cicero de omnibus l. III. Off. 'Unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas, unius cujusque et universorum; quam si ad se quisque rapiat, dissolvetur omnis humana consociatio.' Atque si etiam hoc natura præscribit, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam, quod is homo sit, consultum velit; necesse est secundum eandem naturam omnium utilitatem esse communem. *Coler.*

*Marco Livio Druso]* Fabri et vetus editio, *Marco Labio:* inepte. Sunt enim Drusi in gente Livia. A Vaticano abest, *Livio*, neque adesse necesse est: probat scriptorum usus. *Carrio.*

*M. Livio Druso]* Adversus omnibus modis in hac Epistola nobilitati est Sallustius. Inde de M. Druso ingerit Cæsari. De hoc Druso Livius, Florus l. III. c. 17. Val. Maximus l. IX. c. 5. Vellejus. Cicero pro Milone: 'Domi suæ nobilissimus vir, senatus propugnator, atque illis quidem temporibus, pene patronus, avunculus hujus nostri judicis, fortissimè viri M. Catonis, tribunus plebis M. Drusus occisus est.' Eiusdem potentia meminit idem Orat. pro C. Rabirio: 'Notabile vero exemplum de amicis ambitione tantum et largitionibus quæsitis. Execranda illa vox in libera Republ. M. Drusi: Nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si qui aut cænum dividere vellet, aut cælam.' *Colerus.*

*Auctores ferent homines]* Locus qui et ab interpolatione et a scriptura male habet. Vetus editio, *nisi illi auctores fuerant se homines factiosi.* Fabri et Briconeti, *nisi illi auctores fuerant, sed homines factiosi.* Tu scribe de Vaticano: *nisi illi auctores ferent, sed homines factiosi, quibus dolus atque malitia fide cariora erant, ubi intellexerunt per unum hominem, &c.* non enim

*Sallust.*



que suo consilio sumque utilitati in-  
mittitur, et ita consilia et facta sua se-  
orsum facit. *Bad.*

*Sicut in status]* Veteres editiones,  
*sicut instituto.* Fabri et Briconeti, *sic-  
ut institus:* a vulgatis est Vaticanus.  
Petrus Pithæus legendum putabat,  
*sicut in Stajeno.* Justus autem Lipsi-  
us, cum quo mihi omnia vincula sunt  
antiquissimæ necessitudinis, *sicut in  
status,* quam suam conjecturam mul-  
tis argumentis et in Variis et in Epis-  
tolicis confirmatam mihi, credo etiam  
illis, omnino probavit. *Carrio.*

*Ubi salvi pervenire visi sunt]* Vetns  
editio: *ubi salvi pervenire visi sunt.*  
Lipsius ingeniosa sane conjectura vi-  
tium tentavit tollere, legitque, *ubi  
salvi pervenere, viri sunt.* Corrige de  
Vaticano: *ubi salvi pervenere, novi  
sunt,* quam proxime a vetere editio-  
ne. *Carrio.*

*Animum in litteris]* Perversa scrip-  
tura et improba hominum ineptissi-  
morum emendatio, in qua sententia,  
nec pes, nec caput, ut ille agebat, ne-  
quam apparet. Sic enim ibi legitur:  
*sed animum in litteris, quod natura firmus  
erat, in laboribus habui.* Vetus editio  
*animum in litteris agitavi: quod natura  
firmus erat, id in laboribus habui; do-  
cet Vaticano.* *Idem.*

*Vera consilia]* Florens et beata rep-  
ublica, in qua vera consilia valent.  
Ea sunt, quæ neque gratia, neque ti-  
mor, neque voluptas corrumpit. Alios  
etiam affectus ab omni vero consilio  
precal esse jubeo, ut odium, iram,  
misericordiam, quibus officientibus  
animus verum haud providet, ut alibi  
preclare disserit Crispus. *Coler.*

*Una Respublica]* Quemadmodum  
Reipublicæ corpus dissensione ordi-  
num discernitur, ita æque laceratur  
separatione publici et privati commo-  
di. *ὁ γὰρ δὴ κεχώρισται τὸ κοινὸν συμ-  
φέρων τοῦ ἴδιου ποτὸς δὲ μᾶλλον ἐν τῷ  
ἴδιῳ καὶ τὸ καθ' ἑκάστα λυσιστελοῦν περι-  
έρχεται, καὶ σάφεται ἐν τῷ παντὶ τὸ κατὰ  
μέρος, ἐπὶ τε τῶν πύλων, καὶ τῶν ἄλλων*

*φωδῶν.* Id est, ait apposite Jambli-  
chus, 'Commodum enim publicum  
non separatum est a privato; quinimo  
in universo, singulorum etiam utilitas  
continetur, et partes in toto conser-  
vantur, tum in civitatibus, tum in aliis  
quoque naturis.' *Coler.*

*Ex aliena libidine]* Misera Respub-  
lica, in qua ex aliena libidine, ex fac-  
tiosorum quorundam nobilium nutu  
pendet senatus auctoritas, et constitu-  
tum publicum. Patres enim et auctori-  
tatem inviolatam et consilia constan-  
tia habere fas est. Alludit forte  
ad tempus illud Sallustius, quo Sena-  
tus circumscriptus, et tantum non  
oppressus est a Pompejo et Crasso,  
anno U. C. sexcentesimo nonagesimo  
nono. De qua re Dio libro xxxix.  
*Idem.*

*Interdum alia]* Turpis in omni con-  
silio levitas: de qua jocus aliquando  
fuit Caroli V. sapientissimi et fortis-  
simi Imperatoris, quem is jacere sole-  
bat in comitia Germanorum: quæ  
ille viperis assimilabat. Quia agebat,  
ut ista matres suas tollunt; sic illo-  
rum posteriora decreta. Serius jocos,  
et in conventibus nostris, identidem  
recogitandus. *Idem.*

*Coarctari gratiam]* Demosthenis est  
*πάντων δυσχερότατον εἶναι τὸ πολλοῖς  
ἀρέσκειν* quod et Aristoteles repetit  
in Diatribis. *Coler.*

*Quod in certamine]* Hoc est, Prius-  
quam victi sunt, et dubitant, an vicei  
debeant, recipiunt in se jugum seu  
legem contententium, tanquam il vi-  
cerint. *Bad.*

*Si numero auctus]* Numerum sena-  
torum auxerat primus Tarquinius.  
Morem diu desitum reduxit Jul. Cæ-  
sar, teste Suetonio et Dione. Multos  
enim per bellum Civile per malas ar-  
tes Senatores factos removit, aliosque  
allegit. Qua re et dignitatem senato-  
riam mire amplificavit, et auctorita-  
tem suam stabilivit. Sed hoc quoque  
bonum initium malos eventus habuit.  
Confluentibus enim amicis Cæsaria-

mult homines factionos Druso in tribunatu rei alicujus auctores fuisse, sed nobilitatem. *Carrio.*

- *Sua ipsius consilia disturbaverunt*] Carrio e libris, *sua et ipsius.* Malim, *dua ipsorum.* Gronovius.

*Gloria honorem*] *Gloria*, id est, cupiditas gloriæ vincit honorem, qui virtuti debetur. *Badius.*

*Et malis, et bonis rebus ea creatur*] Videtur sinè dubio, pro, *rebus*, scribendum, *rationibus*; nam peccatum libraril agnoscimus ex *rationibus*, in, *rebus*. Sic Cato dixit 'agrum bonis et malis rationibus colendum.' Et Metellus apud Agellium 1. 6. 'Quid ergo nos, a Diis-immortalibus divinus expectemus, nisi malis rationibus finem facimus.' Cicero pro Rabirio Postumo dixit, 'Augere rem bonis et honestis rationibus.' Idem error irrepsit in l. 1. Cæsaris de bel. civil. in quo est: 'Tamen omnibus rebus in eo perseverandum putabat.' cum, pro *rebus*, debeat legi, *rationibus*, ut ad eum locum notavimus. *Ursin.*

*Ex pecunia legi*] Nam laudabiliter constitutum fuit Romæ, ut Prætores jurati optimum quemque in selectos judices referrent: ut testatur Cicero pro A. Cluentio. *Coler.*

*Ut cuique ovis tulit*] Recte *Carrio fors.* Cuique facilius tolerarem, si sequeretur *cecidit*, non, *tulit*. Nunc potius placet, *utcumque fors tulit.* Gronovius.

C. *Gracchus*] Probat C. Gracchi plebiscitum, quo rogaverat, ut ex confusis quinque classibus forte et sine accurato delectu centuriæ vocarentur. Ratio: ut comæ dignitate civis et pecunia, virtute alius alium antequam properaret. Sed tamen neque hanc, neque alias rogationes Gracchanas Optimates tulerunt. *Idem.*

*Nam hi si virtute*] Tangit satis acerbè Cæsaris æmulos nobiles, M. Bibulam, L. Domitium, M. Catonem, L. Posthumiam et Favonium præcipuos. De singulis aliquid vel Sallustii vel

fidei causa dicendum videtur. Et sane possit Sallustius in vituperandis nonnullis pro parum candido, et falso haberi. L. Domitius iste Ænobarbus dictus. Ejus rapacitas et timiditas etiam a Cæsare arguitur l. 1. de bello Gall. et Plutarcho, et Seneca. De Bibuli consulatu legendus Dio lib. xxxviii. et Plutarchus in Cæs. Itane vero de M. quoque Catone scriptum oportuit? Nimia isthæc libertas, imò dicacitas. Et de Græcis literis quale judicium? Majorem gratiam debebas, Sallusti, Græciæ, et ipsi-adeo Thucydidi tuo. De hoc quidem Catone Vellejus Paterculus scriptum reliquit: 'Hic genitus proavo M. Catone, principe illo familiæ Porciæ, homo virtuti simillimus, et per omnia ingenio diis quam hominibus propior, qui nunquam recte fecit, ut facere videretur, sed quia aliter facere non poterat.' L. Posthumii mentio rara. De Favonio apud Cæsarem, Dionem, Plutarchum legat, qui vult. Porro elogium illorum ita restituit Lipsius l. iv. Epist. 14.: 'L. Posthumius et M. Favonius mihi videntur quasi magna navis supervacua onera esse, ubi salvi pervenere, viri sunt: si quid adversal coortam est, de illis potissimum jactura fit, quia precii minimi sunt.' *Coler.*

*Marci Bibuli fortitudo*] Is collega erat Cæsaris; unde in gratiam et assentationem ejus, hæc in eum dicit. *Badius.*

*Maximo dedecori*] Qui nihil in eo præclare gessit: sed penitus collega Cæsari cessit. *Idem.*

*Cujus nullum membrum, &c.*] Totum hunc locum æmulatus est ille, quisquis fuit, qui Sallustii nomine declamationem in Ciceronem edidit; nam sic scribit: 'Cujus nulla pars corporis turpitudinæ vacat, lingua vana, manus rapacissimæ, gula immensa, pedes fugaces; quæ honeste nominari non possunt, inhonestissima.' *Ciaccon.*

*Factione*] Est enim *factio*, ubi quis-

que suo consilio susque utilitati in-  
mittitur, et ita consilia et facta sua se-  
orsum facit. *Bad.*

*Sicut in status]* Veteres editiones,  
*sicut instituto.* Fabri et Bricconeti, sic-  
*ut institus:* a vulgatis est Vaticanus.  
Petrus Pithæus legendum putabat,  
*sicut in Stajeno.* Justus autem Lip-  
sius, cum quo mihi omnia vincula sunt  
antiquissimæ necessitudinis, *sicut in*  
*status,* quam suam conjecturam mul-  
tis argumentis et in Varis et in Epis-  
tolicis confirmatam mihi, credo etiam  
aliis, omnino probavit. *Carrio.*

*Ubi salvi pervenire visi sunt]* Vetus  
editio: *ubi salvi pervenire visi sunt.*  
Lipsius ingeniosa sane conjectura vi-  
tium tentavit tollere, legitque, *ubi*  
*salvi pervenere, visi sunt.* Corrige de  
Vaticano: *ubi salvi pervenere, visi*  
*sunt,* quam proxime a vetere editio-  
ne. *Carrio.*

*Animum in litteris]* Perversa scrip-  
tura et improba hominum ineptissi-  
morum emendatio, in qua sententia,  
nec pes, nec caput, ut ille ajebat, us-  
quam apparet. Sic enim ibi legitur:  
*sed animum in litteris, quod natura firmus*  
*erat, in laboribus habui.* Vetus editio  
*animum in litteris agitavi: quod natura*  
*firmus erat, id in laboribus habui;* do-  
cet Vaticanus. *Idem.*

*Vera consilia]* Florens et beata res-  
publica, in qua vera consilia valent.  
Ea sunt, quæ neque gratia, neque timor,  
neque voluptas corruptit. Alios  
etiam affectus ab omni vero consilio  
procal esse jubeo, ut odium, iram,  
misericordiam, quibus officientibus  
animus verum haud providet, ut alibi  
præclare disserit Crispus. *Coler.*

*Una Respublica]* Quemadmodum  
Respublicæ corpus dissensione ordi-  
num discernitur, ita æque laceratur  
separatione publici et privati commo-  
di. *ὁ γὰρ δὴ κεχώρισται τὸ κοινὸν συμ-  
φῆρον τοῦ ἰδίου· ποτὲ δὲ μᾶλλον ἐν τῷ  
ἴδιῳ καὶ τὸ καθ' ἑαυτὰ λυσιτελοῦν περι-  
έρχεται, καὶ σφίεται ἐν τῷ παντί τὸ κατὰ  
μέρος, ἐπὶ τε τῶν πόλεων, καὶ τῶν ἄλλων*

*φωτῶν.* Id est, ait apposite Jamblichus,  
'Commodum enim publicum  
non separatim est a privato; quinimo  
in universo, singulorum etiam utilitas  
continetur, et partes in toto conser-  
vantur, tum in civitatibus, tum in aliis  
quoque naturis.' *Coler.*

*Ex aliena libidine]* Misera Respub-  
lica, in qua ex aliena libidine, ex fac-  
tiosorum quorundam nobilium nutu  
pendet senatus auctoritas, et consilium  
publicum. Patres enim et auctori-  
tatem inviolatam et consilia con-  
stantia habere fas est. Alludit forte  
ad tempus illud Sallustius, quo Senatus  
circumscriptus, et tantum non  
oppressus est a Pompejo et Crasso,  
anno U. C. sexcentesimo nonagesimo  
nono. De qua re Dio libro XXXIX.  
*Idem.*

*Interdum alia]* Turpis in omni con-  
silio levitas: de qua jocus aliquando  
fuit Caroli V. sapientissimi et fortis-  
simi Imperatoris, quem is jacere sole-  
bat in comitis Germanorum: quæ  
ille viperis assimilabat. Quia ajebat,  
ut istæ matres suas tollunt; sic illor-  
um posteriora decreta. Serius jocus,  
et in conventibus nostris, identidem  
recogitandus. *Idem.*

*Coacquare gratiam]* Demosthenis est  
*ἀντὶ τῶν δυσχερότατων εἶναι τὸ πολλοῖς  
ἀπέχεσθαι* quod et Aristoteles repetit  
in Diatribis. *Coler.*

*Quod in certamine]* Hoc est, Prius-  
quam victi sunt, et dubitant, an vinci  
debeant, recipiunt in se jugum seu  
legem contentendentium, tanquam il-  
licerint. *Bad.*

*Si numero auctus]* Numerum sena-  
torum auxerat primus Tarquinius.  
Morem diu desitum redaxit Jul. Cæsar,  
teste Suetonio et Dione. Multos  
enim per bellum Civile per malas ar-  
tes Senatores factos removit, aliosque  
allegit. Qua re et dignitatem senato-  
riam mire amplificavit, et auctori-  
tatem suam stabilivit. Sed hoc quoque  
bonum initium malos eventus habuit.  
Confluentibus enim amicis Cæsaria-



nis, tandem in mille patres erupit senatus: quæ res invidiam Cæsari facile peperit. Correxerit igitur Augustus, et redegit ad DC. ut scribit Suetonius, Dio. Ceterum sub Tiberio vilior viliorque facta, et sub aliis postea principibus pene ad nihilum redacta senatus auctoritas. *Col.*

*Tabella*] Per tabellam, in quam puncta scribebantur: et ita major numerus punctorum vincebat, nec sciebatur certus auctor sententiæ: quæ res odium demebat. *Bad.* Per tabellam sententiam fieri vult, ut major libertas consultandi et ferendi sit. Sed fuit hic mos etiam olim, ut scribit Asconius ad Verrinas; verum alia de causa: nimirum ne dictam sententiam revocare liceret. Hoc Sallustii consilium apparet valde urssiæ et in usum vertisse Cæsarem et Augustum. *Idem.*

*In multitudine*] Libertas Reipubl. stabilitur multitudine Senatorum. Sed hic fucum facit Sallustius ordini honestissimo, quem nunquam nimis florentem Principes optavere. Falsissime et fallacissime Nero jactat apud Tacitum l. XIII. *Annal.*: 'Non se negotiorum omnium judicem fore, ut clausis unam intra domum accusatoribus et reis paucorum potentia grassarentur. Nihil in penetibus suis venale, aut ambitioni pervium, discretam domum et rempublicam. Teneret antiqua munia senatus.' *Coler.*

*Judicia primæ classis*] Olim judicia penes Senatam, equites, et Tribunos ærarios fuerunt, lege Aurelia, ut scribit Asconius. Cæsar tribunos ærarios sustulit, teste Suetonio. Ea porro; de quibus Sallustius loquitur, digessit omnia Augustus postea. Vide Dionem l. LV.

*Hoc itinere*] Hac via et ratione procedendi. *Bad.*

*Quam primum, &c.*] Haud occulte monet, bona et salutaria consilia celeriter arripienda et exsequenda esse.

Egregie Otho apud Tacitum *Annal.* l. I.: 'Nullus cunctationi locus est in eo consilio, quod non potest laudari, nisi peractum.' *Coler.*

*Libertatem cariorem*] Vulgo, *clariorem*. Veteribus potius impressis assentior, qui *cariorem* præferunt. *Carrio.*

*Gallica gente*] Hoc ad gloriam Cæsaris spectat. Galli enim natura bellicosi, ut testatur Sallustius in Bello Catil. Et sine Jugurth. ait, amplius cum Gallis pro salute, non de gloria certari. Idem de Gallis alii Historici. M. Cato *Orig.* 2. 'Pleraque Gallia duas res industriosissime persequitur: rem militarem, et argute loqui.' Insigne vero illud elogium Cæsii Bassi apud Diomedem: 'Romani Gallis devictis sunt victores. Darat adhuc et durabit laus fortissimæ gentis.' *Coler.*

*Summam discordiam*] Sic dictum velim; pro quo ceteræ editiones *socordiam* ostentant: quam quidem scripturam ego nupera et novitia ista multis millibus habeo cariorem. *Doux.*

*Divino numine invisit*] Ita etiam sinceri Philosophi omnes sentiunt, nihil Deum latere. Secus Epicurus cum suo grege: quem quasi etiam Cæsar sectatus fuerit, innuit Cato apud Sallustium in Catilin. *Coler.*

*Sæpe invidia*] Simile Theophrasti dictum: *ἠδόνος τοῖς ἕσσι πρὸς τὸ ἀντιπαλον τὸ δὲ μὴ ἐμποδῆν, ἀναρταγώσταρ ἐνβολὰ περιμῆταρ*. *Invidia tantum in vos est. Mortuus vero, ut qui nemini obstat, constanti et libera benevolentia colitur.* *Idem.*

*Ea res eveniat, &c.*] Prudenter videtur hic, quisquis est, consultor desinere; qui animum suum in rempubl. ostendit: et Cæsari, quæ sensit, honeste suasit. Verum quia jam rerum potiebatur Cæsar, etiam sibi prospexit. Nam iudicio ejus omnia permittit. *Badius.*

# NOTÆ VARIORUM

IN

## DECLAMATIONEM

IN

### M. TULLIUM CICERONEM.

---

*Audacissimo cuique]* Invide de uno Cicerone id dicit. *Badius.*

*Ubi M. Tull. leges, jud. populi R.]* *Populo Rom.* in dandi casu habet codex Aldinus, sed vetustus in gignendi quod malim. Illud autem, *in ordine*, quod proxime sequitur, quid sibi velit, apud me non admodum planum est. *Glar.*

*Quod collibuissest alteri]* Quasi dicat, Puer exposuisti pudicitiam tuam cuiuscunque libidini: sed mirabile est, tantam diffamandi et taxandi viri consularis licentiam fuisse. Nam si innocens fuit, non debuerunt ea impune objici, cum etiam famosi libelli lege prohibiti essent: sin nocens fuerit, mirabile est, talem virum eo dignitatis promotum: sed ea tempestate erat commune adolescentiæ vitium: quo et Julius Cæsar ab omnibus notatus est. *Bad.*

*Pellex matris]* Habens rem cum patre, sc. Cicerone, et ita pellit matrem e cubili. *Idem.*

*Publii Crassi]* Hominis ditissimi: ad quem alludit Persius, dicens Sa-

tyra secunda: 'Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ædem.' *Idem.*

*In consilio Deorum immortalium]* Quia in plerisque concionibus et in vectivis dixit, 'Non humanis opibus, nec arte magistra ita reipubl. consultum, sed divina miseratione.' Sed ad invidiam concitandam omnia trahunt adversarii in majus. *Idem.*

*Abque carnificis nomine]* Id quoque contumeliose, cum ille dixerit; sine cæde et sanguine rempublicam servatam. *Idem.*

*Incommodum civitatis]* Id acriter et subtiliter: quia vult ob consulatum Ciceroni mandatum conjurationem factam, et omne malum abortum. *Idem.*

*Cum legis Plautia]* *Plautia*, cum n, non cum diphthongo au habebat codex Aldinus hoc in loco: at in Catilina cum diphthongo, ut alii libri, *Plautia*, legebat. Diximus autem in Catilina de hac lege nobis nihil certi constare. *Glareanus.*

*Homo novus Arpinas ex M. Crassi*

fam.] Ita fere habent codices: at ego non dubito ita a Sallustio scriptum: *Homo nocuus Arpinas ex C. Marii familia*; non *ex M. Crussi*. Fuerat enim et Marius Arpinas, et homo novus. Ergo subjungit *elponendis, ejus virtutem imitatur*: cum ille summus bellator, Cicero summus orator: ille manu, hic lingua promptus. *Idem*. Vide supra Jug. c. 63.

*Illud vero amicitia tant. ac virt. est ax.*] Aldinus codex nominativos in genitivos mutavit. Vetustus codex sic habebat: *aliud vero amicitia tantum ac virtus est animi*: sed ex neutro sensus clarius est, nec ego clare expedio. Non est mihi dubium, cum confutationis hujus dux sint partes, prior per questionem, altera per inficiationem; prioris esse hanc particulam, ut altera pars incipiat ibi: *Imo vero homo levissimus*. Lectori hæc inno dumtaxat, ut occasionem dem altius cogitandi ac exemplaria diligentius inspiciendi. *Glar.*

*O fortunatam, &c.*] Ineptulus quidem est versus: unde Juvenalis citans eum, dicit illi minus obfuisse eloquentiæ, si non elegantius Philippicas in Antonium scripsisset, quam

tales versiculos jactasset: verba Juvenalis sunt: 'O fortunatam natam me consule Romam! Antoni gladius potuit contemnere, si sic Ompia dixisset: ridenda poemata malo, Quam te conspicuæ divina Philippica fama.' *Hadins.*

*Quasi vero togatus*] Id sæpe asseruit Cicero in Invektivis in Catilinam: 'Cedant arma togæ,' inquit Cicero: quia, plus consultit urbi et reipub. in toga, quam alii Imperatores in armis. *Idem.*

*Quem amicum, &c.*] Ingenue fateor, hæc verba, ut in Aldino sunt codice, atque adeo etiam in vetusto, ac cunctis aliis, quos mihi videre contigit, non intelligere. Ideoque mutio, admonito tamen Lectore, ut mecum ipse dubitet, aut felicius, si queat, eruat. Transilire, ut notum, facile erat, si quosdam imitari velim, quos pudet fateri se non omnia vel scire, vel intelligere. *Glar.*

*Quem amicum*] Id est, Quales amicos, vel inimicos habes? Amicos perditissimos quosque cives, inimicos Reipub. amantissimos. *Thys.*

*Dyrrhachio*] Vide supra p. 695.

---

FINIS NOTARUM VARIORUM.

---

# NOTITIA LITERARIA

DE

## C. CRISPO SALLUSTIO,

EX

Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca Latina, a Jo. Aug. Ernesti  
auctius edita. Tom. I. Lib. I. c. 9.

~~~~~  
[EX ED. BIPONT. 1807.]  
~~~~~

**C. CRISPUS SALLUSTIUS**<sup>1</sup> natus Kal. Octobr. A. U. C. 668. secundum fastos Idat. Amiterni, oppido Sabinorum, ab Appio Censore an. 704. senatu egestus,<sup>2</sup> a Cæsare Dictatore Senatoriæ dignitati restitutus,<sup>3</sup> evectusque ad præturam, et præfectus (sive potius, expilator<sup>4</sup>) Numidiæ, Juba victo et occiso:<sup>5</sup> vitæ ipse profligatæ,<sup>6</sup> quantumvis in scriptis veritatis studiosus et alienorum

### NOTÆ

<sup>1</sup> Alius Sallustius Crispus nostri sororis filius inventor æris, quod ab eo Sallustianum est appellatum. Plin. xxxiv. 2. Ad hunc Horat. Od. II. 2. Vide et Lips. ad I. Taciti Annal. num. 35. Fuit præterea Crispus quidam Sallustius, qui Apuleii Milesiarum libros et Apologeticum recensuit, ut notatum est in antiquo cod. Florent. De aliis Sallustiis vide, si placet, Suidam et Onomastic. Glandorpil. A Sallustio ludimagistro additam literam K legas in Vincentii Bellovacens. Speculo doctrinæ II. 8. Inter rec. Medicos clarus est Sallustius Salvanus, eujus libri III. varr. lectt. de re me-

dica prodierant Romæ a. 1588. 8. ut alia ejus scripta præteream.

<sup>2</sup> Dio lib. XL. p. 150.

<sup>3</sup> Adi Hanc. de Romanar. rer. scriptoribus I. 6. quod est de Sallustii vita, et Jo. Nic. Funccium de ætate virili linguæ Lat. parte II. p. 181. sq. Sallustii effigiem e numo Regiæ Christianæ habes in Tom. III. Thes. antiquit. Græcar. Gronoviani, litera *ddd*.

<sup>4</sup> Dio Cass. lib. XLIII. p. 217.

<sup>5</sup> Appian. II. Civiliū bellorum. p. 490.

<sup>6</sup> Scholiast. vetus Horatii ad verba Sat. I. 2. 41. *ille flagellis*. 'Hoc de C. Crispo Sallustio dicitur, qui depre-

vitiorum, Catonis ac Thucydidis exemplo,<sup>1</sup> acerbissimus insectator, obiit quadriennio ante pugnam Actiacam, quæ commissa est anno Urbis 723. ante Ch. 31. Numum ornatum Sallustii capite imberbi edidit primum Fulvius Ursinus cum inscriptione 'Salustius Autor.' Annotat porro Jo. Faber, numum illum fuisse contorniatum, 'auctoris' vero vocabulum aliter accipi quam ab ipso Sallustio, qui c. 3. Catil. auctorem rerum a scriptore distinguit. Inscriptiones etiam antiquiores et ætati Sallustii vicinæ apud eundem Ursinum p. 90. sicut et Quintiliani et Marciani Capellæ codices, et Horatii, nomen illud non cum simplici, sed geminata litera LL efferunt:<sup>2</sup> unde concludit Faber, illum numum diu post Sallustii ætatem cusum fuisse, et fortasse tum, cum aliorum quoque ill. virorum numi eadem forma sunt percusi. Constat autem, ejuscemodi numos, quibus memoria veterum clarorum virorum conservaretur, cœpisse cudi post Constantinum M. et maxime sub Honorio. Dolebat Gisbertus Cuperus, non proditam ab Ursino partem numi aversam, nisi nudam fortasse reperit. Etiam Car. Patinus edidit numum, in quo circa caput viri, sed quod male barbatum pro nudo exhibet, legitur Salustius Autor. Illum vero neutiquam referendum putat ad scriptorem belli Jugurth. sed pertinere ad Sallustium, qui cum Leontio Consul fuit A. U. C. 1096. Ch. 344. imperantibus Constantino juniore, Constantio et Constante, qui Consul certe a Zabarella Sallustius Autor cognominatur. In aversa parte tres viri togati, e quibus medius manu tenet ædificium, sive, ut Sigebert. Havereampius (qui eundem numum offert in libro de numis contorniatis pag. 149.) hydraulicum organon, ad oram ascriptis verbis: PETRONI PLACEAS. Quam Ursinus quoque adjunxit numi faciem tres figuræ decorant, sed fœminarum, et verba MONE.....GEAS. Apud Paulum vero Pedrusium T. v. p. 36. in aversa parte conspicitur figura hominis sedentis, viri, non fœminæ: unde nec Numidiam, nec cum Pedrusio p. 39. Historiam ab illa denotari crediderim. Similis plane figura in numo Alexandri Severi, ib. p. 286. ubi iterum Historiam Pedrusius vult intelligi parum verisimiliter.

## NOTÆ

hensus ab Ann. Milone in adulterio cum uxore Fausta, Syllæ filia, flagellis cæsus esse dicitur, ut refert Asconius in ejus (Milonis) vita. Adde Gellium xvii. 18. Suetonium de Grammatic. c. 15. et Lactant. ii. 12.

<sup>1</sup> Thucydidis æmulum vocat Vel-leius ii. 36.

<sup>2</sup> In Plutarchi, Dion. Stephani Byz. Suidæ et aliorum Græcorum libris Ζαλοότιος.

Fuit et Crispus Sallustius junior Rhetor, de quo intelligendum, quod in priscis Taciti et Apuleii codicibus Florentinis aiunt reperiri: 'Ego Crispus Sallustius legi et emendavi Romæ fœlix, Olybrio et Probino Cons. in foro Martis controversias declamans Oratori Endelechio.' Non plane intelligo, quid hæc verba sibi velint, nec quo tempore Olybrius cum Probino consulatum gesserit: licet Olybrium consulem fuisse constet an. C. 526. ante Mavortium, quem in emendando Horatio Felix<sup>1</sup> orator urbis Romæ adjuvit. Alii Q. Sallustius Hermes et Q. Sallustius Felix in vet. epitaphio ap. Montfauc. Antiquitatis explicatæ Tom. v. supplementi pag. 65. tab. XXVIII. et XXIX. De Sallustio vet. Historico conferre licebit Dan. Guil. Molleri dissertationem editam Altdorfii 1684. et orat. Christ. Coleri, Norimb. 1598. 8. Vitam scriptam a Joan. Clerico [vid. p. 17. ed. præes.] et in Wassii edit. obviam servavit in Sall. suo Cajetan. Vulpus: etiam Thyvonus translata Gallicæ suæ adjunxit versionem, sed additis animadversionibus, Sallustii famam defendentibus. Citatur Sall. a Græco scriptore Jo. Antiocheno in excerptis Peirescianis p. 793. Καὶ Σαλλούστιος ὁ Ῥωμαῖος συγγραφεὺς ἔφη καλοῖς αὐτὸν (τὸν Σύλλα) ἐγχειρήμασι κάκιστον ἐπενηροχῆναι τὸ τέλος. Codicem Ms. Sall. repertum in cœnobio Benedictinorum Martisburgensi Jo. Rivius utendum se accepisse testatus est a G. Fabricio. Msti sui cod. qui Reivesii olim fuit, meminit Conrad. Sam. Schurzfeisch. præfat. ad Orthogr. Lat. Quatuor codd. Mss. Sall. Tegnagelii in Bibl. Cæsarea; duodecim Mediceos laudat Norisius in Cenotaphiis Pisanis pag. 463. ternos etiam nuper habebat Bibl. Rostgaardiana p. 464. Habeo et ipse binos Sall. codd. non contemnendos, scriptos in membrana, atque in his unum antiquissimum. Ambo nactus sum e Bibl. V. C. Marquardi Gudii. Ex eadem ad me pervenerunt quoque<sup>2</sup> lectiones duorum codd. membranaceorum Cathedralis Eccles. Remensis, quas enotavit idem vir doctissimus, testatus priorem forma oblongiore, ut quartam paulo excederet, scriptum anno MCLXVIII. indictione prima. Librarius nomen suum prodidit his verbis: 'Omnes qui lecturi estis, orate pro Matthæum scriptorem, ut Deum semper habeat propitiatorem.' Alter membranaceus in quarto, annorum amplius septingentorum. Omnino

## NOTE

<sup>1</sup> Vide Pet. Relandi Fastos Consulares p. 696.

<sup>2</sup> Tres hosce codd. a. 1722. libenter

misi ad Gottl. Cortium; qui illis usus est ad præclaram suam edit. Sallustii adornandam.

Sallustius alius scriptoris veteris tot codd. scripti extant, quam Sallustii, et auctoris librorum ad Herennium: unde patet, eos libros a multis lectos esse, ut opinor, propter brevitatem et acumen orationis et *κράτος*: sed ea frequentia exemplarium peperit multitudinem mendarum, glossarum, interpolationum, quæ et in edd. primis reperiuntur. Laudat Quintil. x. 1. pag. 886. 'Sallustianam brevitatem,' quæ nihil apud aures vacuas atque eruditas possit esse perfectius: et pag. 914. 'immortalem Sallustii velocitatem,' quam diversis virtutibus Livius ait assecutus: tamen Conciones a Crispo frequentiores longioresque, atque, ut ipsi quidem videtur, insipidi-ores historiæ inspersas moleste fert V. C. Nic. Hieron. Gundlingius præfat. ad Nic. Burguadi Hist. Belgicam. Fuit hoc ab aliis etiam reprehensum, sicut notum illud Senecæ Patris præf. lib. III. controvers. 'Ciceronem eloquentia sua in carminibus suis destituit: Orationes Sallustii in honorem historiarum leguntur.' Sed notum itidem est, quid excusando illi mori eloquentiam in historia ostentandi, lectoremque delectandi vel morandi, ab aliis responsum fuerit. Sane licebit properanti tetrico et fastidioso lectori illas orationes veluti scopulos præternavigare, dum interim alii, quibus lectu dignæ et insignium documentorum plenæ videntur, ex iisdem voluptatem capere et fructum permiserint.

Extant Thucydidea gravitate et acuta brevitate styli, Catonianæque<sup>1</sup> colore orationis ab *nobilissimo* hoc *historico*<sup>2</sup> descripta:

1. Bellum Jugurthinum, contra Jugurtham Numidiæ regem anno urbis 643. sq. gestum, de quo consulendi sunt viri docti ad Flor. III. 1. ubi in editione Græviana Jug. quoque imaginem in numo Syllæ contemplari poteris. Ex libris Punicis Hiempsalis nonnulla de situ Africæ tradit Sallustius belli Jug. cap. 17. sq. Orationem ex cap. 10. qua Micipsa. filios ad pacem et concordiam hortatur, Severus Imp. morti vicinus commendavit Bassiano filio suo nata majori, ap. Spartianum c. XXI.

2. Bellum Catilinarium, sive de Conjuracione Catilinæ liber, quæ incidit in an. U. 691. quo Cicero consul fuit. Hunc librum, quem separatim cum Comment. suo edidit Theodorus I. F. Graswinkelius

## NOTE

<sup>1</sup> Vet. epigramma ap. Quintil. VIII. historiæ.

<sup>2</sup> Et verba antiqui multum furate Augustin. Ep. v. ad Marcell. c. Catonis Crispe Jugurthinæ conditor 16. edit. novæ. T. II. Ep. 138.

Lugd. Bat. 1642. 12. prius scripsisse Sallustius videtur; sed Jugurthinum, quia prius gestum est, præmittere placuit.

3. E sex libris Historiarum<sup>1</sup> populi Romani, a morte Syllæ, quæ contigit M. Lepido et Q. Catulo Coss. anno U. 676. usque ad Catilinæ conjurationem, Fragmenta collecta a Læd. Carrione in sua Sall. edit. et ab Ant. Riccobono ad calcem libri de Historia, Venet. 1568. 8. et Basil. 1579. 8. p. 163—216. et ab Aldo Manutio, Paali F. Sed Carrionis præstat industria, quam fere editores Operum Sall. sequuntur. Isaac. Vossius Epist. ad Nic. Heinsium data a. 1651. Holm. d. 12. Jul. 'Hoc ipso die, quo hæc scribo, incidi in duo folia stupendæ antiquitatis: quæ postquam diligentius aspexi, statim conjeci esse fragmenta deperditarum Sall. Historiar. Continent illa bellum servile Crixi et Spartaci.' Ob hoc potissimum opus, Lucullo inscriptum, Sallustius Martiali XIV. 191. audit 'Romana primus in Historia.' Reperiantur fragmenta et in ed. Cortii.

4. Duæ Orationes (sive Epistolæ potius) de Rep. Ordinanda ad Cæsarem missæ, cum in Hispanias proficisceretur contra Petreium et Afranium, victo Cn. Pompeio. Has Sallustii esse Lipsius lib. 1. Var. lect. c. 8. dubitavit; citra magnam causam negavit Carrio; ceterum tam de Sall. meritis haud male, quam non bene Jul. Pompon. Lætus. Quicquid enim ferme adversus Codd. fidem in Sall. immutatum est, id Pomponio huic tribui debere notat Vossius de Hist. Latinis lib. III. pag. 615. Duas hæc Orat. separatim notis illustravit Christoph. Colerus, Ambergæ, 1599. 8. Jo. Loccenius Lips. 1673. 8. et cum orat. in Cicer. Ciceronisque responsoria Gallicæ vertit Petr. Saliat, Paris. 1537. 8. ap. Sim. Colinæum. Hanc in Cicer. quam cum declamatione in Catil. Porcio Latroni vel Vibio Crispo alii tribuunt, (conf. Pet. Victorium xv. 3. Var. lect. et Jo. Sichardum in Quint. v. 13. p. 474.) ad Sall. auctorem ex Quintil. IV. 1. Institut. Orator. refert Paulus Colomesius. Eidem sine controversia tribuunt Sanctius, et ad ejus Minervam p. 387. Perizonius.

5. Declamatio in Catil. et alia in Cic. Porcii Latropis potius, aut Vibii Crispi, vel alterius non insulsi Rhetoris antiqui, quam Sall. esse creditur a viris doctis. Vide Lips. Orat. VII. Voss. lib. III. de vitiis sermonis c. VI. In cod. Ms. Ulm. Raymundi de Kraft

## NOTÆ

<sup>1</sup> Male alii libros XI. vel IX. computant.



extat hoc titulo: 'Sallustii in Ciceronem controversia, et hujus in illum.' Minime tam despicibilis, quam Carrioni videtur, qui ineptissimum Sophistam vocat, etsi tam antiquus non est, quam videri cupit iudice Barthio xxxiv. 16: Adversar. Veterem interpretem in Sall. Catilinariam ex membranis Paul. Stephani, laudat Goldastus notis ad Eginhard. p. 175.

Repertores perfidiæ F 313, 10 pro inventores promissæ utitur Plant. Bacch. A. iii, 3. factum et repperi ut mihi invenires Pl. fateor

Repetundarum pecuniarum reus C 18 in judicio oppugnatus C 49

Repleta arva cultoribus F 323, 13 Reprehendet : quis reprehendet quod decretum erit in parricidas C 51 quæ reprehenderis delicta C 3

Reptitius, accitus ac paulo ante insitus huic urbi civis F 362, 1 al. repetitius Stephanos in Lex. haud sibi occurrit

Repudiabat servitia C 56 securitas repudianda, Cic. in Læl. 47.

Repulsam ab amicitia J 102 haud repulsus abibis J 110

Reputando contra neque majus aliud invenias J 1 quæ sibi præliis venerant J 103 facinus suum in otio cum animo reputans J 13 Dictys ii, 23 et J 70 etiam atque etiam num id penitentiam sit J 85 qui si reputaverint at quibus ego temporibus magistratus adeptus sum J 4

Requie: nulla requie mora (pro requiei.) F 287, 20 requietis militibus F 332, 19 atque periculis requievit animus C 4.

Requirat: negotium cuidam dat uti legatos requirat C 40 requirere cepit quem exitum tantis malis sperarent C 40

Requisita: ad requisita naturæ profectus F 329, 13 requisitum comitem Apuleius M. viii, 2

Rescindi decreta J 11 et sic Valerii Codex Ms. iii, 5, 2. sed Hack. et Ascena. reprehenderet. pluteos F 317, 29

Resistendum: ad resistendum firmiorem F 315, 13 haud timidi resistunt C 60

Responderentur: simul edocet quæ responderentur J 109 quod exigitur, quasi ad interrogatum exhibeatur. Frontin. in Præf. at alter ex Codicibus quo usus sum, respondent, ut sæpe apud Ciceronem, quem annum ex prodigiis respondissent Haruspices cruentum fore C 47 i. e. oracula reddere, nam respondere idem valet, benigne pro tempore J 11 placide, aliter atque animo gerebat J 72 quorum oratione accepta respondit J 23

Restantem: validam urbem multos dies restantem vicit F 287, 25 panci F 341, 14

Restituas: uti libertatem eversam F 349, 23 quod iniquitas Prætoris eripuit C 33 prope jam ab occasu F 349, 1 ex gravi servitate in libertatem F 349, 16 restituto exercitu apud Cabira F 315, 6 ex multa trepidatione militibus collectis aciem restituit, Liviæ v. U. C., et alibi, conspectu suo prælium restituit

Reticere quæ audierat non C 23 non placuit ne quis modestiam in conscientiam duceret J 85

Retineas populi beneficia F 349, 13 quæ eo facilius quod, &c. J 78 metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat J 41 nostros asperitas et insolentia loci retinebat J 59 rell-

qua gloriosus F 327, 26 si pertinaciter retinemus F 305, 8 bene parta vix retinemus C 51 omnia retinendæ dominationis honesta existimet F 376, 4 libertatis F 352, 11 per manus J 81 eumque in vinculis retinendum C 48 armis regnum J 21 sanguine conjunctos J 10 cuius contrarium, abalienare Cic. ad Lentul. i, 723. quos fovendo in communi causa retinere potuerunt, invidendo abalienarunt. et ibid. x. te abs se abalienatum illa Epistola retinisti. Amicos retinere. Cæsar viii, B. G. Cic. pro Quint. amicos observantia, rem parsimonia retinebat 40. animam J 31 firmos hostibus eminus pugnando retinere J 51 hostem ab incepto J 55 tempestas haud secus atque in mari J 70 victoriam prope adeptam J 101 beneficio quam metu F 350, 19 confer Terent. Adelph. i, 1. quæ virtute ceperant simul cum anima F 357, 2 vos inermes F 284, 15 imperium his artibus C 2 dominationem F 308, 6 retinuisse ab stultitia et falsis voluptatibus F 345, 12 ferociamque in vultu C 61 retentum diadema diu considerasse Valer. vii, 26. at Sarrisberiensis legit, recentem pannum

Retractantes verbis et mussantes F 280, 13 (hoc est, decreta ad examen revocantes.) Cic. d Att. 13, 58. conficies igitur et quid sine ulla dubitatione aut retractione. et v. Tusc. 119. ut sine retractione libere dicere audent. Virg. Æn. xii, 12. nihil est quod dicta retractent Ignavi Æneadæ; nec quæ pepigere recusant Ms. Coll. Jes. retractant, male. et 890. Quæ nunc deinde mora est? aut quid jam Turve retractas? ubi Petrensis pro, cornuacat, ministrat. reliqui Codd. cum Edd.

Retractum ex itinere C 39 et 46 sic servos fugitivos vocat Cicero in Verrem. nempe quos Tranquil. reprehensos.

Retulerant contumeliosa dicta J 20 quod illorum magis quam sua retulisse videretur J 111 vinci, an vixisse quid retulit? F 345, 5

Reverterint domos F 347, 13

Revocans aut veteri instituta quæ jam pridem corruptis moribus ludibrio sunt F 344, 2 quique tardius revocati bello excesserant C 9 potestatem ad te meam F 364, 1

Reus magis ex æquo bonoque quam ex jure gentium J 35  
Ritu barbarico cæde cædem ex-  
pianda F 342, 14

Rogandos: ad magistratus rogan-  
dos proficiscitur J 29 cum quæsi-  
tores rogarentur J 40 rogat mis-  
sionem J 64 perlata rogatione J 82  
rogationem ad populum promulgat J  
40 rogatus sententiam J 52

Rudes cum bello melioribus ma-  
num consererent J 49

Ruina restinguam incendium me-  
um C 31

Rumor: clementer ortus rumor  
Dictys iii, 1, 7. rumor is clemens  
erat J 25 claro apud vulgum rumore  
erat. Tacit. An. 15. ex rumore et lbi-  
dine plebis J 40 primo F 289, 11 rem  
vulgi rumoribus exagitata C 29  
consensu omnium secundo rumore  
summam belli atque exercitus in se  
auscipit. Dictys cap. 16. Eodem  
sensu Tacitus lætam famam usurpat.  
Hist. i, 27. E contra de illaudatis,  
fama tacens. Sedulius ii, 10. ubi Ms.  
B. Pub. jacens; quod non displicet.  
multitudinis rumor. Cic. de fin. et  
Catullus, Virg. Ovid. Lucan. Mart.  
Sueton. Terent. Stat.

Rursus: ea re cognita rursus tran-  
stulerunt in Nonas Februarias C 18  
rursus imperator (ad hoc) J 83 rur-  
sus admoto ferro invadere F 282, 9

S

Sacrata corpora F 295, 6 instra-  
menta diis sacrata F 332, 3

Sacrilega ac perjurii delibuta uxor  
F 362, 9 parricidæ sacrilegi, con-  
victi iudicii C 14

Sacris: in sicuti solennibus C 28  
atque inspoliato fano F 341, 18

Sæpe: C 33 et F 353, 19 sæpe  
numero verba feci C 52 in maxi-  
mis sæpe periculis C 52 et J 24  
haud sæpe quenquam superat mor-  
bus J 17 sæpe gratia, interdum jar-  
gulis trahendo tempus J 27 inter-  
dum, sæpe F 360, 8

Sæva imperia perpressos C 19 om-  
nia J 14 sævire fortuna ac miscere  
omnia C 10 mare magnum esse et  
sævire ventis J 78 mare sævum im-  
portuosum J 17 quæ belli sævitia  
C 51 hostium facile occasarum J 7

temporis J 37 quæ sævitia quæ  
tempestates hominum nobilium F 352,  
17 tanta temperantia inter ambitio-  
nem sævitiæque moderatum J 45

Saltere elegantius quam necesse  
est probæ C 25 saltu cum alacribus  
certabat F 327, 18 loca saltuosa J  
38

Salvæ: percunctantibus utrimque  
satin' salvæ? Sic fere Vett. in primo  
congressu. Afranius in Cinerario  
apud Priscian. 804. Sexte frater  
mi salvæ, cum salvus venis, meliusque  
tibi est, gratulor diis. ubi Ms. B.  
omittit tibi, et A. om. tibi est.

Salubri corpore J 17 satisfac-  
tuti in imperio F 277, 1 vobis salus  
quæsit F 297, 13

Salutare plebem et conviviis gra-  
tiam quærere J 4 multa prius de  
salute sua Pomptinum obtentat C 45  
contra rempublicam et salutem om-  
nium facturum C 51 fuga salutem  
sperare C 58 dedecore potius quam  
manu salutem quæserat J 39

Sancti nihil habere J 41 a parente  
et ex sanctis viris ita accepi J 85  
adeo ingenita est sanctitas regii no-  
minis F 330, 7 Decretique circum-  
spectione sanctissima. v. Max. i, 1,  
20. edd. sanctione, pro quo stat  
Pighii conjectura, at sequitur, im-  
pium opus Censoris retexit, ut sit  
oppositio inter sanctitate, et im-  
pium. Veteres et sanctos viros F 294,  
15 neque sanctum aut nefandum  
quicquam fuit iræ barbarorum F 338,  
6 internuncius, sanctus vir J 109  
tam sanctis parentibus desolata. Ape-  
leius M. iv. 158. Junium Rusticum  
accepimus Italia pulsam a Domitiano  
ad Pætum et Helvidium Priscum  
sanctissimos viros appellasse. Lib.  
viii, 11. Dio vertit *ἁγιότατοι ἄνθρωποι*.  
hoc sensu, *ἄνθρωποι τῆν τέχνην καὶ τὰ θεῶν*,  
dicitur Daphnus apud Athenæum. et  
Hippocrates, Lib. ix. *ἁγιότατος*. Lu-  
cian. in fugitivis: *ὁ ἄνθρωπος ἁγιότατος*.  
et auctor apud Suidam *ἁγιότατος ἄνθρωπος*  
*φιλολόγους*. at ratione officii diceban-  
tur sacrosancti Tr. Plebis Latinæ  
Auctoribus. uti et SS. ecclesiam in  
quibus est jus Asyli; inde sacro-  
sancta potestas ponitur pro Tribuni-  
tia, quam proptereaangebant Impp.  
ut hoc Titulo insignirentur. aliqui  
autem scriptores hoc epithetum ad  
alios extenderunt. uti Hirtius de B.  
H. p. 863. ed. Elsevir. 1661. vitæ

hac voce. Cic. Læl. §. 39. vld. doc-  
tiss. Clericum ad Pedonem. vs. 253.  
sanctissima parens, patria, Cic. ix,  
190.

Sane : Senatus nihil sane intentus  
C 16 haud sane alio animo C 37 et F  
358, 5 sint sane quoniam ita se mores  
habent C 52 et J 31 haud sane quis-  
quam C 53 ac sane quod difficillim-  
um in primis est J 7 quæ sane  
fuerint nostræ injuriæ nihil ad vos J  
24 sane Gracchia, &c. J 42 sane  
bonus ea tempestate contra pericula  
F 331, 17

Sanguine civill aiebat C 14 sem-  
perne versabimur in sanguine J 15  
infecta humus J 101 et F 276, 18  
supplicum fœdarentur F 289, 17  
miseriis civium paraveris F 363, 6  
nostrum maxime ultri C 33 menum  
quam omnia malit J 24 ne amplius  
præbeatis F 305, 10 suimet sangui-  
nis mercede (de plebe) F 279, 7

Sapientia validum ingenium, cor-  
pus annis infirmum C 6 magna me-  
diocrique omnes F 340, 19

Sarcinas colligere J 97 de priva-  
tis dicitur, Juven. vi, 15. collige  
sarcinulas, dicit libertus. sarcinas  
levari jumenta J 75

Satellites pauci occupavere plebis  
sedes, mercedem scelerum F 276, 14  
commaculatos F 278, 1

Satis facta ex inopia gravi F 299, 7

Satis placebant C 2 explorata C  
17 spectata fidesque vestra C 20  
fortunata C 25 compertum habebat  
C 29 credere neque loco neque ho-  
mini C 31 ubi confidunt J 13 pro-  
videns J 28 habebatis animam  
retinere J 31 præsidii est J 35  
animus moderatus haud satis J 42  
ne illos timor animi satis muniverat  
J 67 satis sæpe jam tentatam virtu-  
tem militum J 62 mature cum filio  
suo petiturum J 64 cupienti nihil  
satis festinatur J 64 ut ea modo ex-  
ercenti satis superque foret J 75  
placide verba fecit J 83 ipsa se vir-  
tus satis ostendit J 85 consilio pro-  
videre contra tantas difficultates J 90  
patens J 92 magna vis J 92 impigre  
ocæcio pedite J 101 tutum F 277, 9  
illa fuerint quæ rabie contracta tole-  
ravimus F 277, 13 clara vobis sunt F  
298, 14 quis mihi vivo cruciatus satis  
est F 323, 7 vix satis gratus F 323, 16  
computem animo neque lingua F 327,  
10 satis prospera satisque pollens

res eorum C 6 munitione loco aut  
mœnibus J 61 callidus satisque pru-  
dens F 348, 4 sibi satisque patriæ  
erat F 351, 27 ingeniam neque ul-  
lum satis pollet quin, &c. F 353, 17  
si virtute satis valeret F 355, 15

Satisfactionem ex nulla conscientia  
de culpa proponere decrevi C 35

Saturam : per saturam sententiis  
exquisitis J 29

Sauciabantur emimus J 50 avidius  
J 60 fundere ac sanciare J 94 re-  
ficit cum cura J 54

Saxa volvere in proximos J 57  
certatim mittere J 67 ingentia fluc-  
tus trahunt J 78 nisusque per saxa  
facilius foret J 94 capiti affigebant  
F 295, 11 per pronum incitabantur  
F 309, 18 eminentibus nisus J 93

Scalls egressi milites J 60

Scelera ejus in patrem ostendit J  
33 patefacere J 42 omnium quos  
terra sustinet sceleratissimus J 14  
metum a scelere suo ad ignaviam  
vestram transtulere J 31 quorum  
potentia aut scelere cuncta gesserat  
J 33 ne super tali scelere suspectum  
sese haberet J 71 scelere lapsus J 104  
vita cetera obstat huic sceleri C 52  
obviam isse J 22 sceleri et parrici-  
dio suo nomina indidit F 278, 16 suis  
ferox atque præclarus est J 14 me-  
morabile sceleris atque periculi novi-  
tate C 4 sui popularis C 22 atro-  
citate C 22 in socios sceleris aper-  
raret J 33 manifestus tanti J 35  
per sceleris immanitatem tutus furit  
F 275, 18 natus ut Jugurthæ cele-  
rum ostentui essem J 24 impunitas  
J 35 scelerum conscientia exagitati  
F 281, 13 per summum scelus C 12  
scelesti nuptiis fecisse vacuum do-  
mum C 15 qui scelestum imposue-  
rat servitium F 302, 6

Sciens locorum ibi est J 85 nihil  
me sciente frustra vales J 110 mi-  
litiæ magna scientia J 63 certe scio  
C 54 scio ego Quirites plerosque,  
&c. J 85 at ego scio qui postquam  
Coss. facti sunt J 85 scio ego quam  
difficile F 348, 1 jussus quæ sciret  
edicere C 48 scitis equidem milites  
C 58 parum scite convivium exorno  
J 85

Scilicet ne per otium torpescerent  
manus C 16 infestos faceret, scilicet  
quem res tanta non permovit,  
eum oratio accendit? C 51 et 52 J 4  
F 277, 1 F 362, 5 sin ea contempnit,

scilicet estimabitis qualls illa pax sit J 31 multarum imaginum et nullius stipendii, scilicet ut in tanta re ignarus omnium J 85 ferocius decernunt, scilicet ignari humanarum rerum, &c. J 104 At scilicet ii qui ad, &c. F 280, 19

Scorta exercebant F 343, 14 in scorta Inbidinem habebat C 7 nullam noctem sine scorta quiescere F 346, 19

Scribunt aspere in Metellum de bello J 65 res gestas C 3 supplementum exercitui J 43 milites J 47 priusquam legiones scriberentur C 23 Cic. ad Ap. iii, 3.: Censebant ut in Italia supplementum meis et Bibuli legionibus scriberetur. hæredem secundum J 65 Sic, scribere servo libertatem, idem sonat ac ei libertatem testamento relinquere. Ulpian. in L., si servum ff. de acquir. Marcial. x, 97: Hæredem scripsit me Numa, convaluit. sic Codex noster Ms. orat. quam postea scriptam edidit C 23 magna ibi provenere scriptorum ingenia C 8 quarum (litterarum) exemplum infra scriptum est C 34 et 44 bellum scripturus sum J 5

Scriniurum cum literis C 47

Scrutari loca abdita J 12

Scuta: ubi signa et scuta erant (arx oppidi) J 71

Secessio in civitate fuit F 351, 29 nihil opus est J 31 per secessionem occupare Aventinum J 31 in abditam partem ædium secessit C 20 Valer. iv, 7, 2. quo secessu quodam fugeris. at locus in membranis sic concipitur: At quos secessu quodam fugeris, aut quos infulis misericordiæ permulseris, non cohibebis, &c.

Secordes: languidos serordesque F 301, 15 secordia atque desidia bonum otium contere C 4 atque ignavia C 58 incultu atque secordia torpescere J 2 ab ignavia atque secordia corruptus animus J 31 magnificum ex Auli secordia J 58 vestra abutitur F 283, 4 nihil secordia claudibat F 328, 19 modestiam pro secordia estimant F 344, 8 ubi secordiæ te atque ignaviæ tradideris C 52 id vero dubitare aggredi, secordiæ atque ignaviæ duco F 352, 24 per secordiam vires, tempus, ingenium, deflaxere J 1 in quis mollitiem secordiamque viri accensare J 70 et neque tamen victoria secors aut in-

solens factus J 100

Secunda omnia et obedientia sunt J 14 oratione extollit J 65 (i. e. benevola, propitia) secundis admirrationibus senatus illum accessavi. Cic. ad Q. fratrem ii, 5. quæ magistratus ille dicit secundis auribus, quæ ab nostrum aliquo, adversis accipietis. Sic, clamor secundus apud Virg. existimatio apud Sueton. rumor Horat. populo. voluntate Cic. ut in secunda re F 317, 26 Mals secundæque res F 322, 24 secundis quam adversis F 349, 2 plebem ex secundis rebus insolentia ceperat J 40 rebus feroces esse J 94 rebus florentior F 366, 26 secundo mari prima Cyrene est J 19 Anne secundo defluere (i. e. secundum ejus cursum), Curt. iv, 7. ubi Pitisc. eodem significatu accipit hæc verba, astu secundo

Securo esse animo F 287, 1 secura felicitas et solida, Valer. vii, 1, 2. at Ms. sincera. inermes securosque interfecit, Oros. v. 21. ubi Ms. Joan. pervaganti Tripolim securissimam reddiderat, Spartian. p. 624.

Secus procedit J 25 haud secus atque in mari J 79 ceterum haud secus difficilem J 92 virile F 294, 1 Sic Plaut. Rudente et sequioris ævi scriptores. Auson. et Ammian. Marcellin. 16. Apuleius. haud multo secus quam ferro F 337, 21 si morbo aut fato huic imperio secus accidat F 360, 3

Secuti morem imperatoris sui J 33 spes satis honestas reliquæ dignitatis conservandæ C 35

Sed et (pro, verum, antem) C 1, 2, et 3 (transitivum ad aliam materiam) C 18, 23, 25 et 36 sed ipse paucos, hoc est, sed ipse (ut ad eum styllum convertam) paucos dies, &c. C 36 et 63 (adversative) C 35, &c. sæpissime. sed profecto C 7 (correctivum) sed ego hæc omitto C 52 sed (pro, sed et) C 16 neque illis solum sed omnino plebes C 37 refert quid de his fieri placeat. sed eos paulo ante frequens senatus judicaverat contra Temp. fecisse C 50 neque studere neque odisse sed minime irasci C 51 decoris sed maxime severitatis studium C 54 placet eos dimitti, minime; sed ita censeo C 51 (pro, præterea) lapideis fornicibus vincta: sed odore foeda C 55

Sedaverit curam animi F 359, 7

flammam (virtutis) sedari J 4 sedare motus, et animos mollire J 33 sic, famam Juvencus Lib. ii. Marc. 12. paulo supra Ms. B. P. pro, largibor, largitur. animus neque vigiliis neque quietibus C 15

Sedere: rupti montes tumulique sedere F 325, 16 Sic desedo apud Senec. Ep. 79.: montis altitudo desedit. verum Ms. Codex B. Pub., descendit. quas nox coegerat sedes habebant J 18 libertas et sum cuique sedes F 275, 10 incertis vagabantur C 6 sedens aliud, aliud stans F 365, 7

Seditionem: juxta seditionem erant F 326, 15 seditiones ortæ a Graccho F 326, 13 seditionibus Remp. exagitarant C 52 et J 37 neu prolatandis seditionibus iniquis ipse nos in sollicitudine attineas F 294, 4

Sella: adurgere de sella F 320, 9 uti sella juxta poneret more regum J 65

Semel jam impugnati F 314, 10 Senati decreto C 30, 36 et 51 F 323, 1 senatorii ordinis C 17 cum paucis senatoriis F 358, 7 senatu proprio gratia moverant C 23 ex senatu egredienti C 49 in senatu auctoritas pollebat J 13 in senatu potens J 16 rem ad senatum referat C 29 ad senatum adductus C 48 senatum docerent de cæde fratris J 13 de fœdere consulebat J 39 apud senatum verba facerent J 103 confirmari posse F 357, 26 nihil sane intentus C 16 aliarum atque senatus partium erant C 37 decernit C 47 frequens C 48 decessit in Catonis sententiam C 55 utrisque senatus datum J 13 postquam acceptit de bello illorum J 21 senatus princeps J 25 senatus verbis minæ graves nunciabantur J 25 ex Senati decreto nunciari jubet, &c. J 28 Senatus consultus est, ibid. mos partium popularium et senatus factionum J 41 quibus gratiam fecerat belli F 300, 1 Senatores quadraginta mactati sunt F 351, 3

Senecta jam ætate F 323, 3 Dictys iii, 21 corpore F 311, 5 plerisque dissolvit senectus J 17 per se gravis F 323, 3 quomodo Chimæra senectutem designant veteres docet Isidor. i, 40. ubi legend. ex 3. Mss.: tunc fit senectus subjacens casibus inflexis. senectus gravis F 323, 3 i. e. ultima Valerio i, 8, 17 ubi pro adæun-

dæ Scholæ Ms. alendæque sobolis. Ascensiana, alendæque Scholæ. ubi adolescentiam habuere, ibi senectutem agant J 85 moveri quam senescere omnia malebat J 35 civitas otio senescit, i. e. torpescit, Liv. 1. U. C. 88. et de B. Maced. 40.: ubi nihil usquam moveri viderunt: agitandum aliquid miscendumque rati, ne cunctando senescerent consilia

Sententia earum hæc erat J 9 ex animi sententia nulla oratio lædere J 85 in sententia maneat F 364, 3 eorum obscurior (lata nempe per tabellam) F 357, 16 a metu libera F 357, 21 dicentur F 358, 10 sententiam rogatus C 52 in sententiam Neronis pedibus se iturum C 50 quamobrem in sententiam non addidisti C 51 senatus in ejus sen. discessit C 55 regis sui exquireret J 112 feret per tabellam F 368, 1 ante me sententias dixerunt C 51 exquisitis per saturam sententiis J 29

Sentinam: Romam sicuti in sentinam confluerant C 37

Sentire contra Remp. C 26

Septis ferro natura finem statuit F 276, 20

Sequatur: tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem et auctorem rerum C 3 eas potentia C 12 quia illa intoleranda viris videbantur, hæc sequi decrevistis C 58 ligna J 82 sequi signa et ordines servare, Curt. iii, 2, 14. Liv. xxiv, 48. ducem et auctorem sequimini F 279, 13 laudamus divitias, sequimur inertiam C 52 fortuna meliores sequitur F 285, 12 studia omnia nostra corporis alia, alia animi naturam sequuntur J 2 malos præmia F 282, 7

Serendo bella ex bellis F 316, 12 Liv. i. B. Maced. 20.: incusaverat bella ex bellis seri, ne pacem nunquam frui plebs posset. Idem, Et certamina serere, et colloquia, crimina, discordias, alibi dixit. Plaut. lites, negotia. serunt bellum ex bello F 281, 16 Florus iii, 5, 22.: alii ex aliis reges prodeunt (debellatis aliis aliis capessunt imp.)

Seria: joca atque seria cum humillimis agere J 96

Sermo ortus F 325, 9 uti modesto vel molli vel proci C 25 quo major auctoritas sermoni inesset C 40

Serpentibus infesta loca J 80

Servi ære parati J 31



Servili imperio plebem exercere F 273, 3 officis intentum C 4 causam civium cum servis fugitivis communicasse C 56 servitia urbana sollicitare C 24 repudiet C 44 ad concilianda servitia C 46 allicere J 56 servitii insolitum F 274, 11 pretium ostentaretur F 306, 7 corporis magis utimur C 1 otium pro servitio appellatis, nomina rerum ad ignaviam mutantes F 303, 11 pecuniarum aut gratiarum servitii C 52 fama erat divitem neque servitium esse F 313, 21 senati decreto servitiumne sit F 322, 1 quam gravis casus in servitium ex regno foret J 62 minari nostris J 94 Sylla paratam F 300, 10 scelustum imposuerat F 302, 6 Græciæ demsi grave servitium F 314, 6 ad mutandum in melius F 331, 27 si victoriam per servitium exercerent F 350, 11 imposita servitus F 356, 18 ex gravi servitute in libertatem restituit F 349, 16 privatim sibi quisque servitum peperit F 352, 5 servorum pessimis F 278, 3 miserimum F 313, 14 postremus F 314, 6

Severe vindicandam mortem ejus censebant J 18 severitas dignitatem addiderat C 54 studium severitatis Catoni C 54

Sic (pro, in tantum) C 26 denique plebes sic accensa ut J 73 eundem ego sic existimo, P. C., omnis, &c. C 51 et 16 F 352, 21 et 340, 21 uti initium sic finis est J 2 et 40, 113 et F 340, 1 sic animis eorum arrectis J 68 ac statim rex sic incipit J 109 Sic, cum nihil præcesserit, valet, adeo, omnino, prorsus. Noster: sic quisque hostem ferire. vid. Passerat. in Propert. et Servium ad Æn. xii, vs. 282. Romani sic habuere, alia omni virtuti suæ prona esse J 114 Flor. iv, 2, 16. i. e. cum tanquam, sic de principatu laborantem tanquam non caperet, &c. adacto in os gladio, sic inter cadavera repertus. Idem iv, 2, 46.

Sicut ego accepi C 6 aciem sicuti instruxerat, deducit J 49 sicut acies movebatur, magis magisque appropinquare vident J 53 quarum vis sicut omnium ferarum, inopia cibi acrior J 89 judicia, tametsi sicut antea tradita sunt F 350, 3: sicuti æquius utitur noster. vitam sicuti peregrinantes transire C 2 et 3 (pro, perinde ac) insontes, sicuti sontes

circumvenire C 16 cum armatis sicuti salutatam, introire ad C 28 (pro, veluti) ne sicuti pecora trucidemini C 58 (pro, quo pacto) imperat, pretia, sicuti multa confecerat, inadiabatos paret J 35

Signa reliquere C 9 signa vasa cœlata mirari C 11 tabulas, torumata emunt C 21 perfectis literis, cum prius omnes signa sua cognovissent C 47 canere jubet C 59 militaria obscurati J 49 neque ordines observare J 51 inferre J 56 et acuta erant ad arcem oppidi J 67 occurrere J 68 sequi J 80 infestis concurrunt C 60 aberat ab J 44 uti cum signis frequentes incederent J 45 antequam signum aut imperium alium accipere J 97 deditiois ostentui credere J 46 quæreretur de actionibus Ciceronis, eo signo, cetera multitudo conjurationis suam quisque negotium exequeretur C 43 dato J 21 signatum. jusjurandum quod signatum ad cives perforant C 44

Signatores falsos, (et testes) C 16 Suetonius in Tiberium 23: Illatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus nisi Senatorii ordinis, vide Quintil. v, 7. Juven. x, 34.

Significabant omnes idem J 101

Silentio transeant vitam C 1 præterire non fuit consilium C 53 post, ubi silentium cepit J 33 quam maximum haberi jussit J 99 silere de Carthagine J 19 siletur de utraque C 2

Similis: facile par similisque ceteris efficiebatur usu atque illecebris C 14 vel ætate vel curæ similitudine patres C 6

Simplex et vera via F 344, 13 morte simplici quidem F 326, 8

Simul cum moribus immutatur fortuna C 2 simul ac C 7 simul quod, &c. et quod C 16 voluisse, &c. simul confisum C 17, 19, et 20 et J 4, et 23 egestate simul ac dolore injuriæ C 28 simul id C 30 et J 100 libertatem nemo bonus nisi cum anima simul amittit C 33 (pro, deinde) quod in invidia res erat, simul et a Numidibus obscuro J 25 simul cupiditibus incepta patrandi et timore anxius J 70 simul et invisum et offensum J 73 cum occasu solis J 91 milites modesto imperio habiti simul et locupletes J 92 postquam accepit, &c. simulque J 53 simul audique J 101

nisio stans et incerto opere F 288, 6

Simulabat sese negotii gratia sperare J 76 ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis J 95 aut simulandi gratia, &c. J 37 ad simulandam pacem publicam J 111 bonum pub. C 38 metum simulare J 36 diffidentiam rei J 60 non pro sua, aut quorum simulat, injuria F 282, 12 simulatio impio testamento F 313, 14 per ambitionem sese probos sim. J 85 ut studium conjurationis vehementer simulent C 41 regni metus pendens supra verticem gladii terrore simulavit Boëth. iii, Pros. 41. cujuslibet rei simulator ac dissimulatio C 5 Cic. iii, Offic. 79 quod si Aquiliana definitio vera est, ex omni vita simulatio dissimulatioque tollenda. (ut sit simulator qui id esse ostendit quod non est, dissimulatio qui id non esse quod est.)

Simultas: ut simultas ac arrogantia fert F 357, 13 hominum nobilium F 363, 11 exercebant cum hostibus C 9

Sin: (non præcedente si) insidiatore Massivæ paret ac maxime occulte, sin id parum procedat, quovis modo, &c. J 35 et 46 tela remittere: sin Numidæ propius accessissent (i. e. quod si) J 58

Sinant: ea Dii immortales approbent beneque evenire sinant F 347, 22

Singillatim circummeundo (i. e. viritum) C 49 Cic. pro, spectatim. quid ego de civium suppliciis singillatim potius, quam generatim atque universe loquar vii, Verr. iii. singuli pro opibus, quisque quam plurimas uxores habeant J 80 singulos, modo universos lædere J 84

Sinistra, dextra, circumventus J 101

Sinu: in sinu urbis sunt hostes C 53

Sita vis nostra in animo et corpore C 1, in armis omnia J 51 spes omnis in fuga J 54 virtusque in lingua F 350, 12 res fidesque in manibus J 73 spes atque opes civitatis in illo J 114 spem magnam illi in clementia populi Romani J 33 fortunas suas in extremo sitas J 23 procul juxta F 316, 3 Africa paucis exponere J 17 in vestra manu J 81

Siti: ne siti conficeretur exercitus J 50 opperiri, sed luxu ante capere C 13 lassitudinem et sitim militum tentaturos J 50 cibus illis adversum

sitim non lubrici neque luxuriæ erat, J 89

Socia: nullam (uxorem) pro socia obtinet J 80 socii nomenque Latinum J 43 nominis Latini et socios Italicos J 40 sociorum et Latii magna vis F 276, 12 et F 330, 10 Cic. domum reductus ad vesperam est a P. Conscriptis, a P. Romani sociis et Latinis in Lælio § 11 socii atque hostes J 92 et C 6 nti quisque voluntarius aut ex sociis C 56 ex sociis prædator J 44 his amicis sociisque confisus C 16 sociorum atque civium C 52 et C 29 nominat socios C 40 in socios sceleris aperiret J 33 insidiarum cogoverat J 72 Prudent. Psych. 471 Si frateris galeam fulvia radiare cæraunis Germanus vidit commilito, non timet easdem Exserere, atque capnt socio mucrone ferire. Ms. Bib. Pub. socium et membranae C. Ch. socio. ascitum C 47 utique ab stirpe socium, &c. J 14 sibi adjungit J 70 dominationis F 307, 7 et admlnister omnium consiliorum assumitur Scarrus J 29 is auctor et socius Bestiæ ferebatur J 30 periculi J 85 postquam de regum societate cognovit J 82 societate victor fieri F 316, 19 data atque accepta fide societatem confirmarent C 44 vestram appetiverunt J 14 ad belli societatem orantur F 312, 8 obnoxiosam societatem qualem tu voles accipiet F 312, 17 ad societatem peteris F 315, 15 societatem prædaram cum latronibus composuisse F 317, 7 amicitiam societatemque rogatum J 77 ne societates acciperemus J 76 habere enim magnam copiam societatis amicitiaque conjungendæ J 83

Sola: in loca sola proficiscitur J 103 solis viis F 287, 9 solus. et omnium honestarum rerum egeus J 14 omnium post hominum memoriam F 275, 16 (soli, opponitur factioni.) quantoque tutius factio noxiarum agat quam soli innocentes F 300, 17 sic, in sola loca pro, deserta, apud Ciceronem de Divin. Cum in locis solis moestas errares. Terent. Andr. ii, 4, 3 meditatus alicunde ex solo loco. vidè ibi Donatum. Plautus Mostell. in terras solas orasque ultimas. Virgil. Eclog. X. 3 sola sub rupe jacentem

Solertissimus omnium paucis tempestatibus factus, rudis antea et ignarus belli J 96

Solet: quod plerumque in atroci negotio solet C 29 et J 15 J 59 et 71 et 96

Solicitabant servitia ad eum eripendum C 50 Hispaniæ armis sollicitatæ F 282, 1 et C 36

Solitudine: in solitudine nos attingas F 284, 4 æterna vobis remanebit J 31

Solita: his præter solita vitiosis F 399, 3

Solitudinæ: ipem salutis in solitudine aut fuga coëgisset habere J 55 ubi postquam solitudinem intellexit J 93 in solitudines pergere J 74 ingentes J 89

Solvenda: ad solvenda menstrua F 317, 18 sic, justa solvere. Senec. Hip. et inferias. Votum, Plautus Rud. 2 solvere injuriam aut mori F 276, 19 solvere morte ærervitium, Dictys v, 16, 214. capite pennis J 69 . Soluta atque in multitudinem dispersa J 41 imperio J 39 pretio F 277, 10 sine imperio liberum atque solutum C 6 acerbissimas solvunt pennis F 314, 9

Somno atque ventri dedit C 2 excitus J 72 captis J 99 somnus (ut ægrum animam solet) cœpit J 71

Sordidum me et incultis moribus J 85 Sorte potius quam virtute regatur J 1 ductos fusti necat F 329, 18 ut sorti vocarentur centuriæ F 354, 16

Sparsa humus croco F 294, 6

Spatio: ne quid eo spatio novaretur C 55 quanquam in spatio millium quinquaginta loca vasta esse cognoverat J 76

Spe: a spe liber animus C 4 ita vitam instituisse ut omnia bona in spe haberet C 31 malis moribus maxima spe C 37 magna merces in spe victoriæ C 41 pro incerta spe certa præmia C 41 sine spe sine opibus J 10 pars spe alii præmio inductis J 13 tutum spe pactionis perpulsi uti, &c. J 38 in Numidiam proficiscitur magna spe civium J 43 commentus spe amplior J 75 timor aliquantus, sed spes amplior J 106 hac in spe P. R. liberos ad bellum misit F 297, 17 ignavus quisque tenuissima spe frustrantur F 306, 6 laborem spe otii sustentant F 345, 4 multi cum spe bona adolescentes F 351, 3 imperatori ex, &c. plus bonæ spei accedebat J 44 bonæ pleni J 113 in spem maximam adducti C 40 contra

spem J 28 in clementia populæ Romani magnam illi spem sitam J 33 in alio magis quam in sese J 60 sans cuique animus ex conscientia spem præbet F 359, 13 hortabatur spes dominationis C 17 asperior C 20 quibus neque res neque spes bona ulla C 21 dubiis rebus novandis spes oblata est C 39 tenet C 58 et F 352, 10 se suasque spes corrupturum J 33 Jugurtham spes frustrata J 101 opesque ejus ex patre suo penderent J 107 et sitæ in illo J 114 opes omnes et spes consumsi F 297, 21 longa i. e. (longe posita) Servius F 329, 4 Horat. 1, Od. 4, 2 Epist. v. lenta Ovid. ii, 2 Epist. longinqua Statius 2 Sylv. i, 11.

Sperans: maxime sperans aut vi, &c. J 25 in fuga salutem sperare, dementia C 58 quem exitum tantis malis sperarent C 40 ea res frustra sperata J 84

Specie: sub specie senatus C 38 quam usu potiore J 16 Ager una specie J 79 Colum. 2, 16 nec contentos esse nos oportet prima specie summi soli. Stat. 3, Sylv. 5, 18. Magnificæ species cultusque locorum. specie concordie et pacis F 278, 16 ferrea omni specie F 317, 15 cujus rei species erat acceptio frumenti J 31

Spectaculum rerum humanarum præbeo J 14 horribile J 101

Spectat: qua parte spectat orientem F 330, 5 mihi quidem satis spectatum est, F 307, 6

Speculanti: cui speculanti iter suum cognitum J 107 speculandi gratia Valer. vi, 1, 9 Ms. quia scilicet tam tristia quam læta apparuisset. Speculatores citi se ostendunt J 101 subdole speculatum Bocchi consilia J 108

Splendor domesticus tibi animos attollit F 362, 8

Spolia belli magnifica C 20 agendum atque obviam eundem ne spolia vestra penes illum sint F 275, 20 arcem habent ex spoliis vestris F 301, 7

Sponsonem faciunt per inducias J 79

Stabilis communiasque rem F 351, 16 quorum consilio dubia Resp. stabiliebatur F 357, 12 pacem concordiam F 345, 13

Stans, aliud sedens, de Rep. sentis F 365, 7

Statim: niti modo ac statim concidere J 101

Stationes locatæ pro castris F 332, 10

Stativis: in stativis castris J 44

Statu: ab eo quo agitat statu F 282, 10

Statuatis: quid in alios, &c. C 51 de parricidis C 52 arte statuerat J 52 res gestas perscribere C 4 statui admonendum te de negotiis urbanis F 349, 11 ceteræ multitudini diem st. ante quam liceret sine fraude ab armis discedere C 36 ex copia rerum statuit sibi nihil agitandum J 39 dies insidiis statuitur J 70 sic apud animum meum F 352, 22 nec ego magna remedia contra divitias statuo F 355, 2

Stimulabant inopia et mali mores C 18

Stipatorum catervas circum se habere C 14

Stipendia pendere C 20 multarum imaginum et nullius stipendii J 85 faciendis sese exercuit J 63 confectis F 343, 7 stipendio, armis, &c. naves onerat J 86 exercitum suum stipendio aluit F 298, 23 decernuntur J 27 portaverat in Africam J 104

Stirpe: ab stirpe interiit C 10 et evertit familias F 350, 15 ab stirpe socium P. R. J 14 tumæ extincior J 14

Stolidior an vanior F 311, 2 Gellius Lib. viii, stolidos apud nostrum tetros, molestos, illepidos valere dicit, nescio quam recte, cum de L. Clotiano verba faciat, de quo forte Seneca de Ira iii, 38 non de Præatore nostro, qui certe fuit in hebeti pigritia ferox, ut loquitur Apuleius, et voluntate non manu strenuus. *ἡσυχία δραστήριος*, Dio. Nec te moveat quod hæc verba (stolidus et vanus) vix in eandem personam cadere videntur, frequenter occurrunt apud probatos. Lucret. 1. Sed vanus stolidis hæc omnia finxit error. Tacit. An. ii, Inerant et alia hujusmodi stolidia ac vana

Strenue: bene atque strenne J 22 strenui, boni C 20 et imbelles J 67 fortibus strenuis F 326, 1 cum strenno virtute certabat C 54 ex ignavo strenuum C 58 et ignavis F 357, 23 bonum et strenuum F 325, 14 prælio et bonus consilio J 7, F 340, 11 magis quam felix J 85

Strepere vocibus J 98 simul et offensa quo lenius streperent J 94 strepitu omni pavescere, circumspectare omnia J 72 cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat F 294, 9

Strictim perscribere C 4

Student non sumptibus atque divitiis F 346, 1 pabulo peroris magis quam arvo J 90 mutari omnia odio suarum rerum C 37 novis rebus J 77 student sese præstare ceteris C 1 studia hominum accendit ad cons. mandandum Tullio C 23 accensa in Jug. J 6 partiam J 73 vulgi amissurus J 84 nostra alia corporis alia animi naturam sequuntur J 2 studio latus sum ad Remp. C 3 quo incepto studioque C 4 civilibus bellum atque vastitas Italiæ finem faceret J 5 dominantium permota plebes C 33 novarum rerum C 37 non studio Reip. dixisse C 51 legendi J 93 (pro desiderio, affectu, amore) ad bellum majore studio quam consilio profectum F 298, 1 a quo incepto studioque me ambitio mala detinuerat C 4 avaritia pecuniæ studium habet C 11 uti cuiusque studium ex ætate flagrabat C 14 belli C 41 quo studium suum in Remp. clarius esset C 49 Catoni studium modestiæ C 54 in Reip. studium omnia superet J 31 promissis ad studium sui perducit J 80 benignitatem ac studium Syllæ accepit J 104 prima lex avaritiæ, apud Cic. in Læl. 43. studium pecuniæ si sustuleris F 353, 14

Stultæ lætitiæ penas dedit C 51 retinuisse ab stultitia et falsis voluptatibus F 345, 12 quia stultitiæ videbatur alienam rem periculo suo curare J 83

Stupor atque torpedo invasit F 355, 17 Eam animi duritiem sicut corporis. quod cum irritum non sentit, stuporem potius quam virtutem putarem Cic. pro domo 75. Nunc stuporem Deus Rector exaggerat. Mss. Col. Jes. et B. Pub. omittunt tribuat. recte. Boëth. iv, p. 5

Stupra nefanda fecerat C 15 lubido stupri ganæque C 15 Erat ei cum Fulvia stupri vetus consuetudo C 23 sumtus stupro corporis toleraverat C 24

Suadendi usum dedit fortuna multis rebus ereptis F 312, 16 suadet vobis ab illo bellum F 286, 1 lubidinem adversum nos metum pro

nobis J 109

Sub senatus specie C 38 sub ipsais radicibus montium cœdedit C 57 sub imperio Micipsæ J 13 Gætuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus J 18 jugum missurum J 38 sub honesto patrum aut plebis nomine dominationes affectabant F 273, 14

Subacta Gallica gente F 359, 4 subegerat locum mutare egestas pabuli J 44 falso fieri pecunia C 10 aut metus aut injuria te subegit decernere, &c. C 51 incertas domos habere F 352, 9 non adversa res ingentem eorum animum F 357, 1 subigere nationes atque urbes C 2 vis Jugurthæ J 24 obviam ire animus subigit J 81

Subdolos animus C 5 animo perfidiosus et subdolos Tacit. xvi, 32 subdolos modestia vi, 20. mora iii, 7

Sublata lege Porcia F 363, 25 subl. auctore compluribus narravit C 24 in cervices suas F 307, 2

Sublevando, dando, &c. C 54

Sublima nebula cœlum obscurabat F 300, 4 Accius Phœnissis: Ant sæpe ex humili sede sublimæ advolant. Lucret. i. At nunc per maria ac terras sublimæque cœli. Sic, gracilis pro, gracilis. Lucil. Sat. viii, et Terent. Vincito pectore ut gracilæ sient. hilarum ac lubentem. Adelph. imberbi Juvenes apud Varronem de Action. Scenicis. sterilis apud Lucret. et alia sexcenta

Subsidiis: in subsidiis reliqua signa artius collocat C 59 exercitum ceterum in subsidiis locat C 59 triplicibus aciem instruxit J 49 compositis uti soluerat. (i. e. solitus fuerat) F 293, 7

Subveniretur: prius quam ex castris subveniretur J 54

Subversis item incensis vineis J 84 montes C 13 regna F 315, 10 ad subvertendum imp. nihil abest F 282, 4 an subverterent decretum Consulibus patres, probarentæ flagitium parum constabat J 30 probitatem avaritia C 10 geniti ad ea subvertenda quæ majores virtute pepererunt F 275, 7 non sua injuria sed libertatis subvertendæ F 282, 13

Succedere: evadere alii, alii succedere J 57 testudine acta J 94 successerant muros F 309, 17 successit illum. Arusianus. C. Fannius. ubi villam venerat. Plaut. Rogat quid veniam Cariam. Cæsar iii, 3 die Ma-

eedoniam

Succumbit animus magis aut minus mature (ubi cupido divitiarum invasit) F 353, 16

Suetum latrocinibus F 291, 8

Suffragatione honestissima consulationi ei petebatur J 65

Suffragia libera paravere F 304, 9 suffragiis populi integer (nempe quia nondum candidatus) F 279, 17

Sulfure et pice tædam mistam J 57

Sumat aliquem ex populo monitorem officii J 85 pro, eligat Collegam sibi sumsit Ms. Eutropii i, 10 Metaph. *συνήλαται*. Edd. fecit.

Sic, sumere vinum. Maximianus. Ant levis fecit sumere vina dies. Ms.

lætos et pro vino, multa. summum supplicium C 51 Sic Terent. Andr. iii, 5 Cæsar, Cic. alii. arma sumentes J 21 Sic Cicero i, Tusc. 136. Virg.

arma impia sumsi Æn. 12, 33 prælium magnifice F 338, 13 bellum J 20 Statimque sumtum est Panicum bellum. Plin. 15, 18 et Tacit. lib. 19.

Ovid. Ep. 4, 3 insignia magistratum a Tuscis pleraque sumserunt C 51 meliores liberos sumsisse quædam

genuisse J 10 Socerumque Lycæna sumit. Ovid. Met. ii, 485. Sumtam mutuam sua aut amicorum fide C 24

omne bellum sumi facile, ceterum ægerime desinere J 83 de integro bellum sumit J 62 pro, tollere, accipere. Epistolam super caput temere

positam sumit J 71 Sic, sumere argentum apud Comicos.

Summa ope niti C 1 lubricine divitias suas vincere nequeunt C 20 ex lætitia tristitia omnes invasit C 31

cum turpitudine in exilio ætatem agere C 58 artes animi quibus summa claritudo paratur J 3 prope

summa ceperant milites J 60 per summa flagitia militiam detrectantibus F 337, 25 quæ dicam de summa

Reip. F 349, 20 auctoritas summa in patribus F 351, 21 laborandum de summa consilii F 358, 18 audaciæ

summæ C 18 per summam discordiam dilabi F 359, 5 quod ubique apud hostes aut socios idoneum videbatur

cum summo studio domi exquebantur C 51 in summo periculo salutem J 77 per summum scelus C 12

Imp. atque judicium summum C 29 supplicium C 51 honorem J 85 ad summam montis egressus est J 93

sumtis tergis atque redditis more

equestris prælii F 320, 5

Sumtibus et contumeliis miserimum servorum effecere F 313, 13 sumta infinito ædificaveris F 363, 7 deditus C 13 toleraverant stupro corporis C 24 vix partem sumtuum sustinent vectigalia F 324, 6 licentiam demseris F 344, 1

Suo loco: nisi ex insidiis aut suo loco pugnam facere J 61

Super Numidiam J 19 alii super vallum præcipitentur J 68 neu super fortunam animum gereret J 65 agerem impositis turribus J 76 super industriam fortuna fuit J 95 nullius potentia super leges erat F 351, 24 gloria agnita super omnes mortales F 360, 6

Superabant, quamvis gloria, &c. tamen inerat contemtor animus J 64 orationem falsam mores mei superant J 85 illis divitias superare quas, &c. C 20 morbus quenquam J 17 res exequi quæ Jugurthæ fesso superaverant J 70 errata officii J 102

Superba imperia C 19 facinora J 30 pro æquitate, &c. superbia, &c. invasere C 2 superbia atque deliciis omnis sibi patriæque diffidere C 31 audacia intoleranda, superbia atque scelere sese efferens J 14 lascivia atque superbia incessere J 41 corrupti superbia J 85 neque ex imperatorum superbia quenquam metus ceperit J 85 alienæ ubi ludibrio fueris C 20 superbiæ nobilitatis obviam itum J 5 et 31 homo inanis et superbiæ regiæ J 64 regium imperium in superbiam convertit C 6 quam rem in superbiam vertebant J 82 per ætatem agere J 85 dimittent F 358, 9

Superior primo prælio C 39 locum J 49 et 51 annis J 31 locis circumventam planitiem J 68 diebus J 90 Supersteterant: qn supersteterant afflicti sunt J 60 scabæ comminutæ J 60

Supervacanea populo calliditas F 356, 28 *ἐκ περιουσίας*, inquit Demosth. *περὶ ὄψεως*. adeo ut supervac. quod non necessarium. Supervacaneum est disserere C 51 et 58 Cic. ad Ap. iii. confirmata amicitia commemoratio officiorum superv. est. Sic, Livius et Seneca. supervacua onera magnæ navis F 356, 4

Suppetebat minus in præsens causa peccandi C 16 quæ mens, eloqui non

dubitabo F 351, 18 ubi consueta non suppetunt F 344, 9

Supplementum exercitui scribere J 39 postulare legionibus J 84

Supplicanti diis per hostias J 63 supplicanti legatos J 38 supplices manus ad cælum tendere C 32 legatos supplices mittere J 47 voce C 31

Supplicia dis immortalibus decernere J 55 composuit in post futuros F 275, 16 exercitum cogere J 85 in suppliciis Deorum magnifici C 9 muliebribus auxilia Deorum parantur C 52 Varro de R. R. 5. ad victimas farciunt atque ad Deorum servant supplicia. Sic, Tacit. iii. Accius Epigonis: Nunc pergamus ut suppliciis placans cœlitum aras expleam. Afran. Fratriis: Nullam profecto accessi ad aram, quin Deum suppliciis, &c. nequicquam defatigarem. Sic etiam Plaut. Rudent. prolog. 25. Dictys 6, 11. legatos cum suppliciis mittit J 46 fatigati regis suppliciis J 66 supplicium quæ postulabat Triumviros parare jubet C 55 ad supplicium traderetur J 61

Supra ea, veluti ficta pro falsis ducit C 3 quam cuique credibile est C 5 caput est dux hostium C 53 illum supra quam ego sum petere J 24 quibus rebus supra bonum atque honestum percussus J 82 rebus supra votum fluentibus F 328, 16

Susceperant tantum facinus frustra C 28 miserorum causam C 35 malorum patrociniis suscepto C 48 inimicitias pro Rep. F 323, 13 talia impune J 31 adversus vos pericula labores suscepissem F 297, 11 et J 14 bellum adversum Romanos J 80

Suspiciose regibus boni C 7 falsa suspicione alienatum C 35 suspicionibus multis volentia plebi facturns videbatur F 317, 4

Sustentabat vitia magistratum respublica C 53 laborem spe otii F 345, 4 suos et prope J 101 intelliget se metu magis quam æquo et bono sustentatum F 284, 13 quantum negotii sustineam J 85 quæ res maxime tanta, &c. C 53 prætura J 4 corpora nequeuntes fessi F 308, 10 quos terra sustinet sceleratissimus J 14

## T

Tabellam: per tabellam sententiam feret F 359, 1 et dicentur F

258, 10 tabulae pictae mirari C 11  
novas polliceri C 21

Tabes plerosque invaserat C 36 in  
animas eorum J 32 tabescere reg-  
num per scelus J 16 vetustate F  
359, 5

Tale: ad tale consilium facile ad-  
duci posse C 40 ad hoc aut aliud  
tale negotium mittatis J 85 saxa aut  
quid tale F 296, 10

Tam: quam quisque pessime fecit,  
tam maxime tutus est J 31 (haec sola  
ex adverbis veteres jungunt cum su-  
perlativis) Terent. Heaut. Quam ad  
probos propinquitatem proxime te ad-  
jaukeris, tam optimum est. Cato de  
R. R. Quam acerbissima olea oleum  
facies, tam oleum optimum erit. Varro  
de R. R. quam paucissimos relique-  
ria, tam optimi in alendo sunt. et  
Cic. egregiis factis erat J 68 quam for-  
midatus antea, est tam contemnetur  
F 278, 15 nihil tam ex alto reperiri  
posse quod non in promptu sit tibi F  
349, 6

Tamen: tametsi miserat, &c. tamen  
parabat, &c. J 13 si ad impe-  
trandum nihil causae haberem, tamen  
erat majestatis Romani populi pro-  
hibere injuriam J 14 (pro, tandem)  
uti apud Cic. Ep. Fam. vii, 31. Veni  
igitur, quae, ne tantum semen, &c.  
in Scotti Ms. tamen. noster F 300, 2  
multato foede corpore, postremo ta-  
men perire. Terent. And. iv. Sc. 1.  
Et tamen res eos cogit denegare.

Tametsi haudquam sequatur,  
&c. C 3 aspernabatur C 3, 52 et J  
6, 11, 13, 16, 20, 28, &c.

Tandem: quae quousque tandem  
patiemini C 20 quem tandem locum  
in civitate obtines? F 364, 14

